






Cardani
Opuscula
1559.
1559










1304/

A.xxix Car



K



I EX LIBRIS D

Dr. ERNST DARMSTAEDTER

HIERONY=MI CARDANI ME-DIOLANENSIS MEDICI QVAEDAM opuſcula, artem medicam exercentibus utiliſſima,

VT SVNT,

De Aqua & Aethere:
De Cyna radice, ſeu de decoctis, nunc locupletatum & caſtigatum:
Conſilium pro illuſtri Hieronymo Palauicino Principe Curtis Maioris, Difficultate ſpirandi laborante:
Conſilium pro Fluxu ſanguinis coërcendo:
Conſilium pro Mantuano lepram patiente:
Medicinę encomium.

PRAETEREA,

Eiuſdem in calumniatorem librorum de Subtilitate, actio.



Cum gratia & priuilegio
Cæſ. Maieſtatis.

BASILEÆ.

Rerum & uerborum memorabilium Index.

Index.

carda-

D

E

Scabies

uentri-


FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag.8.l.14.uitam esse.9.l.30.tum etiam.15.l.4. redditur.li.7.potum.16.li.13. concludã.23.li.18. legumlatores.25.l.27.
habebimus.31.l.35.At pectus.32.l.36.morbo.36.l.26.atque ossosa.37.l.7.is ei.38.l.40.balnea.49.li. 34.tam utile.30 . dimisso.
54.l.8.arti 29.successiuasque.30 elementi 55.l.32.eas mendicandi.57.l.25.operatio in.60.l.6.ignis nil.61.l.20.motum,in.68
lin.25.ui fiũt.30.at nullum.63.l.7.inter utrosque 35.ut si aliquis.64.l.6.efficacẽ.66.l.25.hęc.71.l.17.minus tamẽ.73.l.ult.se
cunda77.linea 39.terra 78.lin.32.ut illis 80.li.7.parũ.li.9.nouem esse. 81.lin.11.fit.82.lin.29. possint.83.li.26.uel cibi.85.
18.quis.92.l.14.tumor ille.93.li.pen.curaretur.94.li.7.in prof.94 l.28.herysipelatibus.98.l. 16.salis nitri.98.l.28.garũ quo
que.101.l.15.farcimina.106.l.33.uentriculus.109.l.6.bolus.7.mannę.109.l.20.corrigit noxam.21.conuenientium.110.li.
1.rhabarbari.l.15.bulliat.111.l.13.anguinus.113.l.10.per horas.24.perdicem aut.114.l.23.facto sinu,li.40. in utilitatis,dele
in.li.37.in margine,Cauteriis po.115.l.4.circumcirca oleo.116.l.24.medicus suus.118.l.7.quia.119.li.10.emplastrũ ex.121.
li.2.non uexetur. 123.li.8.est quod.125.l.23.lapidis cærulei.139.l.8.nequior.145.l.34. non detegere.157.l.4.caloris.158.l.16.
ita isti.170.l. 14.pręripere.171.l.4.xiloaloen.173.l.12.atteruntur.177.l.26.toxicũ.181.l.25.'probationum.182.l.13. noua do-
ceat.183.l. 31.simpliciter.186.lin.pen.admouet.187.l.ult.& passeris.189.l.1.si nõ.l.22.me accuset.194.l.25.genita.l.28.per
manens.l.pen.ac si.195.l.16.sit celerior.196.l.1.ob hęc.l.ult.malo genio.202.l.28.octauo.l.penult. clas-
sicorum librorum.204.l. 21.si omnes.l.33.suisset reposuino.206.l.7.millia.209.l.
18.est ipse.210.l.32 quod suis.l.35.editione.

HIERONYMI CARdani Mediolanensis Medici, de Aqua & Aethere ad Ioan. Formentum Reipublicæ Venetæ Legatum Lib.

De Aqua Lib. I.



Bsurdum esset, immo detestabile Io. Formente, solùm ostentaculi ingenij causa in re seria, & in qua tot hominũ salus uersatur, ea docere, quę experimento haud congruant, uitamq́; ægrorum ob pertinaciam aut admirationis opinionẽ apud homines generãdam, perdere. Sed neq; ingenui uiri ad augendũ opus, uel nomen ac titulum, usus aquarum amplificãdum docere, quonã pacto singuli morbi decoctis uarijs curentũ. Nã quis dubitat quin parum intersit quod helleborum des, aut scamoniũ, aut piper, seu illorum decocta. Talia enim docere esset extremæ uanitatis, atq; ambitionis inanis. Quapropter non de decoctis aut aquis calidis, in quibus si nõ ars, natura metallum aut aliam rem incoxit: neq; etiam destillatis aquis, quas pari ratione constat sapore & odore uehementi prodere suas uires, sed tãtum de simplici aqua, qua pro potu non solũ homines, sed cuncta animantia uti solent, tractare propositum est. Nec ob admirationem mentientes, nec ad opus augendum quicq; præter institutũ adijcientes, solam annectã eam tractationem quæ & huic operi congruat & alibi honestiorem locũ non inueniat. Ea aũt est aquarũ quæ nullo sapore odoreq; manifesto præditæ, uires tamen haud contẽnendas sunt assecutæ. Quęnam aũt sint suo loco dicetur. Nunc satis sit rationem reddere huius. Cum enim sapore atq; odore careant, licet arte factæ, ac si natura tales euaserint, cõmuniq; dulcium aquarũ è genere sint, eodẽ loco habẽdę sunt. At de medicatis aquis decoctisq; alibi scripsisse me memini. Ea uerò fuit con- Primo De uictu in Acut. 7.4. struẽdi operis ratio ut uelut Hippocrates dixit: si liceret omnes uno medicamento ęgros sanare, id facere deberemus: quàm paucissimis eñ præstat uti. Ergo cũ id aqua efficere posit, nec longius quęsita petitaúe, sed cuilibet præsens & in promptu, operępretium facturũ me posse spero, si quomodo id fiat edocuero, ut non solùm admirabilis hæc doctrina uideatur, sed etiam humano generi utilissima, tibi uero Io. Formẽte non secus ac Galenus Glauconi aut Hieroni opus hæc inscribere destinaui, qui cùm prudentia uitęque splendore ac generis antiquitate longè maiore munere di-

gnus esses, hac tamē causa tibi debetur, ꝙ illorū exemplo salutē tuā uni mihi cōmiseris, qua in re tātum tibi plus debeo, quantū ciuitas nostra celeberrimis medicis abundat. Vsus aūt sum cōpendiosa quadā compositionis ratione, ut quamuis liber mole exiguus uideat̃, potestate tamē maximus sit, ut uerò facilius hoc quisꝗ assequat̃ quomodo uerum esse possit, antequam ad ipsam tractationem deueniam, de illius ordine quædam necessaria proponam.

Primum igitur constat operationes maximas, & maximè cōmunes ex calido, frigido, sicco, humidoꝗ fieri: uelut arefacere, humectare, astringere, laxare, confirmare, resoluere, concoquere, somnū prolicere, lac generare, flatū discutere, cæteraꝗ eiusmodi. Quæ igitur maximè calida, frigida, aut sicca, uel humida sunt, omnia hęc etiam euidētius facere possunt, uelut aqua. Quæ quod elementum omnium sit frigidissima, & humidissima, quod liquida usui aptissima, quod familiaris & consueta maxima sub quantitate ac tuto soleat adhiberi. Verū statim occurres dicens: si aqua frigidissima esset, statim non secus ac meconium & sub parua quantitate occideret. Et si humidissima cutim uelut oleum laxaret, ac mollem redderet: quorum neutrum facit. Galenus qui tot & tanta conscripsit, cū Aristotelis principia nō attigerit meritò hæc intacta reliquit. Sed si quis Aristotelis principiis innitatur facilè ab his quęstionibus se poterit explicare. uerum secunda quęstio facilior est, & à Galeno quasi soluta, quod aqua quia non lenta est ideo nō adhæreat, & ob id non adeò humectet. Cum enim hęserit fermè olei instar pinguefacit, nō tamē tantum. Sed hæc mittamus, primā aggrediamur cur aqua cum sit frigidissima non occidit? imò ne lædit, per sæpe meconium, aūt occidit? Sed si quis rectè quæ in libris de Rerum uarietate scripsimus assequat̃ haud laborabit in reddēda causa. Actu enim aqua expers est omnis caloris: sed tamen tam facilè calescit ut uix unquam frigidissima sit. uerum & si talis sit haud pernitiosa est, quoniam ut alias docui, frigiditas hæc quędam priuatio est. Priuatio autē nec iuuare nec nocere potest. Sed si qs tamen frigidissimæ aquę magnam quantitatem ingerat, lædetur, aut forsā prohibita natiui caloris distributione peribit. At meconium non frigiditate sua interimit, sed quia potestatem habet similem frigiditati quæ actu inest, aquę aut aliis rebus, stuporem in ducendo frigidum esse uidet̃, cū nō sit, ipsum enim spiritus cohibet & torporem inducit unde mors nonnunquā sequitur. Igitur meconium ultimam habet uim cohibendi spiritus, uelut euforbium motum ciendi, unde frigidissimum unum, alterū calidissimum esse dicimus. Constat igitur ex his aquam potestate esse omnino innoxiā actu aūt prout excedentē qualitatē habuerit. Eamꝗ calidā aut frigidam, utramꝗ em̄ qualitatem suscipere potest, quod nō sint contrariæ. Sicca aūt esse nequit, nam natura ut alibi diximus liquida est.

Aqua nō est actu frigidissima.

Meconiū potestate nō est principaliter frigidum

Ergo aquæ uires principales sunt tres, calefacere si ferueat, frigefacere si frigida sit, humectare quod sit liquida omnia aūt hæc fermè in extremo ordine habere potest. Nam liquida natura est & omnium mixtorum liquidissima,

dissima, calorem etiã & frigus maxima suscipit, quamobrẽ hæc tria efficacissimè præstare potest. Et quę ex illis deriuantᷓ uelut ex calore exustionẽ, ex frigore torporẽ, ut liquida est emollit. His de causis hæc omnia tũ etiã quę ex cõiunctione duorũ fiunt uelut ex liquido & calido, & ex liq̃do & frigido, efficacissimè præstabit. Est & quippiã ꝙ ex medio uelut tepide ꝓpriè gignitur. Et ꝙ ex alterna uicissitudine calidi ac frigidi. ut in uniuersũ iam sint octo modi. Qui omnes uim maximã habẽt: & ꝓ ratione eorũ medicationes ualidæ atquæ exquisite oriũtur. Potest & rursus intus atq; extra administrari ut iam modi duplicentur. Atq; hi generales sunt. Quãuis aliqui raro in usu ueniant, uelut potus feruidæ. Cumq; pro temporis ratione singuli modi innumeras uarietates suscipiant, manifestũ est numerũ affectionum maiorẽ non esse numero modorũ aquæ potabilis administrandę. *Morborũ species non sunt plures modis administranda aquæ*

Reliquũ est igitᷓ ut doceamus singulis affectibus aliquẽ modũ administrationis aquæ opponi. Nã si hoc ostenderimus cũ ualidisimũ hoc præsidij genus esse demõstrauerimus, nec numero administrãdi modos affectibus corporis humani esse inferiores, cõstabit statim omnẽ morbũ aquę usu posse curari. Cum eñ tria sint quæ totam curandi rationẽ compleant contrarietas, uarietas, & magnitudo auxiliorũ, uarietatẽq; ac magnitudinẽ in aquæ administratione nõ deesse docuerimus, sequitᷓ ut si contrarietatẽ etiã adesse ꝓ singulis morbis ostenderimus, ut iã absoluta medicina in aquę administratione esse uideatᷓ. Primũ igitur morbos ꝑ genera diuidamus in eos qui fiunt intẽperie, atq; ea duplex, cũ materia & sine ea, & continuitatis diuisione, atq; cõpositione. Materiã quidẽ aut permutare, aut educere conuenit: antea uerò cõcoquere. Si ergo calida sit, q̃d magis aqua refrigerat, aut intus frigida exhibita, aut exterius tepida? Si frigida intẽperies frigida exterius soluitᷓ. Calor eñ natiuus cõfirmatur. Educitur uerò multitudine potus & balneo tepide inde calide. Si sicca humectãt balnea. Si humida siccantur corpora feruentib. aquis. Atq; eadẽ ratio est intẽperiei absq; materia. In solutiõe uerò cõtinuitatis, cũ cura ulcerũ sit exiccatio, eã facere licet assidua lotione frigida. Sicut & uulnera curamus ꝓhibendo phlegmonẽ cũ frigida, & feruẽti aqua cõuulsionẽ, quãuis fateamur igne ipso melius fieri. Si uerò morbus in cõpositione sit luxata calida perfusa reponere solemus. Obstructiones potu copiosę aquę liberamus, ita ut si libeat modos alios à multitudine cõstituere liceat. Quanq̃ multitudo sub efficaciæ causa cõtineatur, & ipsa tñ moles rei aliud quippiã facere potest, uelut & calor, & frigiditas, & substãtia atq; cætera eiusmodi. Sed quoniã si quis hęc ꝑ singula capita distinguat rursus repetere cogetᷓ, ob id ad illius tractationẽ statĩ descẽdamus. *Tria sũt quæ omnem curãdi rationem complent*

Aquarũ dulciũ plures sunt modi atq; differẽtię, sed pręcipui sunt fontiũ fluminũ, lacuũ, puteorũ, paludũ, pluuialis, è cisterna, cocta chalybe cãdẽti uel ære feruefacta, ac destillata. Omniũ aũt primũ expedit optimã scire eligere. optima est quę pura est ac tenuis. Hæ eñ duę sunt qualitates illi necessariæ nec aliæ ut mihi uidetᷓ, Puram igitᷓ expertẽ esse oportet, saporis, odoris, atq; coloris, tamẽ mundã ut cũ exponitᷓ luci nihil in ea uideatᷓ innatans. Ma- *Aquarũ dulcium differẽtiæ* *Aquæ optimæ conditiones duæ*

 nifestum

nifestum est em̃ q̃ si innatans aliq̃d, aut sapor, uel odor alienus, aut color in ea perspiciatur nõ esse purã. Et si in uase ęneo polito maculam penitus nullã relinquat. Purę etiã in laneis lineisq́ uestib. postq̃ siccata fuerit nullũ uestigiũ restat. Tenuis etiã si sit, erit ꝑspicua & leuis põdere. Quanq̃ Seneca neget discrimẽ esse manifestũ ponderis inter dulces aquas. Dulces uocamus aquas, id est, saporis expertes & ut à salsis aut bituminosis distinguunt̃. Eæ dẽ erunt etiã facilè mutabiles ex calido in frigus, & rursus è frigore in calorẽ. Vnde etiã facile putrescentes ni aliud obstet, ꝓbantur. Id em̃ ex tenuitate substantiæ plerunq; cõtingit. Erunt etiã tales ut legumina in his facilè & breui coquant̃. Velut em̃ q̃ penetrat celeriter totũ immutat, q̃ omnino externũ est, nõ ita aqua tẽuis ingredit̃ legumina: & feruẽs ea emollit, crassa aũt nequaq̃. Est adeò hoc ingẽs quãdoq; discrimẽ ut quędã legumina nunq; coquant̃ in quibusdã aquis, quę tamẽ in alijs celeriter coquuntur. Hæc igitur sunt signa tenuitatis ut illa puritatis, quãuis ut dixi aquæ hæc duo sufficiant puritas & leuitas.

Aqua quæ saluberrima

Omniũ aquarũ saluberrima & optima est fluuiorum, quorũ alueus est profundus & terreus, nõ limosus tamen, cuius ortus est procul & ab oriente, atq; in calida regione, & motus lenis, sic em̃ optimè à Sole excoquitur. Octo igitur uidentur aquæ optimæ conditiones, quæ omnes præter unã Niliacę cõueniunt. Quamobrẽ meritò ea ferè omnib. alijs præfertur. Qđ autẽ aqua ex flumine melior sit q̃ destillata, dignosci potest ex hoc quod sol plus quàm ignis concoquit, & motus magnus quã paruus, & tẽporis diuturnitas plus potest quàm breuitas, & natura quã ars. Post hanc tamẽ est aqua destillata super cineribus, aut fimo, uel fracibus, aut uinaceis, aut in duplici uase uel etiã super igne, sed tamen uase uitreo. Subsequit̃ hanc fõtium aqua, sed longo interuallo. Quippe destillata leuissima est atq; purissima & saluberrima, pluresq; morbos uiscerum sola discutit. Velut tormina, grauedines, scyrros, podagras, cachęxias multaq; huiuscemodi talia. Fõtium ergo aqua quasi media bonitate est. Decocta ad suum genus refertur multò tamen melior. Cisternina & ipsa laudabilis, si recte illa fuerit facta. Nam sunt qui picatis uasis excipiunt aquam, ut fiat medicata. Et rursus si ab imbre colligatur: aut si iam diu non immota manserit. Optima est quæ sabulo solo expurgatur, sed denso ac tenui in lapideas hydrias. Leuior est hęc aqua quàm fontana, non tamen purior. Soli ac uentis sit exposita ut repurgetur. Venetijs dum perpetuò exhauriunt, fieri meliorẽ putant. Habetur id uice motus. estq; necessarium & utile, sed non sufficiens ut optima fiat. Medicata est è chalybe & eò magis ex ære, salubrior ex auro ignito è chalybe soluit duritiẽ lienis podagricis & uentriculo utilis, aluum tamen astringit. Reliquæ omnes malæ, sed pessimę palustres, & deinde lacuum. crudæ enim sunt & impurę, post puteorum, sed profundiorum & eorum qui sunt in continuo usu melior. Cæterum pluuialis aqua non unius generis dici potest, quandoquidẽ & optima sit simul & pessima. Est cocta atq; ideò tenuis ac subdulcis, ut quę aëris natura participet, sed interim impura

& fœtida

& fœtida. Quamobrem Hippocrates consulit coquendam esse & excolandam. Est autem à natura simplicis aquę adeò remota, ut citrei coloris sit nõ nunquam, & subuiridis. Talis est quę in imbribus & cum tonitru decidit. Quæ aũt leniter ut purior est, ita minus lenis atq; salubris. Quę igitur quasi sponte decidit æstate & autumno, tantum hyemali & uernali inferior est, quantum fontana & fluuiali salubrior, ut optima omnium sit hyemalis & uernalis pura scilicet & concocta, atq; ideò leuis: inde æstiua autumnalisq; etiam magis tenuis uernali sed impura, inde fontana & fluuiorum. Hę ob usum & puritatem exquisitè sanis atq; robustis meliores sunt. Cæterum imbriferæ iecori, lieni, renibus, pulmoni ac neruis, uentriculo quoq; & intestinis utiliores, & ad coctiones ac secretiones aptiores. Simile discrimen est in fluminibus. nam maiora quoniam lętius fluunt, minus terram miscent, ideoq́ue sunt puriora, magisq́ue decoctas habent aquas. Verùm quia longius excurrunt, diuersaq; alia flumina in se recipiunt, quorum aliqui per metallica transeunt loca, nullum illorum salubres habet aquas præter Nilum. Quò igitur maiores, eò suauiores: non tamen meliores semper, sed plerunque. Velut Ister, Eridanus ac Tyberis. Vix enim gens ulla quæ ex his fluminib. bibit, boni est habitus atq; salubris. Ob id etiam plurimũ refert qua quisq; parte utatur in tam longo fluminis tractu. Atq; de his sic generaliter dictum sit.

Sequitur ut de singulis differẽtijs aquarũ nunc agamus. Hippocrates in libello de Humidorũ usu inquit de calida: Incarnare, attenuare, liquefacere, minuere, colorem reuocare, colorem dispergere: somniferum & in caput *Aquarũ differentiæ ex usu*
"& in alta: conuulsionum, tensionum, mitigatiuum, dolores stupefacit auris, oculorum & quæcunq; talia. Frigida calefacere uelut pix ulceribus: pręterq; à quibus sanguis erumpit, aut erupturus est, fractis luxatis, reliquis quibus linteola sunt medicus. Ossib. quoq; ac dentibus amica, rigores q́que febriles sedat. ob id etiã à calida uoluptates & illecebræ. Et calefacit primum calida uelut in manibus internas partes. At ulcera calida gaudent ex cõfesso quia tegi assueta sunt. Caput quoq;, nerui, spina, dorsum, pectus ac præcordia, calidam perferre possunt, atq; ipsa gaudent. Imus quoque uenter calida in primis delectatur inde extremę partes & uesica & genitalia ac uirilis penis glans. Atq; hęc de calida simpliciter, id est, nõ feruente, nam de feruida inquit: Cutis ipsa exulceratur supernè calidæ aspersione. Manifestum est non de tepida intelligere. Sunt enim calidarum tria genera, tepida & feruens quæ ferri non potest uritq; quemadmodum & ignis, quę etiam pilos cadere cogit Alia calida est admodum, sed tamen ferri potest de aqua inquit in septima Aphorismorum: Si febris non à bile habeat aqua multa calida super caput affusa febris solutio fit, non enim de feruente intelligit. nã inquit: Calida ne ulterius pergat ut urat. De frigida uerò inquit: Aqua frigida prodest papulis rubicundis quales atq; alia parte sublatę erumpũt quales per splenia attractoria emergunt. In carnosis uerò & tenera carne præditis subrubicundæ sunt, in nigris autem rotundæ, Dothienes id est,

“ furunculi appellatæ, & quales in ipſis calidis lauacris oboriuntur, & mulie
“ ribus ex menſium ſub cutem recurſu fiunt, & ab irritamentis cutis aut inſo
“ lita ueſtimentorum aſperorum geſtatione, & ex ſudoris exitu, aut ubi quis
“ ex frigore repentè, ad ignem aut calida lauacra acceſsit. Tumores quoqꝫ in
“ articulis & dolores ſine ulcere ac podagricos & conuulſa plurima ex his, fri
“ gida multa affuſa leuat ac extenuat, ac torporē inducit. Torpor eñ mode-
“ ratus dolorē ſoluit. In diſtētione quoqꝫ abſqꝫ ulcere iuueni carnoſo, media
“ ęſtate multæ frigidæ aquæ affuſio caloris reuocationē facit. Calor aūt hęc
“ ſoluit, frigida quoqꝫ utilis eſt his quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. De
“ humida illius ſubſtātia hæc affert: humectare ꝓlutione uelut nares ueſicā
“ flatus. Oſtendit autē duo genera operationū quæ ab eius ſubſtantia pro-
“ ueniunt, nec nō diſcrimē eorū ab operationib. quæ à qualitatib. actiuis ꝓ-
“ cedunt, dicens: Madefactio itaqꝫ & humectatio debile quid eſt, frigefactio
“ aūt & calefactio ualida: uelut ex Sole. Sua eñ lenitate lachrymis confert, ut
“ ad acres ſtillamentum lene infundat aliquis, ne ſalſuginoſa contactu lędat.
“ Et cauis ulceribus oculorum elotio prodeſt, & repletio ad naturā reducēs.
“ Idem qualitatum inuicē cōplicatarum uim atqꝫ poteſtatē à frigiditate hu-
“ midæ ſubſtantiæ iuncta initium faciens docuit his uerbis: Frigida conue-
“ nit, ubi anxietas ex calida oborta eſt, eam eñ ſedat. Et cum calidis cibis quis
“ uſus eſt, frigida delectatur. Et in animi deliquijs frigidam affundere extre-
“ mitatibus prodeſt. Et generaliter frigidæ potio iucunda eſt thoraci atqꝫ uē
“ triculo. De calida uerò & humida aqua hæc habet quæ referret opera: Cali-
“ da oculis cōuenit, doloribus, ſuppurationibus, lachrymis mordacibus, ſic-
“ cis omnibus. Eſt aūt ſuppuratoria non in omni ulcere: cutem mollit, atte-
“ nuat dolorem, eximit rigores, cōuulſiones, antè ac retrò, diſtentiones lenit,
“ capitis grauitatem ſoluit. Plurimū autē conducit oſſium fracturis, magis
“ aūt denudatis, & ex his maximè his qui in capite ulcera habēt, & quæcūqꝫ
“ præ frigore aut moriuntur aut ulcerantur. Itē in ulcerationibus tā uolunta
“ rijs q̃ꝫ inuoluntarijs, qualia ſunt deſquāmata: herpetibus ſerpendo, exeden
“ tibus, denigratis, aut in gingiuis aut aure ſedeúe aut utero. His omnibus ca
“ lida utilis eſt, ac iudicatoria. Articulos quoqꝫ induratos, aut ab inflāmatio-
“ ne aliquando oborta, aut à diſtortione, operępretiū eſt ſanare aqua calida
“ in utriculū infuſa. Subiecit & uim contrariā calidę ac frigidæ aquæ, dicēs:
“ Poſt calidā corpus refrigeratur, poſt frigidā autē incaleſcit. Et quod poſt
“ calidam ſiccatum corpus dureſcit, uelut & à frigida oculi. Ex quibus actio
“ non propria deprehenditur. Inde etiam ex hoc cōmutationem docuit, cū
“ dixit: Iam uerò pedes deciderunt perfrigerati ex calidæ perfuſione. Voluit
“ enim nos intelligere contrarias operationes cū ſibi inuicem ſuccedunt eſſe
“ ualidiores, imò periculoſas, ſi modū qualitercūqꝫ exceſſerint. Propterea e-
“ tiā ſubiecit uſum eius opportunū & cōgruentē trifariā: ex actiōis mēſura,
“ ex aquę qualitate & mora, tū ex ſenſu patiētis, dicēs: Iudicat autem de his
“ ipſe ęgrotus exceptis mutis, aut leuiter ſyderatis, aut ſtupefactis, aut uelut
“ in uulnerib. perfrigeratis, aut nimio dolore uexatis: his eñ hæc ſenſu non
percipiuntur.

percipiunt. nam nō sentiūt hi perusti. Itemq́ profundæ ac magnæ luxatio „
nes. Nā calidioris ac frigidioris corpus ipsum perfusum iudex est. Verum „
utrarumq́ paucitas debile quid est, multitudo uerò efficax. Sed tñ sinere o„
portet, donec id fiat, cuius genera talia fiunt: anteq̃ aūt ad finē ipsum deue„
niant, cessandum est. Manifestum est igit, quemadmodum Galenus dixit.
Etiā huius doctrina semina, imò totā methodum nobis bonus reliqt Hip-
pocrates. Nā & quibus calida aut frigida, aut calida aqua, aut frigida aqua
aut calidissima, aut frigidissima intus uel extra, & quæ nam sint opera illius
non ꝓpria, & quibus succesśio conueniat, & quomodo in singulis sit ad-
ministranda, ipse idē diffusè ac quasi præter solitū morē ob rei ipsius utili-
tatem tractauit. Quamobrem & facilior nobis etiā disputatio de his erit, ac
doctrina agendorum.

Iam uerò cum duo sint scopi artis medicæ, sanitatē quidē tueri, & mor-
bos propellere, de sanitatis primū conseruatione agendum est. Nam & ex
illa scopos curandorum morborum uenabimur. Itaq́ haud dubiū est con
seruandæ sanitatis præcipuā causā esse aquarum bonitatē, nam & aër ma-
lus fit ab aquis prauis: & si bonæ sint aquæ, aër malus esse nō potest. Cum
ergo hęc duo elementa necessariò in unum conueniant, erunt & fructus &
olera etiā optima: & animalia etiā quæ utrunq́ elementū hauriunt, hisq́
uescuntur, etiā optimo prædita habitu. Qua de causa etiā homines uiua-
cisśimi, & optimæ temperaturæ, qui & utroq́ elemento probè utantur, &
cibis optimis uescant: & condimenta etiā, quæ ex aquis fiunt, pręcipua ha
beant. nam in frigidis regionibus ob id uiuacisśimi esse nequeunt, q́ fru-
ctus & olera absolutæ bonitatis esse nequeant, cū in his nec aër purus, nec
aqua tenuis licet pura esse posśint. Ob id quanq̃ robustisśimi, & caloris in
tegri ob frigiditatē aëris, nō tamen centesimū annū excedere queunt: at in
calidis regionibus hominibus, si hęc omnia quæ dicturus sum, ad sint, li-
cet ad ducentos annos peruenire. Quę em̄ ad longitudinē uitę maximè ne
cessaria sunt, sunt quatuor, aqua & aër optima: & cū his fructus, olera & car
nes: bona temperies: & bonum regimē uitæ. Hęc aūt omnia ex aqua pen-
dent, nā de aëre fructibus & oleribus q́ aquę naturā sequant, iam dictū est.
Temperamentū etiā generaliter si non delinquat in regimine tale est quale
aëris aquarū fructuū olerum. Nā cum hęc sola ab animalib. uel quæ ex his
fiunt hauriantur, necesse est per continuam generationē eo ut deueniant,
ut hominū temperies sit qualis aquarū. Quod Cardani uidemus, neq́ em̄
soli incolæ ibi bonam temperiē bonumq́ habitum habent, sed alio migrā-
tes usq́ ad aliquot generationes eam retinent. Bonum aūt regimē hoc cōti
net ut aquę potu nō uini utatur. Namq́ aqua ad uitę prolixitatem & inco
lumitatē plurimum confert, estq́ uino longè pręstantior. Cum em̄ tenuior
sit, alimentum in partes liquidiores penetrans intimius diuidit, nec adurit
quicquam & præcipuè pinguiorem alimenti succū, nec cogit uinum illud
ante coctionem penetrare ad iecur, & ex iecore ad membra. Longeq́ ui-
no utilior est uentriculo, licet ob consuetudinem & intemperiem iam uini

Aquæ ubi optimæ, ibi etiā omnia reliqua.

usu acquisitũ nonnullis secus uideatur. Multi enim uino assueti quoniam ab illo uentriculus extenuatur ob inopiam caloris natiui, atq; etiã ad ipsum aliunde influentis cogunt̃ uino uti atq; in eius usu perseuerare. Sicut etiã in alijs prauis consuetudinib. contingit. Patiũtur enim hi quid simile utẽtib. cibo immoderato, ut calor non assuetus concoquere, sed solum tenuiorem ad se cibi partẽ trahere semper multo cibo indigeat. nã nec diutius cõcoquere potest: nec ex pauco alimento breuiq; concoctione tantũ nutrimenti elicere ut se sustentare ualeat. Hũc aquæ & uini discrimẽ insinuasse uidet̃ sapientissimus Moses, dum ante diluuiũ uitã hominum describit multorũ sæculorum quorundã prope mille annos ꝓducens, sub diluuij aũt tempore refert Deum tanq; pœnituisset tantę prolixitatis uitę, constituentẽ ultimã metam humanæ uitæ centũ & uiginti annos. Inde facit Noã uitẽ inuenientem & uino utentẽ, cũ antea nec uitis nec uini ullã fecisset mentionem, qua si nobis indicaret potu uini hominũ esse decurtatã. Qđ si qs dicat Mosem quasi sui oblitũ, Abrahæ & Isaaci & Iacobi uitã ꝓduxisse multò lõgius cẽtũ & uiginti annis? respõdemus nõ hoc ex obliuione factũ esse, sed ut ostẽderet gratiam diuinam nullis naturæ legibus subijci. Nam neq; ullius alterius qui Deo charus non fuerit uitã ultra eam metã producit, nec tam breui interuallo scriptorũ aut tẽporis, ꝓpriæ uocis atq; sentẽtiæ oblitum esse uerisimile est. Sed redeo ad ꝓpositum. aquę usus saluberrimus est uitæ non solum ad incolumitatẽ, sed etiã longitudinẽ eius, modò ea optima sit. Nec optima esse potest nisi in calida regione. Ea aũt ab oriente fontis ortum habere debet. Cui proxima est cuius fons est inter ortũ æstiuũ & hybernum. Eam subsequit̃ quæ orit̃ inter hybernũ & æstiuũ occasum. Licet etiã emendare aquas atq; corrigere, & quamuis ex hoc nõ corrigant̃ aẽr & fructus & olera, tamen multum facit, hoc solum per se aquas habere bonas.

Aquarũ correctio Corrigunt̃ aũt aquæ destillatione primũ, sin minus stillicidijs: aut si nõ licet colis & ut per densam arenam bis terúe transeant, inde coquant̃ ad tertiam albis ouorum additis atq; argilla, demũ colata sub dio exponat̃ in uasis ac uerberet̃. Quòd si destillatæ aquæ retinent odorem saporemq; quid credendum est de coctionib. aut percolatione? Certe nihil melius quã assidua & diuturna agitatio atq; ex longo interuallo defluxus. Cũ uerò aqua odoris, saporis & coloris expers fuerit & nitida: hinc si epota præcordia nõ conturbet, celerrimeq; ex uẽtre digerat̃, iam optima est atq; emendata: si nõ prauitate nõ caret. Facile eñ descendere è uentriculo, nec turbare corpus non solum signũ est optimę aquæ sed affectus, atq; ut ita dicã ipsa bonitas elementi substantia. Herbæ etiã fontib. innascentes uitiant aquã si aqua nõ profunda fuerit & cursus uelocis. Pessimæ tamen quæ praui sunt odoris, ranę quoque & talia. Pisces etiam aquã corrumpunt, qui tamen mobiles

Aquarũ corrumpentia sunt & squammosi nec frequentes, parum aut nihil obsunt aquæ. In uniuersum motus & sol aquas perficiunt. Alterum enim attenuat, alterum purgat aquã: his aũt duob. aquę bonitas cõstat. Aquæ autẽ quæ leniter fluunt & herbas nutriũt medicã uim retinẽt. Vt sisiũ aut adiantũ aut nepita

urinas

urinas cient: sin cyperus aut malabahrum uiscera corroborabunt, & discutiẽt, spiritũq; odoris suauitate cõmendabunt: sin iuncus caput grauãt, somnũ conciliant, aluũ astringunt, urinã prouocant. Si plantago & nymphea immodicè refrigerabunt sanguinẽ, & seminis profluuiũ cohibebũt. Si quis auersis renibus cursum earum excipiat, renũ caliditatẽ mitigabit, & morbos qui ex ea proueniunt tollet. Si harundines herisipelas sanabit epota, locoq; ea abluto sæpius: & uim habebit attractoriam. Demũ si piperitis aut alia consimilis dissoluit flatũ, & uentriculo ac intestinis frigiditate laborantibus confert. Et usus earum strumis ac duritiebus salutaris est. Eadem quoq; ratio & in aliis. Aquæ quæ ex oriente ad occidentem feruntur ob id sunt saluberrimę, quòd Solem perpetuo accipiant. Quę uerò ab occidente in orientẽ labuntur & ipsæ concoctæ atq; ideò salubres. Minus tamen, quia non adeò calescunt. Huius autem causa à nobis in Physicis declarata est. Quamobrem neque fontes sub umbra arborum decurrentes licet gelidiores nec pręcipiti cursu deuoluẽtes aquas adeò salubres sunt; ut qui in patentibus aruis leniter fluunt. nam hi licet calidiores, cum tamẽ Solem uehementius excipiant, concoquuntur aquæ melius, atq; ob id salubriores longè. *optimæ igitur quæ in umbra colliguntur, sed tamen ex* patulo fonte, ac qui longo itinere Solem expertus sit. Præstat ẽm aquam quæ à sanis hauritur esse moderatè, frigidam non modicè. Pessima uerò quæ è proximis montibus uenit, & sub sole colligitur, hæc enim neq; leuis neq; suauis esse potest. Vnde cũ diu in uentriculo subsederit, ꝑ aluũ excernit tandẽ, ꝙ pessimæ aquę signũ est. Nam optima calido tempore statim sudores profert: aliis tẽporib. urinã prolicit. Caue igitur ne collectã in Sole quæ per umbrosa defluxerit loca, pro optima deceptus habeas, sed illius cursum qualis sit considera. Et ideò Nilotica quamuis minimè Solem excipiat ab austro defluens, quia tamen totam permeat torridam terræ zonam & leniter fluit atque per terras optima. Cuius indicio est, quòd sola hæc fossis excepta quanquàm quiescens nec corrumpitur, nec deterior utentibus ea sit: tenuitate enim aëri persimilis non corrumpitur, sed minimo motu contenta, qui ob lenes auras contigit incorrupta seruatur. Quamobrẽ Hipprocrates nõ errat, cũ id re ostendit ꝙ uerbis deficere uidetur. Nam cũ aquæ quę ab oriente in occidentẽ fluunt, aut ab occidente in orientem (omitto ẽm nunc mendũ literæ) ob id sint saluberrimæ ꝙ Solis calore perpetuo cõcoquant. Nilotica uerò ab aëre leniter fluens ubiq; præterq; iuxta cataractas excoquatur ob regionis caliditatẽ & ipsa perpetuò: cõstat ex sentẽtia Hippocratis & illã probari admodum, & optimam cẽseri.

Aquas quæ medicatas efficiunt

Aquarũ differentiæ ex defluxu.

Adhibetur aũt aqua septẽ modis lauacro balneo fomento potu affusa, infusa & instillata. Lauam. ut sordes abluamus, solemusq; pedes ac manus tñ etiã caput lauare frequentius. Lotio omnis natura exhilarare solet ꝓpulsatis uaporib. humectaq; cute, atq; modicè refrigerata: balneũ aũt fieri ex calida ac frigida tepidaq; tũ toti corpori tum solis crurib. & olim & nũc, sed apud Turcas cõsueuit. Iuxta aũt qualitatẽ aquarũ diuersas etiã uires habet.

Aquæ usus septuplex

Calidior

Calidior enim aqua calefacit, sed nō perinde humectat ut tepida uel tēperata. Quinimo perstringens cutim horrorem mouet retentis intus uaporib. Si uerò tepida humectat, atq; in initio calefacit, sub fine aūt difflatis uaporibus & cū his calore refrigerat. Temperata quoq; humectat & nō difflato calore sed exterius deducto calefacit. Hæc aūt tria refrigerant internas partes, sed externas calefaciunt, uerū non eodē modo. Ea em̄ quę calidior est adurit & calefacit inæqualiter & horrores mouet, tepida solum in initio, temperata semper ac æqualiter, quibus etiā fit ut temperatū balneū calefactos, ut Galenus inquit, refrigeret, & refrigeratos calefaciat. Namq; cū tepefaciat similecq; ꝓprio temperamento corpus reddat necesse est ut extremū utrūq; ad medium auocet. Rarius quoq; ac laxius balneū tepidæ aut temperatæ corpus reddit cutimq; rubicundiorē & habitum pleniorem facit, ac somnū conciliat. Labores quoq; ac lassitudines discutit. Multis aūt modis somnū conciliat & reuocatis extra calore acutiore atq; uaporib. & humectato corpore sugentibus arterijs quod tenuius est aquei atq; dulcis uaporis, & uoluptate quæ ex ipso balnei usu percipitur. Soluit quoque torporem balneum. Sed parū utile est his qui omnino inculpato sunt corpore. Neq; enim adeò aquis fauemus ut noxia uelimus pro utilib. collaudare. Quibus em̄ in casibus iuuabit suo loco referemus. At frigidę balneū salubrius lōgè est: libet autem ex Agathino ut Oribasius refert cōmoda illius recensere, sic enim inquit. Qui hunc breuem uitæ cursum cupiunt sani transigere frigida lauari sæpe debent. Vix enim uerbis exequi possum quantū utilitatis ex frigida lauatione percipiatur. quod in causa est ut qui frigida lauantur etiam si senio propemodum confecti sint, corpore tamē constanti & compacto & colore florido comperias: & omnino qui multum utilitatis & roboris præferant. Quin etiam quę ad appetitiones concoctionesq; pertinent firma, sensus plerunque integros & exquisitos, & ut uno uerbo dicam naturales actiones ritè constitutas habent. Equidem in more barbaris esse audiui ut infantes in frigidam assiduè demittant. At ego nulli puerulo qui infantis ætatem excesserit frigidam lauationem incongruam censeo, modo ne propria quædam natura huic ut etiam alijs utilibus rebus aduersetur. Atq; id toto anni tempore: pręcipuè tamen uerno. Oportet autem ab exercitatione non magna & statim à prandio uel etiam post cænam, sed absq; frictione post cęnam, ante prandium cum frictione lauari, frigida satis non tamen admodum gelida, cauēdo ne auditus meatus ingrediat. Solū. n. eis noxia est. Ego uerò nō tm̄ aquarū causæ faueo ut citra necessitatē omnē hoc fieri suadeā, nam præter reliqua ut primum consuetudo contracta fuerit, si eam quis deserat corpus periclitatur. Deinde contingere facile potest ut longo uitæ spatio perperam aliquando adhibeatur, quę cum uim egregiam nacta sit hominem perdat. opportune igitur tantum & à cęna uel prandio aut statim ante corpore satis uegeto adhibenda est, eo modo quo docebitur inferius. Fomentum adhibetur è uesicis è spongijs ex calida uelut in doloribus aut duritiebus: è temperata

uelut

uelut in acribus lachrymis ac fluxionibus: e gelida uelut in uulneribus Potus frigidæ delectat & uentriculo salutaris est maximè à cibo: tepidæ ad uomitum proliciendum. Affusa aqua detergit & motu immutat corpus largiusq; affundi solet. Instillata longius atq; ex alto cadens plus habet uirium ac roboris in intemperie mutanda. Est etiam illa duplex, una quidem quę guttatim cadit, altera quę affatim atq; confertim. Infunditur etiã aqua uelut in clysteribus atq; naribus attracta. Atq; hæc de aquis optimis. Cæterum cum contingat in itineribus aquas multas occurrere, cogiturq; uiator bibere ob sitim, scire præstat quę nam tutior sit. Est autem stans omniũ deterrima, & ex stantibus turbulenta ac malè olens saporisq; fœdi. Inter has omnes peior est quę pessimi est saporis, inde odoris, post uiridis, & in qua carnes putridæ iacent, aut si salamandræ in imo sint ut in quibusdam riuis iuxta Patauium. Et quæ fussæ aut nigræ, ab his omnibus prorsus abstinere oprtet. Pessimarum minus mala est musco obsita & turbulenta, ultima quæ ex riuis montium profluit. Et quamuis frigida aqua melior sit temperata in potu, securior tamen est calida, imo feruens cum deferbuerit quàm frigidissima. Quæ enim frigidissima est semper mala est & cruda & periculosa: nonnunquã uerò etiam uenenosa. Aquæ quoq; usus in singulis membris talis esse debet in sanis: abluantur pedes sordidi aqua tepida. Iuuat & manus quotidie abluere ante cibum, aqua tẽperata, quòd quotidie etiam manus sordibus inficiãtur, à cibo autẽ frigida. Caput aũt lixiuio leui & ipsum cũ sordidum fuerit: nam aqua non sufficit ad sordes pingues eluendas. Vtrum uerò feruens esse debeat an tepida potius, Auenzoar dixit quod feruens, atq; ita Celsus uidetur sentire. Sed Celsus uult ut frigida lauatio succedat. Iam enim Auenzoar ætate lauacra desierant, caputq; ut nunc solum lauabatur uel extrema. Ob id apud Galenum de capitis lotione tantùm non est sermo, cum totus homo lauaretur. Tunc uerò calidæ lotioni frigida succedebat. Quod etiam de capite solo obseruandum est. Quod si aliter fiat, tepida non calida lauandum est caput. Neque enim humanum corpus ferro durius est, quod ubi in igne candescuerit, si non in frigidam demittatur, mollescit admodum. Si igitur caput calida lauetur nec frigida succedat, aperti meatus manebunt, fietq; caput cuilibet iniuriæ obnoxiũ. Vnde grauedines & destillationes necessario fermè & alia mala eueniẽt. Dictum uerò Auenzoar intelligi debet ubi frigidæ, ut dixi inspersio succedat, per quam uelut in ferro astricto meatuum, & durities ac soliditas capiti aduenit. Extrema uerò forsitan licebit & maximè pedes cum uelati nihil excipiant, sed potius sudorem meatibus apertis reddant, feruida lauare & absque frigida. Qui ergo sic assueuerunt ad sudores ea parte proni sunt. Quod si siccare & mutare lintea ac caligas commodum fuerit bonum & utile: si non refrigerato sudore & cum eo pedibus, primùm fœtor, deinde periculum morbi contracto calore & consensu uentriculi accedit.

Aquæ pessimæ

Quæ mẽbra lauanda

Quo uerò tẽpore aquarũ usus melior sit nũc considerãdum. Opportunus

Aquæ usus quo tempore melior

nus sanè mihi magis uidetur cũ aquę sunt meliores & corpus refrigeratione atq; humectatione magis indiget. Sunt autẽ meliores æstate quã hyeme & corpus tunc etiam calidius est atq; siccius multò, quod nemo negat. Laxata quoque membra frigore aquæ coguntur & roborantur. Perpetitur etiam facilius frigus illius eo tempore corpus ac sine horrore ac suspitione febris diarię, quod summũ est periculũ in usu frigidæ, si quis sinistrè utat̃. Forsan tamen quispiam dubitabit ne aquę hyeme sint meliores, quoniam calidiores esse uidentur. At ego & meliores esse aquas & magis coctas & calidiores æstate quàm hyeme esse contendo. Nam quod meliores sint si magis coctæ, & magis coctæ si calidiores, quisq; facilè concedet. Quòd etiam calidiores sint aquæ fluminum & fontium æstate quam hyeme, facilè & hoc plurimi admittent: at quòd aquæ puteorũ, maximeque profundiorum ęstate q̃ hyeme sint calidiores, id pauci admodum admittere uolent. Plures etiã paradoxũ esse suspicabunt̃. Quamobrẽ & in hoc demõstratione opus est: nec simplici sed Geometrica quidẽ, tamen maximè quod hoc demõstrato de omnib. aquis dubitatio tolletur. Sit igitur caliditas maxima ęstiui aëris in nostra regione. A. hyemalis frigus maximum rursus. B. tempus in quo aqua aëri similis est tepore. C. Si igitur aqua calidior est in hyeme q̃ æstate cum sensim in calescat & refrigeretur, erit etiam calidior quã in. C. sit ergo calida iuxta temporis ęstiui. D. calorem & in ęstate frigida pari ratione iuxta. E. frigiditatem aëris. Quia ergo dum aër est sub A. calore, aqua est sub. E. frigore & dum aër est sub. B. frigore aqua est sub. D. calore, differẽtia igitur æstiua aëris & aquę est. A. E. & hyemalis. B. D. igitur duæ differẽtię aquarũ erunt. A. E. & B. D. quæ excedent. A. B. in D. E. uidebitur ergo sensui maius discrimen inter aquas ęstiuas & hyemales quã inter aërẽ, q aperte falsum est: homo enim indicat differentiã caloris ęstiui à frigore hyemis esse tantam ut uix perferri posse existimet mutationem unius in alterum. Differentiã autem aquarũ paruam cum unã tepidã aliam frigidiusculam esse credat. *Rursus in fontibus constat eos esse calidiores æstate quã hyeme, cum aëri expositi sint, nec refugium ibi caloris possit assignari, & tamen aqua fontium ac fluminum calidior uidetur esse hyeme quàm æstate, cum etiam fumum ex halare cernantur, igitur idem de puteis parum profundis est censendum. Ergo de omnibus: quia aliter totam rationem inuertere esset necessariũ, & fateri puteos aliquos similes aëris temperamento esse in ęstate & hyeme. Scilicet illos qui essent mediocriter profundi. Quod etiam ex experimento meientium in balneo deprehenditur, quorũ urina cũ sit uehementer calida, frigida tamẽ esse uidetur. Pondus etiam aquę ipsum quod maius est hyeme quã æstate & facilitas descensus è uentriculo & hypochundrijs in æstate, declarant eã esse multo calidiorem ęstate quã hyeme. Videmus etiam homines potu aquæ in ęstate minus lędi quã in hyeme, quamuis corpora nostra absq; dubio sint calidiora in hyeme quàm in æstate. Ideò hoc non potest contingere nisi ob naturam ipsius aquæ & etiam auxilium aëris. Et si quis obijciat quod si

Aquã æstate calidiorẽ esse in puteis etiã quàm hyeme demõstratur

A D C E B

corpora

corpora nostra sint frigidiora æstate quã hyeme, ergo & terra, igitur & aqua in ea contenta? Respondeo quòd non est par ratio, quia corpora humana sunt calidiora æstate quã hyeme, loquendo de caliditate sensibili: qđ declarat tactus. Sed sunt frigidiora caliditate propria, quæ est animata. Sed hac terra & aqua carent, ideo sunt semper elementa calidiora ęstate q̃ hyeme, terra scylicet, aqua & aër, quæ sola sunt elementa. Dico etiam, quòd putei quo profundiores, eo sunt frigidiores tam hyeme q̃ etiam æstate: quod est argumentnm euidens, aquam eorum esse semper calidam. Nam si hyeme esset calida uere, quoniam caliditas se conderet quò essent putei profundiores, eò essent calidiores. Sed nõ sunt, quia calor ille est à Solis radijs, qui remotiores sunt ab aqua in puteis profundis, quã his qui non sunt profundi. Quod etiã ex affectibus dignoscitur, nam & æstate terra magis siccatur q̃ hyeme, & herbas atq; arbores uberius alit: igitur pinguior, igitur magis concoctum humidum, igitur calidius. Declaratum est eñ à nobis & quòd omnes plantæ humido pingui aluntur, & quòd pinguis humor fit à coctione syderum calorisq; eorum. Manifestũ est igitur ex hoc quòd aqua saluberrima est in æstate, inde in uere & autumno, ultimò in hyeme, quoniam tunc pessima est. Atq; hęc omnia ex dictis constant, nisi quòd nõdum clarum est cur cum aqua sit æquè calida uere & autumno, melior tñ sit in uere. Hoc aũt breuiter nunc declarãdum est, nę tempus extra principale propositum frustra teramus, & lõgius opus faciamus. Dico ergo q̃ omnia quæ crescunt, sunt robustiora, & fidelius qualitates suas exhibẽt q̃ quæ decrescunt, qđ uidemus in temperie uerna & autumni, in adolescentibus, uiris, & eo qui tantum abest recessu ad seniũ à consistentia, atq; uirili ætate, quantũ adolescens qui nondũ accessit, atq; in omnibus alijs. Igitur cum uere calor aquarum sit in incremento, ut docuimus, in autumno aũt minuatur, constat cur uere aquæ sint salubriores quàm autumno. Quod etiam argumentum est, aquas refrigerari in autumno, nõ incalescere. Si eñ incalescerent more aliorum omniũ quæ incalescunt, essent meliores atq; salubriores. Liquet ergo ex hoc cur aquę apud nos Augusto mense sint pessimę & noxiæ hominibus qui eas bibunt, uel etiam si quis natationem in eis exerceat: nã corpora tunc humana imbecilliora sunt, & aër & aqua omnia deteriora euadunt, refrigerãturq;. Quod malũ etiã per totũ Septembrẽ licet ualidius fiat, tñ magis conspicuũ est in Augusto, qđ in Septẽbri tum ob experimentũ pręcedentis mẽsis, tũ ob frigus homines magis cautè se aquarũ usib. tã internis q̃ externis cõmittunt. Sed his expositis ad principale ꝓpositũ reuertamur, doceamusq; usus aquarũ nõ solũ ad cõseruandã sanitatẽ, sed ad singulos quoq; ꝓpulsãdos morbos cõferre. eãq; tractationẽ in duas partes diuidemus. Primò scilicet de cõseruãda uniuscuiusq; mẽbri sanitate, tum etiã totius corporis: inde de morbis q singulis mẽbris aduenire solent differemus, initium ut par est à capite faciẽtes, ac demũ post pedũ & mauũ affectus de his morbis sermonẽ facientes, qui uel totum corpus occupare solent, ut febres: uel non plus uni membro conueniunt quã alteri, ut

Aqua uere cur melior quàm autũno.

ri, ut ulcera atq; abscessus: aut quæ plurib. & si nō omnib. mēbris possunt
esse cōmunia, ut fractura & luxatio. Verū primū de ordine & usu aquę
Aqua in quæ membra maximè possit. in sanis dicēdum est, quarum usus ꝓculdubio etiā per se plurimū potest ad
uitæ lōgitudinē: ad dentes firmādos debilitādosue, ad fluxiones omnes, ad
habitū corporis, atq; colorē. Potest & in reliquis, sed non adeò. Ex morbis
uerò ad lienē hydropē, uentriculi & intestinorum scirrhos & renū lapidē.
Hernia gulę nulla magis alia causa, q̄ aquarū uitio ꝓcreat̄. Iam ergo suppo
sito, ꝙ optima sit aqua, uidēdū est quādo illā sumere debeamus. Cōstat em̄
opportuno illius usu omnia mēbra fermè sanescere aut infirmari. Auicēna
aūt existimat pulmones & cerebrū maximè affici. Sed hæc inferius: nunc
cōstat, necessariū esse ut sciamus quantitatē aquæ, & ordinē cui tēpus con
iunctum est. Sunt igit̄ aquæ q̄ bibunt̄, à sanis optimę, frigidę seu coctę na
turales aut destillatę. Et ex his melior modus refrigerādi aquas est, ut sub di
uo exponant̄, aut in puteū demittant̄. In altis uerò locis uentus magis flat,
& aër purior est. Oportet aūt ut celerius refrigeret̄ aqua, uas nō totū repleri
nā aër qui intus continet̄ facilè refrigerat̄, atq; inde illi aqua contigua. A-
qua etiam niue refrigerata, aut glacie mala est, & quia immodicæ est frigi-
ditatis, & quoniā uiolenter cogit̄. Deterior aūt, si misceat̄: nā neruos tandē
Aqua nutrit. necessario lædit. Aquę uerò usus nō est nutriēdi ꝓpriè causa, sed potius ut
nutrimentum liquefactum deferat ad mēbra, & etiā humidius & frigidius
redditū tēperet̄. Verū quāuis Hippocrates & Auicenna dicāt, ꝙ aqua nō
nutrit, & Galenus conet̄ assignare causam, quia est elementū, & elemēta nō
nutriant, nō tn̄ uidet̄ hoc uerum exquisitè. Nec; Hippocrates eam nō nu
trire dixit, sed nō mouere feces, debilitare uires languentiū, nec extinguere
sitim. Hæc aūt haud cōtingunt, quoniā nō nutriat aqua, sed quia laxat mē
brorū substantiā excalefacta febrili calore. Nec; etiā extinguere sitim inqt,
quoniā nō nutriat, id em̄ absurdum, sed quoniā in bilē uertit̄. Vnde inqt
Hipp. Amarescit, & biliosis biliosa est. Ex q° patet, illā etiā nutrire. Quę em̄
generare potest bilē, etiā potest generare sanguinē tenuē, q̄ aquę similis ma
gis est q̄ bilis. Nō igit̄ mō sedat sitim, quia nō nutriat, sed quia crassa cum
sit, anteq̄ penetret in biliosis atq; febricitantib. à bile uincit̄. Melius igit̄ erit
ita argumētari. Sitim sedat in sanis, igit̄ nutrit: q̄ nō nutrit, igitur sitim nō
sedat. In prima oratione ꝙ assumitur, est uerissimū, & sensui manifestum:
ꝙ cōcluditur, dubium, ut in plerisq; quę sola in argumenti cōfirmātur: in
secunda ex dubio assūpto cōcluditur falsum & repugnās experimento.
Libro de usu Respirationis, ca. 5. Mirū est aūt, ꝙ Galenus cōcesserit aërē nutrire, & neget illud de aqua, quę
lōgè corpulentior est. Solida igitur mēbra ex terreis nutriri uidētur, cōten
ta & liquida ex potib. uino atq; aqua, spiritus ex aëre. Sedat aūt aqua sitim
nō solum nutriendo, sed etiā temperādo mēbra supcalefacta. Vnde aqua
frigida melius sitim sedat, q̄ calida aut tepida. Cum tn̄ utraq; sitim sedet. cō
stat ꝙ etiā nutriendo sitim sedat, nō solā qualitate. Videmus etiā pisces a-
qua sola nutriri, qđ & Rōdeletius expertum se testatur. Et animalia si bi-
bant aq̄, serius ex fame pereunt, q̄ si omnino nihil bibāt. Et nos in libris
de Rerum

de Rerũ uarietate nõ solũ ex aq̃, sed etiã ex aẽre nutriri homines docuimus, humoremq; aqueum ex illo gnãri. Nõ rectè igit̃ Galenus negat aq̃; nutrire: q̃ cum nõ sit elementũ purum, nutrire potest. & si etiã esset, nutrire trãsmutata posset. Nã ut inqt Hipp. Putrefacta aqua crasśior reddit, &: In quãtum cunq; puro uase uermiculos generat nullo alio addito: quãto igitur magis in corpore nostro tot coctionib. immutata? Frustra igit̃ quasi infamẽ potu aquę Galenus reddiderat, quoniã uino potius q̃ aqua delectabatur. Sed alia maior difficultas exoritur. nã Rasis nõ cũ cibo bibẽdum aq̃ cõsulit, quẽ Auicenna secutus inqt: Nec post cibum statim multa aqua bibẽda est, ne supernatare eum faciat: nec multò minus cũ cibo ipso, uerũ à cibo statim tm̃ aquæ sumẽdum, ut cibus humectetur, & maximè si sitiat. Ideoq; frigida tunc cõuenit. Postq̃ aũt cibus è uentriculo descenderit, q̃ ex ipsius uẽtriculi & partium q̃ illi è regione sunt, leuitate dignoscit̃, aq̃ bibere cõuenit, ut cibus cõcoctus ad mẽbra facilius deferatur. Quòd si antea siti urgeatur, parum aquæ frigidæ bibere, quẽadmodum & statim à cibo assumere poterit. Et quod magis mirum est, eandẽ fermè de uino sententiã habẽt. Quæ tñ uidentur factu difficilia, quoniã homo cõmedẽdo sitim patitur, quia humidum roridum ab ore uentriculi fugitur à cibo, atq; etiã detergitur. Sunt etiã à ratione aliena, cum iam dixisset hominẽ debere bibere cum sitit, quia corpus siccatur: & cõmedere dum esurit, quoniã uentriculus malis replet̃ succis. Deinde mirum est, quòd hic mos nõ fuerit antiquis. ut. n. Athenæus recitat, neq; Homeri tẽpore hoc fiebat, sed inter prandendũ & cęnandũ potabãt. Nec Galenus huius cõsuetudinis meminit ullibi. Illud uerò magis absurdum, quod cum aquę potũ in ieiunis dãnet, hic iam cibo è uentriculo educto potũ copiosum imperet. Deinde à cœna quomodo bibemus? an statim? nõ probat: an per noctẽ? uigilabimusné tota nocte, ut occasionem hanc obseruemus? an mane, cum iã ieiuni sumus? quis hoc sanis auribus audiet? Quis etiam hanc uentris superioris leuitatẽ atq; uacuitatem intelligit? qua arte assequentur hanc scientiam rustici, artifices, milites, negociatores, quã uix ex multis medicis unus percipit? Galenus autem uidetur primo ex sexto de Tuenda sanitate sentire idem quod nobis in usu quotidiano est, uel non multum ab eo dissidens, scilicet ut à cibo bibamus: qui mos certè est ualentium corporum. Sed undé nam tam absurdus mos emanauerit, non facile forsan diiudicare liceat. Ego tamen Arabibus hac in parte magis credendum existimarẽ, quòd pleriq; ex his cẽtesimum annum attigerint, ut Rasis & Zoar. Auerroes quoq; ualde senex obijt. Galenus cũ normam uitæ alijs pręscripserit, neq; admodum diu uixit, nec illud tempus quo uixit perpetuis fermè uacauit incõmodis, & tñ adeò operosam tuendę sanitatis rationẽ instituit, ut illud probẽ quod Rex Neapolis aulicis suis quãdoq; respondit. Cum em̃ senẽ ualde & qui centesimũ annũ attigerat, ut aiebant illi, ei ostendissent, interrogauit illum quonã uitæ instituto usus esset? cum ille multa quæ uitasset narraret, Rex prudenter inquit: Malo iuuenem mori q̃ in producenda uita quicquid est uita amittere. Et rectè in-

An cum cibo non bibẽdum.

Quarto ad Almãsorem cap. 5.

Cap. 11. & 7.

quam. nam si centum annis uiuas, totus in hoc ut uiuas solum intentus, ne diecculam uixisse gloriari potes, quoniã neq; illius dulcedinẽ nec suauitatẽ aut ullius alterius percipere licuit. Quantò melius igitur est quinquaginta annis sibi uixisse, q̃ uel cẽtum in cõtinua formidine atq; seruitute? Sed hęc hactenus: satis cõstat, Galenum ut contradiceret antiquioribus, plus iusto studuisse, nos aũt iter cœptum prosequamur. Quod magis obstat eorum opinioni, est Hipp. sententia tertio libro de Dieta: Potu inter edendum utendum est sufficiente, interdiu aũt minime bibendum, nisi aliqua necessaria siccitate corpus urgeatur. Hic uidet̃ sane Hip. omnẽ hunc usum potus explosisse. Nihil deniq; inuenio quod huic opinioni cõducat. Nã quòd Celsus dicat hyeme sumendũ esse cibum siccum absq; carne & sine potu, nihil ad rẽ: prius eñ dixerat post multas potiones, quę aliquãtum sitim excesserint, nihil edẽdum. Vt tandẽ cõcludum eã sententiã apud Arabes ex illa authoritate, q̃ à nobis tertio Cõtradicentium medicorum citat̃ ortã. Cęterum his omissis ad ordinẽ redeamus. in potu aquæ natura, qualitas, quãtitas & ordo spectanda sunt. Natura eñ optima eligẽda, & destillata putredini minime obnoxia est. Nam & in uasis seruata serius corrumpit̃: & cisternina. Qualitas aquę multiplex est, frigidissima, frigida, tepida, calida, calidior. nã de potu feruẽtis agere esset insani. frigidissima utilis est robustis tñ, & assuetis, & modica cum cibo: aliter ieiunis aut copiosè sumpta hydropẽ subitò creare potest. Pauca aũt, ut Celsus inq̃t, statim à cibo sumpta cõcoctionẽ iuuat. uẽtriculi eñ os cõcludit, & calorẽ ad imum eius repellit. Cæterũ in alijs usus sit frigidæ. Vti eñ aqua frigida, qualis esse debet, & qualiter, uentriculum cõfirmat, oris spiritum bene olere facit. Vnde Romani nõ tñ ad cohibendã mulierum insolentiã (si quidem per se mulier stulta est & procax, sin autem uinum bibat, bis stulta & insolẽs) eas uti aqua iusserunt: sed ob paupertatem, cum ab initio ager eorum angusto limite cõcluderetur, & penè sine uitibus essent, & ipsi bellis quasi perpetuis occupati: & ad cõmendandum oris anhelitum hoc inuentum est, quo nil uenere suauius esse potest. Vnde hic usus uidetur hac ratione omnib. cõmodus. Temperatiores etiã reddunt in actionibus, & prudentiores quicunq; sola aqua in potu utuntur. Præterea etiam ingenio magis ualent, nam halitus ac uapor à uentriculo ascendens nõ conturbat cerebrum. Et ob id etiam suauissimè dormiũt præter cęteros, & somnia uident ueriora, nõ agitatis ui uini imaginib. Corpora uerò eorum ad magnitudinẽ maiorẽ perueniunt, nõ ante tempus siccata, & molliora, ac solidiora firmioraq;. A morbis uerò qui ex cerebro originẽ ducunt, tuti magis sunt, imò sponte nunq; in eos morbos incidunt. Sunt aũt attonitus, paralysis, surditas, cæcitas, podagra & arthritis cõuulsioq;. Neq; ob aliud (tametsi modico uini potu ob regionis consuetudinẽ & naturam uteretur) patrẽ meum integris sensibus ad extremã ætatem & absq; podagra peruenisse existimo, q̃ quòd assiduè aqua fermè uteretur in potu. Ii neque tremuli fiunt neq; insaniunt: & quod magis mirum est, etiam rarissime lithiasi corripiuntur. Decet aũt hoc quod nõ tã perspicuũ est declarare,

Lib. 1. cap. 3.

Cap. 1.

Trac. 3. Cõt. 6. quã uide.

In Aquæ potu quæ nam obseruanda.

Aquæ cõmoda generaliter.

declarare. Nam & si lentos cibos & crassos edant, cum aqua non impellat ut uinum, cogitur natura ut penetrare possint, magnis uiribus tales cibos coquere. Manifestum est autẽ, quòd à tali coctione nihil mali euenire potest. Verum tñ ut aqua optima omnibus his conducit, ita lacustris in hac causa cœnosaq; pessima est. At nobis sermo est de aqua, quę nulla in parte culpari potest. Iuuat præterea aqua omnem facultatem concoquendi, expellendi, attrahendi retinendiq;: & omnes cohibet fluxiones, corporis etiã raritati confert, seu epota frigida, seu etiã exterius admota. Imbrifera ad excretiones omnes maximè urinarum, fecum, sudoris utilissima est. Aqua etiam ad sanguinis generationem, ac bonum habitum præstantior est uino, & lacti melius longè eo sociatur. Lactis autẽ usus utilissimus ad uitam producendam. Sed & per se sumpta ad uitę diuturnitatem plurimum aqua cõducit Audiui de quodam, q̃uis fabulosum esse existimẽ, qui ad trecentos annos peruenit. Verum haud dubium est, eam multum uitæ longitudini cõferre. Nuper agnoui quendam Hispanum Ioan. Moralem, qui habitat iuxta arcem, quẽ referunt centum annos iam sex mensibus excessisse, cum etiã ipse id testetur, estq; robustus, nec incuruatus ulla ex parte, cũ etiã multa uulnera lethalia acceperit: atq; ex machinis igneis, quibus ossa crurium cõfracta sunt. Hic igitur uini potu nunq̃ usus est. Facilius etiã singulis morbis aqua q̃ uini potu occurrere, incoctis his quæ opportuna sunt cuiq; lãguori. Velut fluxio est à capite, incoquantur papauer aut Indica spica: est uentriculi pituita, menta aut cinamomum uulgare, optimũ tñ: sunt flatus anisum, uiticis semen: est tussis & pulmonis affectus gliciriza, zinziber: est renũ calculus, lappæ semen, aut flos genistę, aut saxifragia. Quin etiã ubiq; aquam inuenire decet bonam, aut efficere, nõ uinum: neq; aquarum tm̃ discrimen, quantum uinorum. Quamobrem etiam ad bellicum usum nihil accommodatius, multa em̃ bella hoc solo infeliciter gesta exercitus absumpti, quòd assueti uino, nec illud inuenire, nec aquã ferre poterant. Atq; ita inclytæ acies periere. Videtur itaq; aqua uino anteferenda. Ad prolis quoq; generationem illo utilior est, dum ueneris superfluum usum cohibet, atq; cohercet. Vnde semen concoctum generationi aptius redditur. Verùm neruis & pectori & obstructionib. tũ internis abscessibus inutilis existimatur. Sed aqua nõ tam neruis utilis est, q̃ necessaria: & his qui cerebrum habent imbecille. Propterea in morbis neruorum uinũ cum sit pessimũ, nec aqua frigida utilis, mulsa exhiberi debet. solum ad lætitiã uinum, & exhilarandũ confert, estq; aqua præstantius. Senib. itaq; ac melancholia laborantib. nõ omnibus, sed his qui natura tantũ ad eum morbum propẽsi sunt conuenit. Generaliter ergo aqua usq; ad senium uino commodior, & senib. ipsis qui natura non sunt melancholici, id est, qui non abundãt plurima sanguinis fece. Ad obstructiones etiam & abscessus, & pectus infirmũ tantò uinum periculosius est, quantò aqua inutilior. In uniuersum paucissimis uinum utili est, eiusq; usus conuenit, nisi uiolenta illa ac omnium malorum fautrix, regina consuetudo obstiterit. Porrò quoniã aquę copia in exercitu

Indus trecentorũ annorũ hydropotes.

Ioannes Morales Hispanus annorũ centum, hydropotes.

Aquarũ ad singulos affectus compositiones.

Vinũ solum duobus in casib. aqua præstantius.

Aqua pro exercitu quomodo purganda.

necessaria est, eo quo in priuatis auxilio purgandi eas destituimur: quamobrem oportet fossis excauatis, sabuloq; interposito eas colare & corrigere. Tepidarum aūt aquarum inter cibos nullus usus est, ut que nauseam semper cōmoueant. Sed harum & aliarum quid meminisse expedit, quandoquidem nullę ad usum exquisitæ sanorum spectent.

Aquæ quantitas quibus iudicetur.

Quantitas aquæ nō una ratione describi potest, cibus, temperamentū, anni tempus, ætas, cōsuetudo, necessitas atq; alia multa considerāda sunt. Cibus siccior, copiosior, corpulentior plus aquæ exigit q̃ qui non est eiusmodi. Aetas iuuētutis & biliosum temperamentum. Consuetudo, plurimi potus, æstas, ars, exercitatio, diuturna sitis & potus abstinentia, & huiusmodi. Salsa quoq; & calida potestate plus aquę requirunt, q̃ frigida & humida & acida, astringentiaq;, & multo minus insipida. Igitur pro determinanda quantitate duo obseruanda sunt, necessitas & tolerantia. Tolerantiā usus adiuuat, necessitas duplex: alia, ut cibus dissoluatur, ut puls spissa: alia, ut sitis sedetur. Sitis eñ cum non extinguitur, hominē consumit & tabefacit. Ordo tēpus etiā continet. Itaq; maxima ratio in hoc cōstat, ut sitis ipsa potū determinet, uelut eñ qui bene se habet, statim à fame edere debet, ꝙ aliter faciēdo corpus absumatur: ita à naturali siti statim bibēdum, ꝙ corpus siccetur.

A siti statim bibēdum, & pro ipsius magnitudine.

ieiunus ergo siti naturali nunq̃ corripitur. nam sitis nō quemadmodū fames hominib. naturalis est. Esuriunt eñ omnia naturalia, eduntq;, nisi chameleontē excipias: at non omnia bibunt, neq; sitiunt, ut cuniculi, qui sine potu uiuunt, tametsi uoluptatis causa uinū & lac auidè ingurgitent, suesq; Indici. Aues q̃; que uniuersæ, quæ in aquis non degunt, parū potant. Cameli & Africæ feræ & serpentium genera plurima parum & rarò bibunt. Morbi quoq; sitim generant nō famē, qm̄ fames naturalis res est, sitis aūt nō.

Sitis non est res naturalis ut fames.

Non igitur unq; sitis sponte euenit, sicut fames, sed uel febre, uel dolore, uel ira uel motu, uel aëris caliditate, aut ꝓpter cibum. Est eñ humidum, quod sitim prohibet, externū frigid um potestate aut actu, ꝙ à calore naturali consumi nō potest, cum externum sit. Quamobrem omnis sitis pręternaturalis est, eam tñ naturalē appellamus solum, quæ cibo assumpto prouenit, latiore significato, quę citra causam manifestā cōtingit. Constat igitur nō posse sitim naturaliter generari ante famē, imò nec ante cibi assumptionē. Sitis aūt salsa fit cū absq; humidi cōsumptione ea gignitur, ut si salsis quis utat̃, aut bilis uētriculū occupet. Generaliter ergo siti salsę potus nō cōuenit, nā humido addere humidū nō oportet. Cōstat ergo, cur potus in siti sit necessarius. Cū igitur edendo sitim homo perceperit, tm̄ bibendū aquæ, ut sitis extinguat̃. Quòd si ad finem usq; peruenerit, tunc bibere oportet ꝙ uidetur, sic ut cibus soluatur leuiter, non in ptisanę formā, sed mellis concreti. Multò minus ut innatet cibo. Quamobrem qui multò potui sunt assueti, nullā uiam tutam habent: à pauco eñ cōcoctio uitiat̃. & uentriculus fatigatur, à multo ꝙ concoquitur non bene concoquitur. Concretus eñ cibus hęrens optimè concoquit̃, sicut dilutus facilè, & à uentriculo separatus malè & imperfectè.

Sitis tria genera.

Sitis ergo cum tria sint genera, quæ à cibo bonū signum & protinus

potu

potu saturanda, quæ ex cõsumptione à calore aut siccitate & ipsa extinguẽda, ut in ardentib. febribus synceris, & mendosa quę aqua restingui nec potest nec debet. Aliquando tñ extinguitur potu, & extinguere prodest: fit autem à salso humore plerunq;, & labore uẽtriculi. Sapor salsus ob edulia uel ut in ardentibus spurijs febribus, dum uellicat uentriculi os, gignit, & deter gi postulat, & sic sitis tollit̃. Plura aũt de his in Aphorismis dicta sunt. Hactenus de usu aquæ pro sanis generaliter.

Postq̃ autẽ uisum est de aqua optimę usu, q̃ procul dubio optimo uino pręferre debemus, id modò uidendũ, an aqua prauo uino deterior sit. Atq; id ita est. circa eñ eadem est optimũ atq; pessimum: ut caro optima olerib. præferẽda est gustu, odore & usu. ita pessima & corrupta deterior est in omnibus lactuca, brassica, endiuia, corruptis. Est & alia ratio firmior atq; ualidior. nam aqua corrumpitur permixtione multorum, quę uino nõ possũt permisceri, adeò ut aquę inueniantur quę confestim occidãt, ut olim de Stygia ferebatur aqua: aliæ amentes, aliæ steriles faciunt, alię dentes excutiunt, quorum nullũ à uino fieri potest. Concocta enim aqua diu in uisceribus terrę nihil est quod non possit. Corrumpitur præterea aqua à terra, ipsa etiam sine permixtione, dumq; latet in illius uisceribus, si non moueatur, perniciosa euadit. Vnde recentium puteorum omnes aquæ pessimę sunt. Quædam etiam nunquã bonæ euadunt, ut Romę contingit hoc, uel quia terræ aliquid metallici immiscetur, uel quia terra corrupta est, uel quoniam aqua per loca praua transit, aut quia non mouetur, uel uix mouetur. Vinum etiam in arbore concoquitur, seruatur in uasis mundis: per se uel omnino corruptionis expers, uel non nisi à uehementi aẽris calore, etiam si infirmum sit corrumpitur, aqua ab omnib. his destituitur. Est enim humida ac cruda, uinum calidum & siccum & coctum in uasis, dum feruet in eis. Ob id quod in uasis non feruet, sed ui ne ferueat detinetur, longè deterius est omni alio uino.

Aqua praua deterior uino prauo.

Vinum quod nõ feruet pessimum.

His cognitis ad aquę usum reuertamur, & ut singula corporis membra particulatim confirmet doceamus. Caput igitur primum nec leuiter nec mediocriter aquæ frigidæ usus corroborat. Celsus huius auxilij locuples author est. Lixiuio primum calidiore totum caput diligentissimè abluendũ est. inde confertim aqua fontana aut putealis superfundenda est ad quantitatem heminarum quinq; aut sex aut etiam plus, ut perferre potest. Deinde caput linteis frigidioribus siccare oportet. Et quamuis hæc lotio repẽtina horrorem non leuem incutiat, uideaturq; homo totus obrigere, multa tñ & magna cõmoda affert.

Capiti cõfirmando.

Primum quidem coacto intus calore concoquuntur cruda, excrementa digeruntur, spiritus temperantur, functiones perficiuntur, omnesq; facultates pristinę integritati restituunt̃. Cœpi ego xlij anno hoc uti pręsidio tantum abest ut aliqua ex parte læsum me sentiam, ut his proximis xiij. annis aduersus naturæ cursum omnia, quod ad caput attinet, profe-

cerint in melius, ni forsan iudicium me fallit. Pauci tñ ob mollitiẽ sustinere uolunt, quod propter horrorẽ homo quispiã sentiat adeò terribile, ut omnia membra permeet cõcutiatq́ corpus. Superfundi aũt maximè debet coronali suturæ. Est si sensim etiã superfundatur, ac pauca pro uirium aquæ mensura iuuat: ita si ex alto magis quàm ꝓpè. Decet aũt hoc rarius uti præsidio, ueluti quater in anno. Cõsueta eñ minus nos afficiunt, & præter propositum adhibita auxilia in cõtrarium affectum hominum partes mutãt. Quin etiam hoc præstat tot lotionibus artificiosis, caput reddens leuius & robustius, ipsumq́ hominem hilariorem. Arcetq́ hæc consuetudo sic lauãdi caput, caluitium nondum præsens, & canos retardat. Manifestũ est autẽ quòd ieiunis hoc conuenit, & postq̃ iam aluum demiserint. Quæ etiã caput iuuãt, sensus omnes etiã iuuant, & ad motus promptiores reddunt. Siquidem sensuum omnium & motus origo in capite sita est.

Neruis præseruandis. Hinc cõstat & potu & lotione confirmalo cerebro neruos fieri ualidiores. nam quæ oriuntur ab aliquo eius, à quo oriuntur, uim obtinent. Vnde etiam uidemus eos qui potu aquæ solius utuntur, nec fieri tremulos, nec conuelli, nec stupore aut paralysi occupari. Vt obscurum nõ sit, aq̃ neruis esse utilissimam: quod etiam ex cura tot morborum neruis aduenientium dignosci facile potest. Quid est cur in cunctis morbis neruorum statim ad aquæ potum cõfugimus, nemine qui sapiat dissentiente? magisq́ in hoc cõuenimus omnes medici, q̃ in alijs omnibus morbis: qđ si aquę potus tã salutaris est iam laborantib. neruorum morbis, quid erit de his qui nondũ laborant, ut seruentur immunes? Nerui primum cã interiore nulla lęduntur, nisi afflicto cerebro: cerebrum aqua iuuat̃ simile à simili: & aqua nihil uiolentum patitur: & quæ nihil ad illud uehit quod non trahat, ob id utilissima aqua cerebro neruisq́ est. Nec solum epota, sed admota frigida, ut quæ calorem naturalem confirmet, neq́ in secunda uel tertia coctione detrimenti quicq̃ afferre potest, utpote immutata: de prima aũt suo loco dicemus. Vidi nuper Io. Moralem, de quo suprà paulo memini, haud tremulum, quantumuis senẽ, aliosq́ plures. Nos, quanq̃ tot laboribus, curis incommodisq́ attriti, iam 55. annum emẽsi, quamuis nõ ultra ætatis rationẽ, adeò tñ integris sensibus omnib. manuq́ firma uigemus, ut plures me iuniorẽ multò existiment q̃ sim, idq́ solum beneficio potus aquę. quãuis eñ uino utamur ob regionis cõsuetudinem, & parentum, nihilominus tamẽ parcè, ut aquam uino, nõ uinũ aqua diluere quisq́ nos dicere possit. Quid pater meus, qui & ipse aquæ potator magis extitit q̃ nos, tametsi modico uino uteretur, octuagenarius integris omnibus sensibus: ac quod ad firmitatem neruorum attinet, haud tremulis utebatur, ut puerum florentẽ dixisses. Ipse idem de auo meo referebat, ego de patre affirmare possum, de auo non possum.

Oculorũ cõseruationi. Oculorum uerò præcipuè claritatem aqua confirmat. nõ necesse est aũt, ut commemorem, qualiter illis prosit ebibita. Multò enim magis si ex ea lauentur confert. Maximè uerò si oculi aperti in ea immergantur. Quod

quamuis

quamuis ab initio sit difficile, longè tñ est utilius, q̃ sit arduum. Etenim uisum acuit, lachrymas sistit, robustos efficit oculos, & eos ab omni fluxione immunes reddit. Memini cum essem iuuenis, inchoantē mihi lachrymarū defluxum sic cohibuisse. Quin etiā q nuper cōmemorauimus, scilicet inspersio frigidæ capiti, & balneum ex tepida pedibus adhibitū, & lotio manuum cum frigida à cibo, omnia hæc oculis conducunt, & sunt salutaria. Ita multiplici modo aqua oculis confert, nec mirū. nā philosophi medicíq; in hoc cōsentiunt, quòd oculi substantia aquea sit. Quamobrē non est à ratione alienum, simile iuuari à simili. Meminit huius præsidij, scilicet immersionis oculorum in aq̃ Rasis. Verùm de balneis, & maximè pedum, quod auocent atq; diuertant, modò aqua sit calens, nō solum omnes autores testantur, sed ratio etiam ipsa suadet. *4. ad Almāsorē cap. 22.*

Eadem manuū tū uultus ex frigida lotio hominē exhilarat, recreatq; spiritus, colorē faciei meliorē efficit, pulchrioremq; reddit. Aqua eñ præter id quod sordes eluit, uapores & malos habitus expirare facit, caloremq; intus natiuum cogit. Vnde Auicenna: Faciē aqua frigida madefacere atq; inspergere, uires recreat, & præcipuè deficientes ob febriū æstum. *Lotio uultus & manuū ex frigida quib. conferat.*

Eadē ut hauritur è puteis, naribus attracta uel tepida purgat pituitā, olfactum conseruat immunem: frigidior uerò tepida cerebro utilis est, ipsumq; cōfirmat. Neq; eñ par ratio cerebri læsi & sani, & eius cuius os fractum est, aut integrū. Seruat & hæc cōsuetudo hauriendi aquam per nares hominē ab ozenæ & polypi periculo. Similiter & aures tepida aqua lauare atq; purgare à tinnitu ac surditate hominem præseruat, sed quo diligentius laueris, eo diligentius eas siccare etiam oportet. Auxiliatur etiā aqua uentriculo, si quid aliud, & primum dum eum purgat, epota mane, inde uomitu reiecta. Educit eñ bilem pituitamq;, & ab omnib. fermè morbis hæc cōsuetudo præseruat. Nec obstat quicq̃ nisi difficultas, & si homo uomere nō sit assuetus. Cæterum res est mirabilis iuuamenti, & utilissima seruandæ sanitati, & maxime imbecillibus intemperatis pauperibus & quibuscunq; negocijs occupatis. Opportunissimum uerò est cum homo nauseam sentit, aut grauitatem in uentriculo, aut oris malum saporem, uel odorem, uel sitim, uel morsum in præcordijs & circa stomachum, tunc enim præsentaneum est auxilium. educit enim bilem flauam, proprie per uomitum & pituitā tenuem & etiā crassam, & acidum humorē. illum quoq; tēperat, per inferna etiā atrā bilem. Scioq; agnatum meum quadraginta perpetuis annis hoc auxilio usum, semper ualuisse, quāuis septimestris esset, nec satis bono regimine alioqui uteret. Nec solū recte ualuit, sed bonū habitum perpetuò retinuit: nuncq; etiā sanus uiuit, q̃uis sexagenario maior, diluculo surgens, aeriq; se exponens. Vnde male agunt medici, nō solum q̃ in omni uētriculi imbecillitate uina fragrantia exhibēt, sed etiā qui in plerisq; illa præferūt aquæ. Nā cū ea imbecillitas trifariā cōtingere possit, natiui caloris defectu, mala qualitate & alienę materię pñtia: in duob. semper casib. uino aqua melior est. Nam si materia adsit, aqua illā magis detergit & preparat & *Narib. & olfactui conseruando.* *Auribus conseruandis.* *Vētriculo cōseruando.*

per aluum

per aluum facilius uino ducit. Si inopia sit caloris, adhuc aqua uino præstã tior est, modò ex ætate defectus nõ sit, nam ea inopia malã qualitatẽ frigidã, cuius causa uinũ magis cõuenit, sibi semper associat. Ex intẽperieb. etiã in calida, aut sicca, aut ex utraq; cõposita aqua uino salubrior est.

Ad sitim. Ad sitim quoq; tollendã, & collutione oris, & potu & balneo nihil melius syncera aqua excogitari potest. De naturali nunc siti sermo est, aut ea q̃ citra corporis morbũ aduenit. Si eñ labore quisq;, & æstu ac puluere cõfectus sitiat, ex tẽplo balneùm tepidæ adeò prõptè auxiliatur, ut Galenus referat ipsum q lauatur, aquæ ingressum sentire. Id uerò dicebat admirabile, quòd balneũ sitim in habẽtibus sedet, in nõ habentib. aũt excitet. Si qs eñ sitiẽs in balneũ aquę tepidę ingressus fuerit, absq; siti inquit egreditur. At si nõ prius sitiebat, ꝓdit siticulosus. Horum causam hic docere nõ expedit. Quemadmodum autẽ potus, & quomodo celerrimè sitim extinguat, omnib. ex perimẽto notũ esse scio. Restat ut de oris collutione dicã, quanta sit, & q̃ꝫ potens, quin etiã ut illius referã uires, nunc maximè expedit. Igit̃ collutio oris ex frigida uentriculum refrigerat, pręcipuè aũt stomachũ.i. uẽtriculi os: reprimit etiã malos uapores. Itaq; primã ob causam sitim extinguit & appetentiã cibi excitat. ea eñ ut Galenus docet, à frigido fit. Altera causa odorẽ malum q ex uẽtriculo proficiscit̃ mitigat, & calida repurgatur os: pituita è cerebro detrahitur, unde & fœtorẽ oris, si ex eius partib. ꝓficiscatur, tollit, & cerebrum alleuiat. Vtrum uerò dentib. cõueniat, potẽtia qdem frigidũ, actu aũt calidũ, dubitatiõe dignũ est. Demõstratum tñ est, de actu nõ potestate frigidis hoc debere intelligi. Ergo calida aqua grauedinib. ac raucedinibus utilis est, in ore retenta: frigida uerò comprimit fluxiones, & cerebro ac dentibus utilis est, moderatè adhibita. Testis est Quintus Serenus, dicens:

Grauedinib. & raucedinibus.

Dentibus seruandis.

Sæpe etiam gelida gingiuas collue lympha,
Dentibus ut possis firmum seruare uigorem.

Faucibus & gulæ. Fauces uerò & gulã, ac oris partes usus collutionis ex frigida ab angina & fluxionibus reliquis præseruat. Calida uerò & dentib. & ori repurgãdo cũ sit utilis, dentes etiã iuuat. Verũ ad oris & faucium fluxiones deriuãdas apta est. Eas tñ quæ iã ceperunt neq; amplius augentur, laxat iuuatq; dolores leniẽdo. Non solum ergo collutio oris faucib. & ori ipsi, sed etiam uuæ & gutturi ipsi ac uicinis partib. præstãs est auxilium. Oportet aũt diligẽter cõsiderare, cui affectui homo magis natura consuetudine anni tẽpore ac cõstitutione tũ alijs causis, puta genere artis, exercitatione ꝓnior sit atq; paratior: & periculo magis pręsenti atq; urgenti occurrere. Sed cum omnibus mẽbris frigida cõueniat, præcipuè tñ renibus utilis est. Cõfirmat eos, & lapidis, si quid aliud prohibet, generationem. Ita uerò soleo aqua uti in his casibus ęstate & à prandio, cum Sol meridiat hominẽ in riuulo statuo sedẽtem, sic ut auersis renibus aquæ rigentis cursum excipiat. Incipio aũt ab horæ octaua parte, & ad integrã peruenio: atq; in ea mora aliq̃t dieb. consisto. Manifestum est aũt, quòd locum oporteat eligere umbrosum, ut caput nõ lędatur,

Renibus præseruandis.

lædatur, & aqua ipsa possit esse frigidissima.

In uniuersum uerò calidis tēperamentis aqua utilissima est, dicente Hippocrate sexto Epidē. Calido natura refrigeratio, potus aqua quiescere. Dictum est aūt in Contradictionib. quonā pacto intelligatur à Galeno. Nūc uerò satis erit explicasse qđ ad presens attinet institutum, scilicet quod aquę usus tēperaturas calidas in melius cōmutare potest, quasdā uerò ita in melius traducit, ut obesas & corpulentas eas reddat & efficiat. In uniuersum, aquæ usus nō solum has quas Galenus refert calidas tēperaturas, sed etiam omnes uirium robustarum pleniores & meliores reddit. Dico puerorum omniū & infantium & iuuenū, & primi senij, quæ aut calidæ sint adhuc, aut uiriū ualētium. Solum ergo negabimus usu purioris aquę primis senib q imbecilles sint & frigidę cum hoc naturę: atq; ultimis senib. quos omnes cōstat liqdò uirium esse haud ualidarū, & quib. obstat usus natura potior, ut superius diximus. Sed neq; ullis horum ꝓ sanitate tuēda uinum syncerum utile est, uerum potius dilutum. Ita aqua multis ꝑ se, ac fermè omnib. cōuenit, ac sine uino: uinum nemini absq; aqua, sed & cū illa paucissimis si usum, imò potius abusum excipias. Hoc igitur credo fuisse, cui Mahometus prospexit. Legum labores eñ publicę utilitati cōsulunt, & ualetudini maioris partis. nā omnium nō eorum est muneris, sed medicorum potius. Ita Moses Iudæis suillas carnes prohibuit, qđ in elephātiasim gens illa propēsa foret, & eadē causa cōcubitum in mensium fluxu. Lauari etiā præcepit, quod sint sordidi natura, utpote colluuies seruorum Aegyptiorum.

Calido temperamento præditis.

Vt uerò hyeme nō frigeas, lotio frigidæ cōsuetis plus uestib. ipsis prodest. Vnde Scoti syluestres, cum ea regio sit frigidior lōgè q̄ nostra, & ipsi homines propemodū nudi incedāt indusio & pallio tantum leui corpus ad genua usq; uelātes, nec etiā cincti, frigus hac arte depellunt. Vbi surrexerint, manè frigida se mergunt totos: & ubi paululū delituerint, emergētes stadij spacio currunt, atq; ita tota die calent. Sed & hoc, ut dixi, assuetis ac nō omnino imbecillib. ad optimè cōcoquendum facit. Et quanq; hoc auxilium barbaricum & graue uideať, pręterq̄ quod utile sit, ratione euidēti ꝓbatur, & Hippocr. authoritate nobilitatur. Is etenim in libro de Veteri medicina, inquit: Affinia sunt calor & frigus, atq; inuicē adeò cōmutabilia ut unum ex altero plerunq; oriatur. nā si quis niuē manib. cōceperit, postq̄ refrigeratus fuerit incalescit: & si quis uento frigido similiter se exposuerit, paulo pòst ad locum transiens tepidum, calidior euadit. Ac cōtrà, si Soli prius se exponat, indeq; ad tepidiorē locum accesserit, refrigerabitur manifestè. Hæc est illius sententia, quam ut uno uerbo cum usu complectar, constat huic inniti experimento, quòd frigida exterius dum cutem stipant, & tutos nos ab externo frigore reddunt, & calorē intus cogunt. Calida uerò contrario modo, & calorem qui intus est exhalare cogunt, & apertis meatibus corpus frigori excipiendo obnoxium reddunt. Vnde nihil magis mortiferum est, q̄ ab exercitatione frigori se exponere. Nam & calor conceptus labore extrà progredi prohibetur à frigore, & meatibus apertis ob

Frigori arcendo.

Frigus post calorē quanta mala faciat.

calorem

calorem cōceptum cuius etiam pars dum exerceretur extra euanuit frigus, ingreditur mēbra natiuo destituta calore, inueniens quamobrē illa destruit. Ita duplici malo & ancipiti periculo corpus percellitur, & ut externo calore retento atq; ibi tanq; hoste concluso putredo accendatur ac febris pessima, tum fluxu in intimā aliquam partē (frigore humorem calido liquescētem constringente) decumbat, & ut destituta membra natiuo spiritu sydərentur à frigore. Et ut uel calore ad huc externo uigente nōdum scilicet perfecta resolutione febris & abscessus perniciosi generentur, uel magna illius parte cum naturali spiritu ut dixi ex halante iam atq; resoluta membra corrumpantur à frigore. Atq; ita ut dixi duplex malū ancepsq; periculū. Quæ cum Galenus toties attigerit, tractauerit, sub manibusq; ut ita dicam habuerit, mirum est cur hoc tantum periculum tanq; grauē noxam (quam etiam uulgus nostrum nouit appellatq; Sopressos, id est, deprehēsos à frigore dū calerent, uel sub pressos, id est, magno morbo) nō qualiter debuit explicauerit, sed stipationis & ephemeræ ac lassitudinis solum meminerit. Neq; id ut reor contigit quod ex his lenibus malis postmodum in ea quę commemorauimus deueniatur, quandoquidē uideamus hoc nostro tempore multos statim ab hoc errore ęgrotare sæuissimis morbis, & quos statim excipiat mors: sed euenit potius quoniam Galeni tempore (ut etiā de pestis genere contagioso) rarius esset hoc malum, nanq; labores excipiebant balnea calida & frictiones etiam in pauperibus, cum balnea publica singulis in ciuitatibus essent constituta, quibus tam ingēs periculum depellebatur, adeò ut Galeno rarius q̄ hac nostra ætate talia uidere cōtigerit. Id uerò qualiter etiā mihi euenerit dum alpium eam partem q̄ Sempronium mōtem uocant superarem, essemq; ob laborē resolutus ac æstuās, ob frigus uerò cōtractus ac impotens, ideoq; in maximo uitæ discrimine uersarer, & quomodo in uento ęstuario me seruauerim, alias recitasse memini.

Cur nostro tempore plures morbis repente occidētibus magis corripiātur.

Concoctioni iuuandæ.

Sed ut ad rem redeam, potus aquę frigidę à cibo & maximè cui somnus succedat, concoctionē iuuat & sitim extinguit. Aristotelis cōsilium fuit nec à ratione alienum. Vt enī Galenus docet, clauditur uētriculi os dum cibus concoquit, calorq; ad intima fundumq; refugit atq; colligitur, at aquæ frigidæ modiceq; potus hæc facit, ideoque etiam utilis est. Adde quod hoc præsidium, non in ea quæ excalefaciunt, obsolescit usu, sed in dies melius redditur.

Excalefactis

Excalefactis quoq; prodest ablutio aquæ cum tepida. Eadem exhalantibus uaporibus ex eius latione prohibet ne incalescant. Frigidæ etiā lotione antequā homo exercitio incalescat temperatur ex aëre contractus calor. Diximus & aliàs carnosam aurium partē contactam frigida facere, ut totū corpus refrigeretur. Mirū est aūt de balneo tepidę, quod uelut indumēta (dico autē calceos, caligas chirotecas) mendacijs artificū, ut usus expostulat, uariantur laxando se atq; constringendo, & ipsum in còntrarios usus se uertat refrigeratos excalefaciendo, calefactos refrigerando, siccatos humectando, siticulosos quasi potu satiando, ut superius diximus. Quę tamē omnia

omnia certa ratione fiunt, atq; ex duobus principijs pendẽt, quòd aqua tepida humida sit, & potestate etiam frigida.

Verùm præter id aquæ frigidæ balneum bonum habitum efficit, ut si quid aliud quod etiam superius explicauimus. In sanis quidem ac robustis statim ab exercitatione, in imbecillib. atq; insuetis à tepidæ lauatione. Corpus enim ex hoc solidius euadit, calorq; intro cogitur, uires etiam efficiunt robustiores, estq; suaue auxilium. Redduntur autẽ homines carnosiores & coloratiores. Porrò quomodo adhibendum sit hoc balneum, docebat Galenus tertio de Tuenda sanitate, præcipiens ut à frictione satis ualida & longa balneum frigidæ, nõ tamen gelidæ aquæ iuuenis ingrederetur, & totus simul. nam si sensim, inquit, demergatur, horrorem facilè incurret. oportet præterea prius oleo inunctum corpus habere, antequã demergatur. Ita his tribus præceptis indiget hæc lauatio. Eamq; & bis & ut alij ter repetendam suadet. In hac igitur balneo tepidæ minimè utitur. Aquę etiam usus ad omnes renũ & uesicæ & ani & pedum morbos præcauendos utilior est, q̃ uini. Quin etiã infantes nuper natos, si cura est robustos efficere, frigida merges, ut barbari: si sanos, tepida. Omnibus ergo infantibus balneum aquæ expedit. Prima quoq; ætate non tam utile est abstinere à uino, q̃ necessarium. Nam si uino in infantia utuntur, facile cõuelluntur & pereunt, aut syderantur. Quòd si robustiores sint, ac temperatiores, q̃ ut hoc malum sentiant, euadunt ebriosi, intemperantes, stolidi ac petulantes: atq; id certũ est, raroq; in ea expectatione fallimur. Sed cur uinum infantibus non conueniat, dubium est an Galenus sufficienter explicauerit. Etenim res hæc non exigui est momenti, ut sciamus non solum quod cauere oportet, sed etiam cur. sic enim & noxæ contractæ ex intempestiuo usu occurrere facilius licebit, & si cogamur exhibere præsidium, & ut ita dicam, alexipharmacũ paratum hebimus. Neq; hæc accurata inquisitio insectandi Galenum causa est, sed quando Galenus nobis amicus est, ipsa tamen ueritas etiam publica utilitas magis curę esse debet. Inquit igitur in primo de Tuenda sanitate: Vinum pueris non ex pedit, quòd calefaciat & humectet, capitaq; illorũ repleat, ipsi uerò natura sunt calidi humidiq;. Vnde ex altero horum in immoderatam transeunt intemperiem, ex reliquo turbantur sensus, atq; etiam incontinentes euadunt, ac præcipuè iracundi. Vtilitas etiam quæ ex uino desideratur, illis nõ conuenit. Vinum enim solidas partes humectat, & bilem educit. Quorum neutro pueri indigent, ut qui abundè sint humidi, & bile uacent. Poterat & honestè adijcere id, quòd cum uinum serosa educat excrementa coctionemq; uentriculi, præcipuè iuuet pueros, neq; his indigere. Excrementa enim illorum neq; serosa sunt, nec coctio uentriculi imbecillis, quorum utrunq; à calore exiguo prouenit, ac pueri si qua nulla ætas, copiosissimum ac densissimum habent. Sed cum hæc tñ bene dicta sint, non declarant noxam manifestam, quę ex usu uini in pueris contrahitur. Supponamus igitur, quod etiam infrà ostendetur, quadrifariam dici calidum siccumúe, an iure quis uinum humidum esse dicat: & si sit, cur non

Bono habitui cõparãdo

Cap. 4.

Infãtes ut robusti fiãt aut sani.

Aqua cur infantib. & pueris utilis.

Cap. 10.

congruet pueris? at auget intemperiem? quomodo? nam si omnino humidum uinum esse dicatur, attamen inter omnes conuenit, non uehementer esse humidum. Quinimo & ipse aliquando potestate siccum, & nos cũ ipso simul esse pronunciauimus. Sed sit, an humida pueris non conueniẽt, mala, pisces, carnes? sed quodnam eduliorum genus siccum pueris conueniet? Alimentorum enim cum pleraq; humida sint, natura quæ sicca sunt, nemo probat in pueris. Cur igitur uinum adeò illos offendit? quia calidum inquit. at nonne sunt alba, frigida & oligophora? an non licet aquã permiscere? eruntq; pleraq; uel sic, si non sponte frigida. Sed cur sal, piper & allia, mentum, rutum, feniculum, quæ uino prorsus sunt calidiora, non prohibet à pueris? & si concedantur, non adeò euidenter nocent. Vinum igitur non ob caliditatẽ aut humidam qualitatẽ pueris adeò est inimicũ, sed quoniã pueris cum caput sit imbecillissimũ, uinũ partem necessariò quantumuis aquosum, habet tenuissimã, acrem, siccam, quæ sursum fertur. nã ex omni uino non acido, etiam putrescẽte aqua ardens excipit. Hac igitur quicqd in corpore uaporũ & tenuiorũ humorũ, ad caput fert. Vnde conuulsiones, abscessus, animiq; intemperantiæ fiunt. Non ergo ob caliditatẽ aut humidam qualitatem uinũ pueris noxiũ est, sed quia acrem & tenuẽ habet partem, qua pluribus ad mortem usq; noxium est. Galenus uerò multa sic obiter scripsit, non defectu ingenij, memoriæúe, aut eruditionis, uel etiam iudicij, quibus fuit admirabilis, sed temporis. Vt enim ipsemet fatet, tota die curandis ægris intentus, per noctem studijs incumbebat atq; scribebat: nec tantum refert temporis angustia, q̃ si animus iam curis lassatus se applicet studijs. Sed hæc omittamus, quæ non ut Galenum reprehenderemus dicta sunt, sed ut aquæ usus maximam in pueris necessitatem ostenderemus. Nunc igitur ad alia trãseundum. Non solũ autem expedit aquæ usum ad conseruationem sanitatis, & propulsandos morbos explicuisse, sed & si aliquid cõmodi afferant ad ipsos morbos dignoscendos, siue sint siue non sint, commemorasse. Primum igitur si qua mulier sit, de qua id dubitetur an uterum gerat. Si autem id temporis iam, in quo fœtus moueri possit: quod quamuis uarium sit in diuersis, nunq; tamen serius mense tertio exacto mouetur. Lintea aqua frigida imbuta & expressa imponito ea uentris parte qua magis tumet, duriorq; est, si concepit, mouebitur fœtus, frigoris noxam quasi refugiens, atq; eum motũ mater ad hoc intenta omnino percipiet. Debet autem si primum non senserit, bis terúe repeti, atq; etiam diuersis in locis: ita fieri non poterit, quin motum si quis omnino sit, illa non percipiat. Et quanq; hoc experimentum aliàs à me, cum uino uelut tutiore fieri soleret, existimo tamen aquam securiorem, quòd uinum ad uersetur fœtibus, q̃ illos confirmet. Lædit n. ut dixi, caput etiã iam perfectorũ infantium, q; motum uehementẽ cieat. omnis autẽ motus uehemẽs, qualiscũq; sit, omnib. quauis causa imbecillib. & noxius est & piculosus.

Mulierẽ an prægnans sit ut deprehendas.

Quòd si quispiam empyemate laboret, cura proculdubio, si res nõ bene cedat, sectio est è regione loci ubi pus continetur. Scire autem, ubi pus contineatur,

Empyris ut sciat qua pus extrahendũ.

tineatur, non melius licet, quàm si argilla tenuis aut linteum aqua madefactũ pectori superponatur, & qua parte siccetur, prius obseruetur. ibi enim pus subiacet, ibi sectionem facere conuenit. Tanti est modica accuratio, ut ritè peracta seruet, perperam iugulet hominẽ. Oportet aũt & ut in reliquis si discrimen haud euidens fuerit, & sępius experiri, & obseruare rursum, ne septum ipsum, ubi pectori alligatur, dissecemus.

In febribus etiam lentis ac hecticis, ubi sæpe dubitamus an putrida coniuncta sit, & an tota putrida sit: an uerò hectica sola, & quando, medici etiam celebres hęsitare solent, quoniam plus dicendo ualent, quàm exercendo, ut Galenus: aut quia ambitione & dolis euecti sunt. Rasis pulcherrimo inuento res exploranda est, ęgrum cum maximè exacerbari uidetur, in cubiculo temperato collocabis, induesq; eum uestibus: lauabis autem crura tepida aqua, aut paulò calidiore: tunc si hectica fuerit, qualis erat antea, permanebit: sin putrida per se sola, aut hæcticæ iuncta, perhorrescet corpus, rigoresq; sparsim sentiet. Nam calore ipso auocati uapores super musculos ac neruos transibunt irritabuntq; horrores aut rigores: nonnunquam uerò etiam tremores, si materia biliosior fuerit. Non ignoro quosdam dicturos, hæc ex solo pulsu sciri posse, sed hoc est in modulo machinam experiri, imò etiam aliquanto deterius est. Quamobrem nemo qui hoc experimentum, quemadmodum ego tractauerit, pulsus sola dignotione contentus erit. Semper enim angulus, ut Geometræ dicunt, diuidi potest: non tamen homini post decimam aut duodecimam diuisionem ultrà procedere licet, nedum in infinitum. Ita ratio plurima docet, eadem scitu iucunda disputatione admirabilia, sensu tamen incomprehensibilia, factuq; impossibilia.

Febris an putrida sit quo modo dignoscamus.

Si de duobus cibis altercatio sit, quisnam facilius concoquatur, aqua non solum tepida, sed etiam frigida experimentum dabit, certamq; præbebit cognitionem. nam qui infusus pari quantitate celerius dissoluetur aut emollietur, is proculdubio facilior erit concoctu. Atque hęc regula generalissima est ac uerissima in his quæ eiusdem generis sunt, & aliena qualitate non mutata, ut medulla casei, casei alterius medullæ & panis, panis & cętera oleribus comparata. At non par ratio erit, si caro caseo comparetur. Hic enim durior concoctu, & tamen facilius in aqua soluitur. Quin etiam in eodem genere casei durioris medullæ facilius mollescet in aqua, quàm crusta tenerioris, aut medulla eius casei qui gelu concretus sit, ac reliqua eiusmodi. semper tamen in eodem genere ratio uera erit, ut in leguminibus granisq; segetum, ac radicibus. In uniuersum igitur hæc de aqua dicta sint, quantum ad sanitatis cõseruationem ac cognitionem eorum quę medico necessaria sunt pertinet: nunc uerò de cura morborũ, etiam per illam uerba faciamus.

Ciborũ qui nam cõcoctu faciliores.

Morborum quidem genera diuersa sunt, & quędam sola aqua curantũ, alia uerò cum alijs præsidijs: quædã aũt nòn nisi cum illa, alia aũt ex parte tantũ. Intemperies ẽm præcipuè hoc auxilio sanari solent, atq; eo etiã solo.

Morbi uerò quibus materia iungitur, cum aquæ præsidium soleat esse uehementissimum, euacuationem ut tutius administretur, plerunque requirunt. Quæ autem cum balneo fiunt, id auxilium ut necessarium, nō tamen principale postulant. Quidam etiam morbi hoc præsidio, sed non solo neque tali ut eo plenè possint liberari, indigent. Atque hæc satis his qui res in causas reducere solent, ad uniuersam medendi methodum, quę cum aqua fit, esse possunt. His uerò qui hæc non curant, superque etiam. Quamobrem ad singularum enarrationem deueniendum. In capitis igitur doloribus qualescunque sint, pedum & manuum lotio ex tepida calidioreque aqua, si non admodum corpus plenum extiterit, plurimū iuuat. Si uerò ob calores & æstus ac siccitates doluerit, quam præsentaneum sit auxilium hæc lotio non solum, sed etiam capitis, uix dicere possum. Auocat enim ad cōtrariam partē & extra & ipsam prauam qualitatem temperat. Quin etiā in epiphoris, grauedinibus ac raucedinibus, quantum iuuet, commodum quod aliquādo ex ea lotione sum consecutus, facit ut nunc etiam meminerim. Opprimebar aliquando Collegij nostri autoritate, quorundam autem medicorū odio factioneque haud dissimulata obscuraúe. Coactus sum principis Alphonsi amicitiam colere, id faciebam hora uespertina, sed ut undequaque mihi fortuna inuidit, correptus sum grauedine & raucedine adeò uehementi, ut neque respirare liberè, nec tantillum absque tussi quiescere possem, atque ideo uadimonium meæ salutis deserere cogerer. Ergo cum cassiam nigram deuorassem, cum inedia occurrissem, nihil conferentibus solitis præsidijs, ad sacrā ut dicunt, anchorā confugi, balneū tepidæ scilicet aquæ pro cruribus tantū: ea enim spacio dimidiæ horę in aqua paulo tepida calidiore continebam, atque ita in tribus diebus solutus est morbus. Simili ratione omnibus capitis morbis occurri non pleno omnino corpore posse confido, auertendo, retrahendo, digerendo atque temperando quod influit, adeò ut etiam in abscessibus non paruum sit auxilium. Quot uerò modis si uigiliæ premant, aqua in usu sit, non facile est describere. Primum colluendo os, atque modicum aquæ frigidæ bibendo: multis enim modis confert comprimendo prauos uapores, qui sursum ascendentes somnum prohibent, cerebrum humectando concoctionequéiuuando. Hoc ego auxilium cum sæpius expertus fuerim, lactucæ Galeni meritò præfero, nō tamen à cœna statim adhibere conuenit, sed cum quis expergiscitur, nec amplius somnus obrepit. Balneum quoque tepidæ hoc agit, suauiter etiam à cibo adhibitum. Stilla quoque aquæ guttatim cadentis, tum sonus fluentis uelut in fonticulis & euripis susurrum meritò eum uocant. Quin etiam ipsa cogitatio rei somnum conciliare potest, & in pictura mare, fontes, flumina & lacus inter lucos syluasqué, adeò ut uix fieri posit quin omnibus simul concurrentibus somnus non obrepat, ita illi amica est aqua ac solitudo. cum tamen hęc omnia prosint, nullus tamen melior modus quàm si diu tepida lauetur caput, inde linteo expresso nō exactè, circūuoluat, ei siccū & purum circūducatur, atque in obscuro decūbat. Somnus eñ uiolētus, ut

Capitis doloribus.

Destillationibus.

Capitis morbis.

Vigilijs.

ut ita dicam inuadere ęgros solet. Vnde Galenus tertio de Locis affectis inquit: Balnea ob id soporifera sunt, quòd caput madefaciant. Et rursus primo de Symptomatum causis: Balneę calidę capitis, quòd ipsum impleant, somnum maximè prouocant. ita nil quod experimento consentiret, hisq; quę à nobis nunc docentur, clarius dici potuit. Tot ergo modis aqua somno alliciendo salutaris est: tum uerò morbis qui cum uigilijs coniungũtur, uelut phrenitidi, melancholiæ ac similibus. Cap. 5. Cap. 8.

Eadem uerò quod mirum est, etiam somniculosos uigilare facit: quomodo etiam doloribus confert oculorum. uapores enim atq; materias sursum ascendẽtes reuocat. Fit balneum hoc pedibus cruribusq;, cum calida & à cibo. Ita studiosi quidam, dum corporis commoda gloriæ post habent, noctes insomnes producere solent. Verũ anceps hoc auxilium. Ob id quidã ferream pilam æneo labro supposito manibus continere consueuerunt, ut per somnum delapsa immenso strepitu illum interrumperet. Nos tamen hac diligentia carere uoluimus, graue ducentes magis, si iusto plus & inuiti uigilare coacti fuerimus. *Vt peruigil maneas.*

Aqua quoq; tepida multis modis pituitam per nares educit, & per illas attractã, ut ego sum expertus, & balneo adhibito, ut Galenus testatur. Iuuat etiam in ore retenta. Incredibile aũt est, quantum hic defluxus pituitæ per nares nos iuuet, & à quot morbis securos reddat: grauedine, tussi, spirãdi difficultate, mala coctione, amissione odoratus, hydrope, diarrhœa, multisq; alijs grauissimis affectibus. Oportet autem ut liquet, hanc deductionem nobis ieiunis, non aũt à cibo moliri. *Pituitæ è naribus educẽdæ.*

Iubeo etiam hoc auxilium in auribus tentandum, si dolor eas uexet: nã tepidæ ablutio, & calidioris aquæ plurimum iuuãt. Videtur tamen hoc cõmune omnibus doloribus auxilium esse. Nam & in angina Aetius ex Archigene docet, balnea post gargarisma è sinapi summo esse præsidio: atque id iure. auellunt enim & extra reuocant, quando occulta est, ut ille inquit. Itaq; non solum in doloribus, sed etiam abscessibus tum gulæ tum adiacentium partium balneum utile est. Auicenna quoq; multorum aliorũ morborum curæ per aquam meminit, dicens: Et illi quibus aqua calida u- » tilis est, sunt melancholici & comitiales & capitis dolorem frigidum haben » tes, & parotidas & gingiuarum aut gutturis tubercula, & asthma, & ulcera » pectoris aut pulmonis, aut septi transuersi, aut urinæ uel mensium retentio » nem patientes. & generaliter eadem omnib. confert doloribus: coli quoq; » dolores soluit, & flatum discutit. Hæc ille. Omitto nunc difficultatem de » tepida loco calidæ adhibenda, nam non hic locus est his: utinam ipse modò rationem tantarum rerũ, & adeò utilium ac mirabilium & modũ subiũxisset. Sed ut uideo, semper mihi noui subeundi sunt labores monstraq; perpetuò domanda. Nã Gentilis q̃uis nomine clarus, ita tamen exponit, ut frustra esse existimẽ, ipsum reprehendere. Inquit eñ de decoctis herbarũ illum loqui: q̃ si ita esset, neminem latet de omnib. morbis & breuius & melius dici potuisse. Nec q̃ calida esset, debuisse adiungere. Ideo de melancholia inquit: *Doloribus.* *Lib. 8. ca. 49.*

" lia inquit: Et utatur balneo ante cibum, & effundatur super caput ipsius a-
Melācholiæ. " qua tepida non ualde calida. Cumq; ex balneo egreditur sitiatq; paululum
" non malum est, si modicum aquæ bibat. Cumq; talibus post euacuationes
" atq; purgationes conuulsio successerit, quod frequenter ob siccitatem eue-
" nire solet, in aqua tepida sedeant: ipsam quoq; frigidam & permixtam (sci
" licet uino) bibant. Ecce uides iam non de decoctis Auicennam loqui, sed simplici aqua, & quot modis melancholiæ conueniat. Illud etiam quod dixit de aqua, uino permixta, idem non est, ac si dixisset, uinum aquæ permixtum: hoc enim ad uinum, illud planè ad aquam pertinet, quod etiam plebei in consuetudine inter loquēdum habent, dicentes, non em̄ uino aqua, sed aquę uinū miscet, id est, paruā portionē uini adijcit. Iure merito uerò melācholiæ aqua tot modis opitulatur, ut quæ auocet, humectet, ad cutim retrahat minimeq; caput tentet: quæ omnia morbo & causis huius morbi aduersantur, tū maximè, ut diximus, somno conciliando.

Comitiali morbo. Pluribus igitur etiam modis, quatenus melancholiæ comitialis quasi frater est, etiam illi opitulatur. Propterea idem autor dicebat: Comitiales iuuantur ab aqua tepida. Omitto aūt ea quę in quarto Contradicentium medicorum dicta sunt. Inquit ergo, de cura comitialis morbi loquens: Et neque multum uino utantur, quoniam ipsum replet cerebrum. Quòd si necesse sit, paucum, antiquum, clarū. Itaq; aquæ potum pręferre uidetur. At non hæc est sententia conueniens priori, nam hac aqua nec calida nec tepida utitur: sicut neq; cū dicit, Pœonia utatur omni hora cū aqua. Quid igitur? nouit Auicenna duobus in casib. tepidā & calidā aquā admodū utilē non solū esse, uerū necessariam, & cū cōuelluntur uehementer mēbra. ideo bis inquit, Et cū contorquet membrum, reducatur frictione cū oleo & aqua tepida: Et cum comitialis morbus à causa calida fuerit uel illi iunctus, ut in eo genere quod uocant mater puerorū, quoniā infantib. præcipuè sit familiaris: ideo inquit, Vtātur tina, id est, balneo dulcis aquæ. Constat aūt comitialis morbi conuulsionem esse, quasi partem nō solum, sed etiā coniunctā atq; familiarem. In uniuersum etiam aqua in hoc morbo salubrior est uino, ut Ruffus inquit: quia humor nō attenuatur, nec ad caput deferē ꝑpter aquam, sicuti propter uinum.

P.3. Tract.2 ca.12. & 14. Succedit capitis dolor à frigida causa, in qūo non est generalis hic usus, sed conuenit in melancholico, & cum materia multa per nares educta fuerit: tunc enim expedit nasum lauare cum aqua calida. Et sunt necessaria em bregmata in omni curatione, quæ fit per externa auxilia, & ideo cum aqua calida ut posśint penetrare unguenta & olea ac reliqua quę applicari solēt.

Dapitis dolori. Et in doloribus etiā capitis, qui fiunt ex ascensu uaporum, expedit uinum omnino dimittere, maximè ubi cum pulsatione sint. Et potus aquæ frigidæ ante accesśionem impedit prohibetq; accesśionis aduentū. Tacuit etiā de dolore à causa calida, tanq̄ re clara ꝑ se, ut patet apud Galenū quarto de Victo in acutis, ubi non solū in dolore, sed in quacunq; causa calida, qua

Com.42. caput per se laboret, balneum probat. Et generaliter Auicennæ hic sententia est,

est, ac si diceret: Cum in doloribus capitis usus aquæ, qui frequenter est necessarius, opportunus fuerit, tunc calida uteris, non autem frigida. De tepida autem, quoniam media quasi est, quandoque illam admittit, quandoque reijcit. Et parotidibus hi sunt abscessus ab aurium nomine deriuati, unde etiam parotides arteriæ, quasi παρὰ τὰ ὦτα, quod est prope aures: quarum altera quæ è regione est membri patientis ferro & uinculo atque igne intercepta, hi comitiales supremo auxilio liberantur, qui membri alicuius inferioris uitio ab eo morbo corripi solent. Licuit hoc addere, cuius meminit Auicenna, non solum quia præstantissima sit curandi ratio, sed etiam quòd igne conficiatur, cuius natura aquæ è regione contraria est. Sed ad propositum redeo, hi abscessus fiunt plerunque cerebro per eas partes, quod noxiũ est ex purgante: doloresque maximos inferre solent, & eorum cura propria est suppuratio. Igitur fomenta ex aqua calida cum exterius auocent nec repellant, concoquant & dolorem leniant, undique apposita ad curam esse uidentur. Quamobrem cum aqua in melancholia, comitiali & capitis dolore ex calida causa rationem curæ necessariæ, quam solent uocare sine qua non: tametsi multipliciter obtineat, in parotidib. certè est principalis, ac ut ita dicam, penè absolutam sanandi eas rationẽ obtinet. Quanquam eorum Auicenna quasi oblitus, aut generalib. regulis innixus non meminerit. In omnibus enĩ abscessibus, qui in locis fiunt, unde principalia membra expurgari solent, etiam ab initio triplicem ob illam causam fomenta ex aqua calida sunt necessaria: in alijs uerò, dum amplius fluere materiã non uidemus. Neque refert, si calida in tepidam, ubi oporteat, transmutetur. *Parotidibus*

Sequuntur gingiuarum & faucium locorumque adiacentium (nam eadẽ omniũ ratio est) tubercula. Balnei natura ex tepida aqua, item potus acres humores mitigat, & auocat eos à supernis partibus ad infernas, ab intus ad extra. Sed & frigida, ut Ruffus inquit, gingiuas corroborat. Hæ enim cũ ex carne laxa constent, & mandendo etiã soluantur, maximè astringentib. indigent, nec ulla pars nostri corporis tam tutò potest astringi, nec tam necessariò talibus indiget. Pectori uerò ac illius partibus tum ulceribus peculiari ratione calida conuenit: expurgat, laxat, temperat æstũ, quæ tria illis regionibus maximè conueniunt, cum earum usus ad hos fines met uideantur solum tẽdere. Nam laxatis partibus, facile halitus praui excernũtur, aër purior abundè attrahitur. Refrigeratio aũt ipsa pars est finis, cuius causa illa fiunt. At pectis ipsum, ne cor dicã, adeò calidũ est, ut etiã à calidissima, quæ in potu aqua sumi solet, refrigerari possit: temperat etiam aqua humores illos acres, ex quib. pulmo nutriri solet. Expurgari aũt ulcera utiliter quisque intelligit, cum hæc sit unica eorum & certa ad salutem uia. Itaque calida aqua tot modis his partibus & difficultati spirandi etiam utilis est. Tum præsertim peculiari quadam ratione, cum pituitam hærentem liquefacit & humectat, adeò ut eã extẽplò, cũ antea nequicquam magnis conatib. liceret educi, liberè uideamus. Neque uerò his solũ morbis cõfert, sed ut Rasis inqt, saniosis ulcerib. fermè omnib. auriũ, nasi, palatique expurgat. n. ea, atque exiccat, do *Oris affectibus.* *Pectoris affectibus.*

Tusi. loremq́ mitigat, ut inferius ostendemus. Palàm est, & quonam pacto tussi aqua tepida conueniat. Atq; ego multis modis aduersus eam hoc pręsidio uti soleo, scilicet balneo gargarizatu, atq; etiam retentione ipsius aquæ in ore. Quin etiã confert carni in naribus genitę, & abscessibus uuulę. Quomodo autem hæc atq; alia possit, iam nunc tempestiuum est dicere, imò non dicere, sed ex Rasis potius autoritate testari. Inquit enim ille: Aqua calida

21. Contin. cap. 75 4. Aquæ addiuersos affectus utilitas.

confert præparando corpus ad laxitatem, attenuat quoq; & liquefacit humores & liquefactos educit: aperit, dissoluit, lenit, concoquit, attrahit, mucoscum humorẽ sputumq́ euacuat, nauseam reprimit, flatum discutit, dolores q́; in superiore uentris parte maximè mitigat. Nutrimenti coctionem iuuat, & penetrare illud cogit, atque ob id corpus ipsum restaurat & impinguat. Sensus uerò clariores & motus leuiores reddit: menses prouocat uisceribus capiti & neruis amica est. Laterali morbo & peripneumoniæ & gutturis abscessibus cordisq́ palpitationi magnisq́ omnibus externis humorib. auxiliatur. Vomitum excitat, cõpescit frigus & horrorem, symptomata quæ ex morsu accidunt quadrupedum mitigat, confert & erysipelati ac prurituí. Ac plerisq; horum in potu, balneo atq; fomentis adhibita. Hęc ille. Quę omnia & rationem ex superioribus declaratam habent, & ostendunt sequentium causam, scilicet quomodo tot morborũ aut plenam curã aut eius maximam partem perficere possit.

Idem quoq; refert, frigidæ potum conferre singultui, fœtori oris, fœtorìq; corporis tum suspiriis: nec ab re hæc omnia, nam humores corrigit & educit, putredinique illorum resistit, æstumq́ membrorum naturalium tollit, quo sublato suspiria illa inuoluntaria cessant. Quid quod magis mirum est, nutritionis imbecillitati, atq; concoctionis uentriculi pauca ieiuno ebibita confert, aut enim malus humor coctionẽ impedit, uentriculiq́ uires labefactat: & tunc pauca aqua, ut superius dictum est, expurgat uentriculũ, aut caloris innati inopia, etiã absq; intẽperie ulla uitiat opera uisceris, & tunc exigua aqua & longè paucior q̃ si ex redũdantia humoris uẽtriculus laboret epota calorem in imum uentriculi cogit atq; confirmat. Sit aũt à dimidio unciæ ad uncias duas in maximis corporibus. Ita confirmato uiscere, quid mirum est omnes functiones restitui? unde ex bona coctione nutritioneq́ reparatus ac restauratus in integrũ, etiã absq; auxilio persistit, & munere suo rectè perfungitur.

Sed noui quid dicturi sint ex Hippocrate, Aqua sputum non prolicit, nec multò minus in laterali morbi auxiliatur. Rectè inquam, si etiam rectè quod obiicis, accipias. Epota aqua non potest sputum in abscessibus pectoris, multoq́ minus pulmonis prolicere, quòd intus refrigeretur, & ut dixi, maior sit caliditas partium pectoris q̃ aquæ quæ bibi potest. Neque igitur statim, neq; postq̃ bibitur, sputum ualet educere. Adde qđ humor qui peccat, naturę aduersatur, scilicet sanies. Ergo calida pituitam educere potest, saniem nõ potest. Intus sumpta, nec in ore detenta morbũ nõ leuat, sed fomentis adhibita. Sed & sic & in ore contenta saniosum sputũ iuuat,

educiq́

educiq́ facilius facit, epota inutilis est. Hæc igitur differentia concordiaq́ est autorum, ipsaq́ rei ueritas, cui quotidianum experimentum subscribere solet. Sed iam ad alios illius usus transeamus.

In cholera igitur morbo præstantissimum auxilium expertus sum potũ aquæ tepidæ & nuper haustæ, temperat acredinem humoris, & ipsum tũ per inferna tũ superna educit, uomitũ efficit facilem: atq́ ita undequaq́ utilis est. Ego etiam in me ipso à fine morbi utilem inueni hyeme atq́ æstate, lauat, humectat cogitq́ uentriculum & intestina. Hoc est quod toties repetit Auicenna in cura huius morbi, & utãtur aqua calida in potu: sola etiam addit. Facit & ad hoc balneum non parum, & maximè cum uel esuriunt ante perfectam purgationem, uel in declinatione morbi. Reuocat enim materiam contrario motu, scilicet ad ambitum & cutim ex centro: non tamen debet aqua esse calida, ne humorum motum cieat magis, & uires resoluat. Quam etiam ob causam non debet mora esse diuturna in eo. Alio etiam modo balneum conuenit somnum conciliando, quo nihil melius est in hac cura, ut cuilibet satis notum est. Propterea haud mirum esse debet, si aliam etiam rationem balnei Galenus libro de Facile parabilib. inierit, scilicet ut si quadrato sint habitu in frigidam demergantur. Ergo tot modis in hoc sæuo affectu aqua modò tepida, modò calida uel frigida utilis est. Cholera. Cap. 16.

In conuulsione nonne inquit Hippocrates: Est autem ubi in distentione absq́ ulcere iuuene, bene carnoso, æstate media, frigidæ aquæ multa perfusio calorem reuocat. Calor autem hæc soluit. Galenus in commento docet, hanc distentionem adduci pro exemplo frigidorum morborum, qui à frigida aqua curantur. nam si alia sit causa, scilicet sanguis floridus aut uapor, non tot conditionibus indiget ut aqua frigida sanet ipsum. inferius enim docet, quòd plurima aqua frigida largè affusa leuat, extenuat & soluit dolorem, etiam in conuulsis. Duplici autem modo aqua frigida cõuulsis opitulatur, primum cogendo calorem intus, ex quo soluitur ac difflatur causa morbi. Et ut diximus in expositione Aphorismorum, Hippocrates ut reuocetur calor, sex conditiones adiecit, sine ulcere, iuuenis, bene carnosus, æstas media, aqua frigida, & multa. Vt uerò sopiatur dolor, non tot requirũtur, sed tantum tres conditiones, aqua multa, frigida, largè affusa: nam sensim & si multa non adeò terret naturam, ut calor ac spiritus omnino refugiatur, membrumq́ deserant. Dolore igitur leuato, cum dolor trahat materiam ad locum extenuatur membrum, ex qua extenuatione postmodum soluitur dolor totus. Conuulsioni. Aphor. 25.

Hoc igitur siue Hippocrates uoluerit, seu ut etiam extenuetur dolor, quasi per tres gradus procedenti, liquet ex frigida conuulsionem tolli maximè, si aliqua adfuerit primarum conditionum, ipsa prima prætermissa, uelut quòd sit æstas media, uel iuuenis, uel bene carnosus. Verùm non sola frigida, quasi aliud faciente, sed per se etiam conuulsio balneo calidæ aquæ curatur. Hoc enim dicit Hippocrates, ac sæpius repetit, quãuis

Auicenna haud meminerit. Laxat em̃ balneum tepidæ aquæ, atq; ideo cõuulsionem tollit. Solum in conuulsione, quæ à siccitate fit, balnei usum suadet. nam hoc si remedium est ullum, pręsentaneũ est.

Tremori. Tremori etiam aquæ frigidæ usus in potu conuenit, ut refert Rasis Ioannitij autoritate. Dico tremorem, qui ex uini potu ortus est, transitus ad aquam, adeò quandoq; bene curat, ut multis præstet medicamentis.

Morbosis & exustis. Cap. 11. Cap. 7. His etiã prodest, qui excremẽta humida per cutim trãsmittunt, quorũq; calor est mordax. Tales enim iam morbosi sunt, atq; hos præcipuè balneũ tepidæ iuuat, ut quinto de Tuenda sanitate Galenus docet: sicut & frigidę potus, ut superius dixi: & sicut uersa uice infantibus ob naturalem similitudinem, ut in primo eiusdem operis testatur.

Caninæ fami. Li. 9. ca. 11. Vtrum uerò etiã in superfluo cibi appetitu balneum aut aquæ potus, ut Ioannitio & Rasi uidetur, non solum quærendum est an, sed etiam cur & quomodo conferat, si modò conferre existimemus. Constat igitur primũ, quod iuxta Aetium & Auicennam, fames facta ex resolutione nimia aut raritate cutis, optimè balneo aquæ frigidæ curatur, si curanda sit, & insatiabilis uideatur. nam confirmato corpore ex cute ipsa ex eo balneo densata, cum parum aut nihil diffletur corpus, cessat etiam superfluus restaurationis appetitus. Quòd si ex uermibus contingat, panis ex aqua frigida exhibitus utilis est. Rursus cum canina hæc fames infantes & pueros uexat, post aceti reliquorumq́ue incidentium exhibitionem aquæ calidæ frequens potus, ut Auicenna docet, pituitam illam deijcit, uentriculumq; purgat ac soluit morbum. *Boulimo.* Quòd si fuerit fames è genere boulimi, seu eius quæ est cum satietate uentriculi, aut syncopi iuncta, tunc multum iuuat faciem cum aqua frigida aspergere. Et generaliter calida aqua appetitum cibi superfluum ex humorum acredine aut frigiditate preuenientem soluere solet: frigida uerò his auxiliatur, qui defectu potius quàm abũdantia nimium esuriunt.

Vẽtriculi imbecillitat. Iam uerò in uẽtriculi imbecillitate quantũ iuuat potus aquæ, tm̃ habebimus calumniantium: eorum scilicet qui putant excalefactos apud ignẽ calidiores esse, & abundantes multa pituita cruda humidiores. Etenim & in doloribus & cruditatibus & imbecillitate concoctionis aqua plus auxilij afferre solet, quã uinũ. Diximus aũt & de hoc superius, & nunc quoq; dicendum est. Dicebat princeps: Aqua calida uẽtriculum purgat, si à ieiuno sumatur, & nonnunq̃ etiam uentrẽ soluit. Ergo & in doloribus pauca, frigida & flatum discutit, & morsum humorum coërcet, & calorem cogit. Vinum aũt soluit, neq; em̃ uinum cõferre potest, nisi cũ dolor est à frigida intẽperie & absq; materia absq; abscessu, & cũ imbecilli calore. In omnib. aũt alijs casibus aqua uino utilior est. Nam & fomenta ex calida, & illius potus flatum discutiunt. Discutitur enim flatus à frigido & calido pariter, & maximè si utrunq; excellat.

Diabeti. Simili fermè ratione & quib. urina retinet̃, & quibus immoderatè fluit utilis est aqua: in diabete em̃ quid utilius esse potest balneo aquæ frigidæ? quo

quo sanatum quendam medicum qui iam prope mortem deuenerat (erat ei nomẽ Augustinus Batalea Triuiensis) uidimus. & iure id: nam frigidæ balneo quid utilius ad tollendã intemperiem tam siccam quàm calidam & totum confirmandum corpus esse poterat? Omitto potum frigidæ cum uomitu, & quòd omnia medicamenta cum aqua frigida exhiberi debeant: nã hic solum præcipua & maxima auxilia attingimus. Non præteribo tamen moram, quę pro uirtute patientis esse debet, & quantitatem ipsius aquæ: quę quantò copiosior extiterit, & frigidior, tantò maiorem habet efficaciam. Ergo ut dixi, ut fluentem copiosius urinam cohibere aqua potest, ita retentam prolicere contrarijs quasi uiribus. Balneo ergo calidę aquæ urina retenta, ut si quo alio præstantissimo auxilio, prolicitur. Verum immoderato usu, scilicet diuturnioris moræ uires debilitantur, intempestiuo autem alia mala procreantur, morbusqúe in deterius persæpe agitur, & sine his etiam caput tentatur. Oportet igitur caput eximere tensa obducta, seu uelo, & neque ultra uires sinere: neque postquàm compos fueris uoti, sed statim eximere, scilicet cum iam pro ratione urinam æger emiserit. Antequam autem imponas illum in balneum (quod etiam in omnibus alijs aquæ usibus præceptum esse uolo) postquàm is ualidissimi auxilij uicem gerit, seu balneo seu potu copiosè sit exhibenda, prepurgatum esse corpus diligentissimè seu medicamẽto seu inedia, seu aqua ipsa aut diuturno balnei usu, aut spõte, aut alia quacũque uia esse oportet. nã quędã corpora quòd moderatè uiuunt, aut quia calida & sicca sint intẽperie, uel alia quadam proprietate naturæ: uel quia cibis parum nutrientibus utantur, omnino neque propter aquam neque propter aliud purgari postulant. Vrinæ retentioni.

Quod autem ita sit, tertio de Victus ratione in acutis docet Hippocrat. dicens: Balneum lassitudines tollit, mollit articulos cutimque in ambitu corporis, urinas ciet, capitis soluit grauitatem & nares humectat. Constat igitur, balneum ad urinam ducendã esse optimum auxilium, quo etiam Galenus utitur, & præsertim si lapis adsit. Atque in eo quid præstantius potu multæ aquæ? quæ dum erumpere nititur, calculos quotcunque fuerint secum educit, præsertim, ut dixi, in balneo & tepida. Quòd si educere non possit, motus illis rejcitur minore noxa, quàm ullum aliud retineatur medicamentum, quod inefficax fuerit. Oportet autem ad xxx. libras assumere, si ualidæ sint uires, tum etiam plus. Medici autem ut aliquid præstantius facere uideantur, tum etiam forsan plerumque defectu synceræ aquę, thermarum Lucensium exhibent: quanquam non adeò idoneę sint, quòd astringant. Verũ postquàm de balneo mentionem habuimus, subijciendum etiam illius generalem usum (nam proprij suis locis explicabuntur) esse censui ex Hippocrate. Eius autem uerba paulo antè præscripta de hac re sunt hæc: Tecto opus est, quod fumo careat, copiosa item aqua, & crebra lauatione: sed quę non excedat, nisi res postulauerit. Neque etiã abstergere oportet, quod si abstergendũ sit aliquando, calido aliquo atque multiplici plusquàm existimetur utendo abstersorio, perfundẽdaque aqua multa, & T. com. 54.

celeriter

" celeriter post perfundēda. Via aūt ad soliū breuis sit, facilisq; tū ingressus,
" tū egressus. Et qui lauatur cōponat sese, taceat, & nihil agat: sed cęteros tam
" abstergere quā perfundere sinat. Multæ quoq; aquæ misturę parentur, ce-
" leresq; fiant perfusiones, & spongijs pro strigili utantur. Et non ualde siccū
" perungant corpus. Caput uerò spongia, q̄ maximè fieri poterit, resiccare
" oportet: neq; caput ipsum modò, uerum etiam extrema, & quamuis aliam
" partem corporis à frigoris iniuria prohibere conuenit. Lauari pręterea nō
" debet, qui nuper sorpsit uel bibit, neq; à balneo confestim sorbendum aut
" bibendum. Multum autem referre existimandum, quod æger dum rectè
" ualebat, balneum affectaret uehementer, & lauationi fuerit assuetus, nempe
" tales magis balneum appetunt, iuuanturq; ab eo, si utantur: lęduntur uerò,
si loti non fuerint. Hæc cum nimis perspicua sint, ut à me exponantur minimè indigent. Verùm iam ad alios usus his qui dicti sunt, proximos trāseamus. Omitto autem dubia atq; incerta, uelut quòd potus aquæ ante cibum & à calculo pręseruet & à podagra, imò iam factam curet. Illud satis constat, cuius etiam meminit Hippocrates in podagricis doloribus, multam & largiter effusam aquam frigidam dolores leuare, extenuare ac soluere. nam quatuor commoda affert, è quibus tria sunt constantissima. repellit enim materiam, membrum ipsum calorem reuocando confirmat, stupefacit, & si calida sit materia, tam illius intemperiem quā affectum in mēbro æquat ac lenit.

Podagræ.

Lassitudinib

Pari ratione cum multa sint lassitudinum genera, in omnibus balneum non leue affert auxilium. nam concreta & dura emollit: redundantiā quoque digerit ac discutit. Humectat etiam solida membra, quę sicca sunt in lassitudinibus, teste Galeno. Cum uerò quatuor sint lassitudinis genera, ulcerosa, tensiua, phlegmonides atq; ossa, cuius Hippocr. quarto de Victu in acutis meminit, quamuis Galenus eam ad ulcerosam reducat. Igitur ulcerosę balneum auxiliatur, quarto de Tuenda sanitate. Tensiuæ uerò, & ei qui phlegmonem imitatur, tertio eiusdem, uario tamen modo. nam huic balneum medij temperamenti, uel etiam iusto calidoris aquę cum longissima mora conuenit, reliquis ex tepida tantum, aut etiam remissioris caliditatis. Quippe iam antea docuerat, quæ cuiq; uis sit aquæ, dicens: Tepida calefacit & humectat, quæ remissior est humectat & refrigerat: quę iusto calidior calefacit, sed non adeò humectat. Sic uires balneorum ex dulci aqua Galenus paucis explicauit. Quas omnes, quomodo simul uno igne efficere ac temperare liceat, tū etiam illas miscendo super positis sibi inuicem ahenis, in libris de Rerum uarietate docuisse me memini. Porrò cum non parum differant lassitudines affectusq;, qui ex lassitudinibus comparantur, quiq; morbi iam initium obtinent, in ulcerosa quidem par fermè ratio est lassitudinis & affectus: nisi quòd in affectu diuturniore mora in balneo opus est, in lassitudine autem breuiore. Verùm in reliquis non eadem est ratio, sed in lassitudine solis balneis opus est, in affectibus autem oportet prius sanguinem mittere, aut saltem purgare, ut succorum redundantia minuatur,

2. de Simp. med. cap. 25.

T. com. 2.

Cap. 4.

Cap. 4. & 7.

C. 4. in init.

Balnei uires iuxta differētias.

inde

inde balneum non antè adhibere. Memineris autem omnia balnea calida & temperata, aut etiam remissiora, modò frigida absolutè non sint, ieiunis & uacuo ab omni excremento corpore adhibenda, nisi perfrigeratis, quibus plus necessitatis quàm utilitatis causa adhibetur. Nam in his neq; concoctionem tutò expectare, nec euacuationẽ moliri licet. Similiter & in densitate cutis balneum, sed non ex tepida, uerũ calida adhibere conuenit: affectus eñ his ei quem perfrigerati patiũtur, similis est. Itaq; tot modis balneũ dulcis aquæ conuenit. Sed cum de ossea lassitudine locuti sumus, postq; alibi locus non est, hic disseramus. Fiunt lassitudines osseæ, quoties membranę quę ossibus circunducunt, affectæ sunt. Quòd si citra punctionem atq; erosionem aut tensionem uel grauitatem, ut plerunq; contingit, accidant, ideo fiunt, quia humor crudus ac frigidus in illas penetrauit. Qđ si ita est, palàm est calidiore, non temperato balneo eos indigere. *Lassitudo ossea.*

Oculorum autẽ morbis quantum conferat, etiã præter Hippocratis autoritatem, dicentis, Dolores oculorũ meri potio aut balneũ, tũ reliqua Galenus tertio Methodi medẽdi docebat his uerbis: Vidistis me grauissimos oculorum dolores solo nonnunquã balneo, & absq; auxilio oculis applicito sanasse. Ibidẽ meminit etiam de alijs quę ab Hipp. referuntur auxilijs. Sed hęc dixisse uolui, ut Hipp. dicta intelligerẽtur, & quòd seorsum illorũ auxiliorum & in grauissimis affectibus meminerit. Mihi uerò uidetur, q; balneum in omni causa, non quemadmodum reliqua conferat, uerũ tamẽ in quibusdam non nisi corpore prius euacuato. nã eo casu non uideo cur auocando à capite & acredinem humorum temperando non semper conferat. Idq; uidetur uoluisse Galenus, quanq; obscurius, & Auicenna clarè, cũ dixit, q; aqua calida confert ophthalmiæ. est aũt oculorũ morb. qualiscũque. ὀφθαλμὸς enim oculus est, tametsi propriè pro phlegmone intelligatur. At qua ratione phlegmoni cõuenit, etiã alijs morbis auxiliabitur. Sunt autem morbi oculorũ supra quadraginta, itaq; quot morbis hoc unũ præsidiũ conferat, satis intelligis, nec solũ balneo, sed & fomento, ut dicit Hipp. quanq; hoc non adeò generale est, tñ magis efficax: demum etiam, ut aliàs dixi, potu. Quot eñ à diuturnis morbis oculorum aut palpebrarũ sola uini abstinentia sanati sunt? Sed & si aluus astricta sit, balneũ eam emollit: siccata eñ omnia humectat. Seu enim puluere, seu sole, aut igne, aut sulphureo balneo, aut labore uel uigilijs, quomodocunq; accidat, ex balneo corpus humectatur. Venter quoq; deijcit excrementa, ut Galenus testatur. atq; id ratione. nam pòst docuit omnes meatus balneo reserari, & quę in his cõtinent humectari. potus etiã aquę frigidæ multę aluũ purgat, ut quinto Epidemiorũ Pythoclis authoritate & in famula Onesidemi. *6 Aph. 1. Cap. 2. Oculorum morbis.* *13. Met. c. 12.* *Aluo astrictæ.*

Quin etiã uoci solũ ex defluxionib. impeditæ, uelut superius docui, sed & per se uel ex superflua exercitatione laboranti, nihil magis conducere testatur Galenus, quàm balneum, id addens, phonascos scilicet, eos qui operã dant uoci exercendę, assiduè balneis uti solere: dabatq; exemplũ de citharœdis, pręconib. comœdis, tragœdisq;, qui nõ alio magis utebant auxilio *11. Art. cur. cap. 10. & 11. Voci reparãdæ. 7. de Cõp. secũdũ loc. c. 1.*

quàm parcitatis cibi atq; delectus, tum balneorum: ipsis uerò non tã uocis robur necessarium erat, præterq̃ præconib. q̃ suauitas. Vnde patet, non auertendo solum & in defluxionib. sed per se etiam balnea uoci opitulari. Videtur aũt hoc contingere, quòd quemadmodũ superius dictum est, balneum uniuersum corpus humectet: quo fit, ut in omni sicca intemperie sit salutare, seu calida, seu frigida, aut quauis causa excitata, ut Galenus inquit

Cap.7. in libro de Marcore.

Fluxibus. In fluxibus quoq; balneum utile est, qualescunq; fermè fuerint, q̃ materia in his intrò ferat, balneũ aũt exterius auocet. Hoc est quod dicebat Ga-

Com.5. lenus quarta Aphorismorum: Balneę calidę purgationibus resistunt, quoniam ad contrarium motus materiam ipsam deducunt. Et tertio de Victu

Com.59. in acutis: Balneæ sistunt uentris profluuium, & humores reuellunt ab eo in uniuersum corpus. Nec solum fluxibus ex uentre, sed ad uentrẽ balneę pro

Cap.14. sunt, dicebat Galenus primo ad Glauconem. Quis dubitat cum motus humorum ad uentrem intus deferat, humores balneum exterius auocet. Nec solum balneum tepidæ calidæq;, sed etiam frigidæ, ut Ruffus docet, tribus imò quatuor in casibus plurimum iuuat. primum, si fluxus ille fuerit ex bile: temperat enim frigidæ balneum caliditatem in membris noxiam: secundum, si sit expurgatione, aut imbecillitate, quod tertio loco sit, aut quarto in puerulis puerisúe. in omnibus enim his cum fluxus est, aut laxitas meatuum aut humorum tenuitas, aut uirtutis contentricis imbecillitas aut plura ex his. quare cum frigidæ balneum meatus constringat, confirmet membra, cogat humores, cui dubium esse potest, quin his conueniat adeò hoc auxilium, ut nihil possit esse accommodatius? Quinimò neq; id mirum dici debet, quod ille affirmat, scilicet aquæ frigidæ potum uentrem semper astringere, modò immoderatus non sit potus, & aqua salubris: quòd ut dictum est, sæpius semper supponitur: maximè autem conuenit, cum diarrhœa fuerit & ex biliosis humoribus, atque in assuetis uini

Cap.8. potui. contraria enim ratione tunc efficacius prodest. Hippocrates uerò quinto Epidem. fluxus sistebat superfusa uentri aqua, ut in Antimachi uxore.

Morbis omnib. generaliter. Robur quoque addunt ac uires corpori balneæ, quod cum dicat Galenus libro de Renum affectibus, ac tepidæ ad nutritionem optimam conducant, frigidæ tamen in hoc casu sunt præstantissimæ. Subijcit autem quod uerissimum est, A uiribus ualidis omnes morbi morborumq; causæ profligantur. Sed quoniam hoc commune est (licet non communis sit quantitas utilitatis, quippe neque à cibis neque potibus neq; somnis aut exercitatione aut alia quapiam re, tantum incrementi uires accipiunt, quantum ex accommodato balneorum usu: tametsi illa omnia, si prætermittantur, aut perperam administrentur, plus afferant noxæ, ut balneæ sint simul & securissima & utilissima) ad singularium morborum curam, atque propri-

Hæmorrhoidarũ doloribus. am etiam curam, per aquæ administrationem redeamus. Rursus ergo tumentibus hæmorrhoidibus, ut dolor qui maximus est sedetur, nihil bal-

neo

neo utilis est: & si anus ardeat, frigidæ fomento nihil utilius. Verùm ad sanguinem tum hæmorrhoidibus, tũ mensium proliciendum quid tutius aut melius uel accommodatius balneo tepidæ calidæq;, ut etiam ad omnes sanguinis fluxiones aqua frigida superposita, locoq; balnei adhibita atque inspersa. Dicebat Hippocrates quinta Aphorismorum: In his frigido utendum est, ubi sanguis fluit aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa unde influit. nam si sanguis ex ulcere profluat, non tam tutum est frigidam loco adhibere ob dolorem: quem tamẽ si perferre poterit, adhibere conuenit: si non circum uicinis locis, & maximè ea parte, unde sanguis per uenas deriuatur in locum. Sed si sanguis ex naribus, hæmorroidibus, utero præter rationem fluat, & citra ulcus uulnusúe, quid prohibet etiam ipsi loco frigidæ fomentum & asperginem adhibere? oportet autem tamdiu perseuerare in talibus auxilijs, quæ præsentanea sunt, & qualitate manifesta opus suum perficiunt, quandiu sanguis sistatur. nam non est, ut in medicamentis, expectanda salus post cessationem ab auxilio. Hippocrates etiam quinto Epidem. mulieri quæ ob catapotium parum sanguinis euomuerat, & uenter intumuit, & spiritus sistebat, adeò ut quinquies pro mortua habita sit, XXXVI. amphoras aquæ frigidæ superfudit, & sanauit eam. Eadem ratione & in erysipelate non ulcerato & in abscessibus rubris confert. Est autem ratio, ut cohibeat humorem ipsum influentem, & caliditatem & siccitatem illius temperet. In reliquis uerò abscessibus, qui dolore ægrum torquent, inscessus & fomenta ac balnea ex tepida, modò corpus non admodum plenum sit, emollit illos, lenit dolores ac soluit: unde fluxio, quæ plerunq; comitari solet, statim post cessat. Hoc est quod Hippocrates docet quinta Aphorismorum. Sed & illud animaduertendum, alium etiam esse usum calidæ in abscessibus, postquàm materia defluxerit, ut concoquant, & suppurent: & rursus, ut in his aquę potu utamur. Sed ut ad propositũ reuertar, ad aperiendas hæmorrhoidas, ad menses in mulierib. proliciendos, quidnam salubrius tina & balneo tepidæ calidæq; aquæ? auocat enim ad locum humores & sanguinem, eosdem dein attenuat, oraq; uenarum aperit. Hoc norunt balneatores. ubi enim cucurbitulas applicare destinauerint, corpus primum calida proluunt. Hippocrates in libello de Hæmorrhoidibus, cum curare eas uult, tepida aqua illas fouet, aut calida. Proueniunt hæ uenæ, si Vessalio ac sensibus credendum est, à uena portæ in parte iecoris caua. Vena enim quibusdam, quibus hic sanguis abundat, digiti minimi magnitudine illinc exoritur, quę in sphictere se diuidit atque diffundit.

Mensibus prouocandis.

Aphor. 23.

Sanguini sistendo.

Calidis abscessibus.

Aphor. 22

Hæmorrhoidibus aperiẽdis.

Verùm cum balneũ ante cibũ adhiberi in omnibus oportere docuerimus, ne quis omnino illud inconcussum præceptum esse credat, licere quãdoque etiam à cibo balneum ingredi: & quãdo quomodoúe, docebimus. Igitur in sanis, qui negocijs astricti sunt, si solum panem assumere uelint, uel etiam cum melle aut passis licebit post sextam horam in balneum ingredi, modò tamẽ ut ex hac consuetudine pręcordia sinistra aut dextra grauentur,

Balneũ quomodo adhibẽdum.

6. de Tuen. san. cap. 7. uentur, ut Galenus docet. In extenuatis uerò, non solum licet, sed etiam cõducit balneo admouere ægros post cibum assumptum: non tamen statim, sed cum è uentriculo cibus exire inceperit, id est, post tertiam horam: non tamen cibus is uulgaris sit, sed facillimæ concoctionis, & minimè uiscidi alimenti, cuiusmodi asellorum caro, & pullorum iecora, & gobij rursus pisces. Panis autem leuissimus, omni ratione, totaq; cibi quantitas ualde parca. Et tñ uel sic cõsumere etiã præcordia expedit. Hoc uerò cõpendij ex hoc ritu, ut ita dicam balnei, assequimur, ut impleantur ægri, atq; impinguent: 14. Artis cur. cap. 16. uelut Galenus rursus docet. Cauere autem oportet in hoc casu, ne balneum tepido sit, uel minimo calidius, nec etiam ut refrigerare omnino possit. Quòd si hæc tria seruentur, utiliter adhiberi poterit. Dico equidem, ne præcordia grauentur, ne aqua à tepore distet, maximè caliditatem uersus, & cibus hora qualitate quantitateq́ue talis sit, qualis esse debeat.

Vermibus. Cæterùm ut ad ordinem redeam, in uermibus etiam utilis est aqua, & maximè pueris & sitientibus & calidioris temperamenti, uel saltem pinguibus ut nihil melius: quod etiam norunt mulieres. oportet autem repentè haustam multam, & simul sensim exhibere. nam ex frigore illo & humore partim disrumpuntur, partim infrà dilabuntur. Sedes quoque qua nutriri solebant, & ipsa deijcitur, qua sublata dispereunt. Verùm si sensim dederis, non arduum erit, quin nutriantur uermes, & grauiorem morbum efficias. In ardoribus etiam non solum uentriculi, sed membrorum Ardoribus. omnium interiorum, & qui cum erysipelate sunt, nullum medicamentum absque frigida dari debet, quod etiam Marcellus insignis medicus adnotauit. adeò enim natiuo calori familiaris est & amica, incendiario autem contraria & aduersa. In pruritu, ut docet autor libri de cura icteri: Balneum calidæ euocat uapores, & pruritum sedat ac tollit. Solet etiam omne tepidæ Seminis genitalis abundantia. aquæ balneum pruritum mitigare. Cohibet & eadem ratione seminis fluxum, & libidinis incendium, non exiguum malum. Quidam enim, ut Cap. 14. Galenus refert sexto de Tuenda sanitate multum seminis colligunt: quod si excernant, multum læduntur, imbecillesq́ue euadunt, fiuntq́ue sicci, graciles, pallidi. Si uerò non excreuerint, uigilijs infestantur, quod Galenus prætermisit, cum tamen maximum sit talium incommodum. Pręterea, & ut ille dicebat, grauantur capite, stomachiq; fastidium sentiunt: nec tamen ex continentia multum iuuantur, cum pleriq; per somnum non minore iactura semen effundunt.

Addo aliud quod sæpe uidere contigit, hosce uiros cum tanta seminis copia ad uenerem ob flatus defectum esse impotentes. Quid igitur his omnibus magis conducit frigidæ potu & balneo plusquam etiam tepidę, tum renum refrigeratione, in aqua currente uelut fonte aut riuo, demissione quoque testium in frigidam aquam? His auxilijs tentigo superflua curatur, membrum melius tenditur, & somnus conciliatur. Quod si quæ princeps medicorum docuit, quæq; sunt scelestissima, cum hoc uno quòd

sola

ſola aqua conſtat conferantur, inueniet plus eſſe uirium in ſola aqua, quã in uniuerſa fermè medicamentorum materia. Adiuuat præterea hæc demiſſio teſtium, in aquam nuper è fonte hauſtam, immoderatam omnẽ ſanguinis fluxionem undecunq; proueniat, & eos qui animo linquuntur recreat. Et ut dixi, ac Ruffus etiam teſtatur: Inuoluntarium ſeminis proflu uium aqua ſuper renes largiter perfuſa, & balneum frigidæ, & immiſſio te ſticulorum ſanare poteſt.

Ad eos uerò qui ſincope laborant, ſeu ob oris uentriculi æſtum, ſeu ob caliditatem balnei, ut primo ad Glauconem tradit Galenus, præſtantiſſimum auxilium eſt frigidæ perfuſio, tum etiam potus: retinere quoque eam in ore, non parum confert. Hæc autem talia ſunt, ut in his caſibus nihil aliud quærere neceſſe ſit. Porrò etiam in alijs omnibus lapſibus uirium, ſeu animi, ſeu uitalis facultatis, plurimum prodeſt aquæ frigidæ inſperſio. Si ſanguis mittatur, donec frigida in ore continetur, homo non linquitur animo. Multò autem magis frigidæ inſperſio commoda eſt, ſi ſyncope ob ſanguinis fluentis copiam accidat. Et Auicenna: Balneum utile eſt ei qui ſyncopem patitur ob diarrhœam uel choleram, aut uomitum ex uentriculi inflammatione. *Syncopi. Cap. 14.*

Porrò in medicamentorum aſſumptione quot modis nobis auxiliatur aqua? primum, ſi quis uomitu tentetur aquæ frigidæ inſperſione, & impoſitione manuum in frigidam, contineri ſolet medicamentum: deinde ſi non operetur, Auicenna ſuadet ut modicum aquæ calidæ in potu detur. accelerat enim, & auget opus illius, nec ſolum calida, ſed etiam frigida hoc efficere ſolet: multa non tutò, pauca ſecuriſſimè poteſt exhiberi, atque tutò. frigiditate enim quæ illi ineſt, tum poteſtate, qua etiam cogit, motus cit quaſi contrarios, purgationemq; accelerat & auget. Idem ſi immodicè purgauerit, exhibita tepida ſoluitur uis purgandi. Simili quaſi ratione ſi quis cibo nimium grauetur, ſtatimq; uomitu prouocato non euomat, calidam aquam paulatim bibat, inquit Auicenna. cibum enim deſcendere cogit, & ſomnum conciliat. Pari ratione noxam aceti uiniq; temperat, atque ebrietatem ſoluit: uomitu, refrigeratione, humectatione, ſomno, purgatione, per aluum & urinas ſedando moleſtiam & ardorem illorum potuum: nec ſolum eis permixta, ſed etiam multò poſt copioſè ebibita. Ego uerò & illud animaduerto, quòd uomitus ſi quis ad ipſum paratus ſit, nullo faciliore aut efficatiore præſidio excitatur, quàm tepidæ potu, ut etiam in uita Aeſopi narratur. Vnde etiam in uenenis præſens eſt auxilium potus aquæ tepidæ. oportet autem aſſiduè bibere atque reijcere. Vbi uerò reieceris, gula, os ac uentriculus, ſi calidum ſit uenenum, excoriantur, ita ut neque edere bibereúe aut dormire poſſint: ſentiunt autem ardorem & ſitim intolerabilem, neque quicquam melius etiam in hac aqua. Crateræ imponatur rete: impleatur aqua, & ſuper rete pronus ore aperto quieſcat, ardor mitigatur, ſitis extinguitur, ſomnus conciliatur, ſpiritus recreantur. oportet autem aſſiduè aquam mutare, nonnunquam exhauri- *Satietati. Ebrietati. Vomitui prouocando. Venenis.*

reac reponere. Constat ex hoc usu quippiam melius esse in aquis subterraneis, quàm aëre, forsan quòd motu, cum terra non fuerit uitiata, melius quàm exposita concoquatur. nam qui adeò aërem probant, non uidentur quippiam laudare, nisi quòd supremam superficiem tangat. Tot igitur modis aquæ usus nobis est salutaris, nec ratione solum inuenta, sed experimento comprobata refero: nam pater meus cum auri pigmentum album iuuenis à iuuene discipulo, ut ille aiebat, hausisset, sic tandem utroque usu aquæ post triduum liberatus est. atque etiam huius inuenti gloria sit apud illum. Si enim patrem propria laude spoliauero, cui fidelis esse possum? Nuper uerò cum Albertus Triezius Torigus, è Lilla urbe sal Ammoniacum ad necem hausisset, aquæ potu seruatus est: ac frigida magis leuatus, quàm ullo medicorum auxilio. Hippocrates uerò adeò in uomitu ex frigida aut calida confidit, ut quinto Epidem. referat, uxorem Antimachi, quę mortua est, potuisse sanari, si ab aqua euomuisset.

Canis rabidi morsui. Quid uerò dicam de usu eius in his qui à cane rabido aut lupo sauciati sunt? affert ignis salutem, sed in deploratis frustra illius opem tentaueris, etiã omisso maximo cruciatu. appello deploratos, qui iam aquam & unicũ præsidium odisse cœperunt: iuxta illud poëtæ,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Ergo primum omnia auxilia, antequam Tantalea siti teneatur, Galeno teste, cum frigida aqua exhiberi debent. Quidam etiam philosophus, cum iam ad aquæ timorem ex hoc morsu peruenisset, ut narrat Dioscorides, balneum constanter ingressus, liberatus est. Eorum uerò qui iam deplorati sunt, curam ex Celso transcribere libuit, ut quemadmodum in adagio est, fides sit apud autorem. Et ut Iurisconsulti dicere nunc solent, Sponsio sit pro dato meo & facto tantum, non ex communi forma. Eius
Li. 5. ca. 27. igitur uerba sunt hæc, dum illius morbi curam tractarent: Sed unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante ei prouisam proijcere.

" Et si natandi scientiam non habet, modò mersum bibere pati, modò at-
" tollere. Si habet, interdum deprimere, ut inuitus quoque aqua satietur.
" Sic enim simul & sitis & aquæ motus tollitur. Sed aliud periculum exci-
" pit, ne infirmum corpus in aqua frigida uexatum, neruorum distentio
" absumat. Id ne incidat à piscina, protinus in oleum calidum demitten-
" dus est.

Pectoris abscessibus. In morbo quoque laterali atque peripneumonia, ac ex his generaliter omnibus pectoris abscessibus, quàm utilis, quàm necessarius (quem tamẽ communiter prætermittunt) sit aquæ usus, nunc dicendum. Hippocrates
T. com. 58. tertio de Victu in acutis inquit: Peripneumoniæ autem magis quàm ardẽ
" ti balneum confert. nam lateris pectorisq́ ac dorsi mulcet dolores, sputum
" maturat, educitq́ue, & spiritum facilem reddit. Dicebat Galenus in commento,

mento, quod Hippocrates præcepit in peripneumonia, intelligendum certius in laterali morbo, cum peripneumonia tam lateris dolore careat, quàm etiam pectoris, ut deficere aliquid scilicet (morbo laterali) in textu arbitretur. Tempus autem lauationis infrà docet dicens: Hippocrates cum tota utuntur ptisana, magis balneum conuenire, non tamen simpliciter tunc solum, ut Galenus exponit, sed magis. Ergo Galenus in declinatione, Hippocrates etiam in statu non solum in declinatione conuenire affirmat, sed in declinatione magis, securius ac longiore mora. Quod uerò dicit de his abscessibus Galenus, censet & meritò de omnibus partibus pectoris: ego uerò de omnibus internis intelligendum reor, sub eadem conditione temporum morbi, scilicet status aut inclinationis. nam licet non possit excretiones iuuare, saltem dolores leuabit ac mitigabit. Vnde princeps quartadecima tertij de Abscessu iecoris suppurato loquens, inquit: Et oportet, cum suppuratus fuerit, ut assiduè utatur balneo aquæ calidæ. quæ sententia etiam fuit Rasis. Ex quo coniectura assequor, expedire etiam balneum in incremento abscessuum, modò corpus sit præpurgatum. nam cum duæ sint causæ incrementi eo tempore in abscessibus, motus materiæ & dolor, quantum balneum motum materiæ augendo officit, tantum imò plus iuuat dolorem sanando. Præterea etiam ad contrariam partem ducit. Solum igitur meo iudicio excipere oportet illos quos Hippocrates excipit, cæteri uerò & quotidie & diu, modò assueti sint, etiam ab initio morbi balneo tepidæ uti debent. Qui ergo in balneum ducendi non sunt, sunt quibus uires languidæ sunt, quiquè nauseabundi aut fastidientes cibum, aut biliosa eructantes, uel aluo astricta aut nimium soluta, aut quibus sanguis è naribus, quantum oportet, aut iusto plus fluxerit. His tantum ergo quatuor exceptis, balneo illos per omnia tempora, sed magis semper procedente morbo uti oportet. Quod si Galeni sententiam magis probas, quàm Hippocratis in declinatione. Quanquam & Galenus ipse paulo pòst etiam in mixto tempore illud admittit. Voco tempus mixtum, cum adhuc æger cum sputo cocto symptomatibus grauioribus urgetur, quia morbus partim est in agumento, partim in declinatione.

Tex. & com. 69. *Iecoris abscessui. Trac. 3. c. 14.* *3. de Vict. in acut. Tex. 19* *Com. 61.*

Verùm quia præpurgatum semper supponimus, ut dixi, corpus in balnei usu, dubium est an in plethora conueniat: imò dubium non est, cum ipsam plethoram balneum curare atque sanare soleat, modò nullus morbus adsit. nam si sit, quis dubitat tunc non esse periculosam balnei exhibitionem, cum antequam per balneum plethora minuatur, morbus in immensum possit augeri atque interficere? Aliter autem sanis corporibus non parum conducit. Dicebat Galenus: Plethora (supple ex antecedentibus uerbis, si sine morbo ac dolore fuerit) tribus aut quatuor diebus inedia frictionibus ex balneis multis curatur. Et rursus tertio decimo Artis curatiuæ inquit: Plethora curatur sanguinis missione, tum frequentibus balneis, exercitatione, digerentibus medi-

Plethora. *4. de Vict. in acu. cõ. 19* *Cap. 6.*

Com.17. camentis & inedia. Idem secunda Aphorismorum, sed ex sex præsidijs ibi digerentia medicamenta prætermisit, ipsaque balnea, non ut in Arte curatiua secundo, sed quinto loco collocauit. In cæteris consentiunt, quod scilicet ad euacuandæ plethoræ rationem attinet. oportet igitur balneas esse frequentes, & paulo tepidis calidiores, aliter tardius plenitudinẽ ipsam sanant.

Febribus. In febribus præterea omnibus, tũ per genera, tũ per species ipsas enumeratis, quantem utilitatem hæc afferant, atq; primum generaliter nunc di-
Cap.7. cendum. Galenus enim in libro de Marcore ait: Febri quatenus febris est, balneum semper utile est. Illa enim semper sicca, hoc autem seu excalefaciat seu refrigeret, semper humectat. Quippe duæ sunt præcipuæ balnei in fe-
Cap.10. bribus omnibus utilitates. Decimo Artis curatiuæ: Fuliginosorum excrementorum euacuatio & deductio totius corporis ad symmetriã, scilicet ex immodica caliditate atq; siccitate ad temperamentum, tam in solidis quã in spiritibus atq; humoribus, adeò ut si nihil obstet, statim febricitans in balneum ob tam egregias atque pręsentes utilitates sit inducendus. Defi-
11. Artis cur nit autem pòst, quibus nõ conuenit balneum, scilicet his tribus, uel si dum
cap.20. ingreditur illud inhorreat, uel si uires sint imbecilles, uel corpus crudis humoribus plenum. addimus nos iuxta illius sententiam quartam obseruationem, quæ non ad ægri differentiam, sed temporis morbi pertinet, scilicet ut in declinatione accessionis fiat, seu accessio ipsa cum typo fuerit, ut in intermittentibus, seu similis incompressæ annotationis, ut in semitertianis, alijsq; continuis proportionem seruantibus. Porrò imbecillitas ipsa aut totius est, ut uires facilè resoluantur, aut membri alicuius principalis, tuncque periculum est ne humores in illud confluant, ideoq; in neutro horum balneo uti tutum admodum fuerit: aut partes ignobiles, ut cutis artus, sedis locus, adenes erunt infirmę, tuncq; tantum aberit ut balneum sit inutile, ut etiam utilius multò sit his, quàm illis qui toto corpore robustiores sunt, & alioqui inculpata ualetudine. nam in illis facile natura balnei auxilio materiam febris in infirmum illud membrum detrudens, totum corpus liberabit.

Cap.1. Enarrat autem Galenus in libro de Causis procatarticis tres ægros, qui cum febricitarent, nullo alio usus auxilio, nec expectato ut genus, nedum febris speciem dignosceret, sed solo usus balneo dulcis aquæ, ne febris amplius rediret prohibuerit, atq; ex toto singulos curauit. E quorum nume-
Febribus ephemeris. ro atq; ordine primus Menander fuit. Sed uerisimile tamen est, illas febres ephemeras fuisse. Propterea de illis agendum est. Igitur cum primum febris inuadit, in declinatione statim nec semel, uerùm crebrò lauandi
Cap.2. sunt, ut Galenus docet octauo Artis curatiuæ. Vbi etiam frigidam in
Cap.3. potu exhibet. Quòd uerò de meatuum constipatione docuerat, idem etiam paulo pòst dicit de ephemeris, quæ exustione, ira, tristitia, uigilijs, lassitudine, curis ac refrigeratione proueniunt. Neq; enim solum hos lauare & copiosè & sæpius, sed etiã statim præstat atq; oportet: non tñ ita eos qui ex obstructione

obstructione laborat. nam euacuare antea decet, inde lauare in declinatione accessionis, modò inter lauationem & sequentem accessionem tres horæ intercipiantur. nam sub accessione ipsa lauare minimè decet. Quod si ob cruditatem aut bubones simili ratione, ut si ex obstructione diaria euenerit, non nisi sublata magna causæ parte, aut per euacuationem aut per coctionem lauare conuenit, conuenit tamen & ut in reliquis atque necessaria est, magis tamen balneo indigent sicci, seu natura, seu habitu seu morbo ipso aut causa morbi quàm humidi. Ergo balneum est utilissimum, cum calorem mitiget, humectet corpus, & somnum prouocet. Atque his duobus in hecticam primò, inde in putridam transitus prohibetur. Ipse uerò in primo libro ad Glauconem unius rei diligentur nos commonefecit, maximè necessariæ, dicens: Omnibus quidem diarijs febribus balneū (ne quis ob alibi dicta de aliquibus dubitaret) necessarium est. Cæterū qui ex bubonibus aut constipatione laborāt, his non inutilis etiam est aër balnei, reliquos aūt ab aëre statim remouere oportet: in ipsa uerò aqua quantū uoluerint permittantur, atque etiam quæ ex bubonibus laborant. Ita hi & in aëre & in aqua cōmorari poterunt diuitus. Cap. 9.

Manifestum est autem ex his, alium fuisse antiquitus ordinem balnei, quàm nunc sit in usu: atque in eius mos hic habeatur, ex Galeno adijciendum ad uerba, ut dici solet, curaui. Is igitur decimo Artis curatiuæ inquit: Prima pars balnei, quę admodum calida est, & absque aqua calorem per totum corpus æqualiter fundit, excrementa euacuat, exiguos meatus aperit, tensa relaxat, densata seu concreta fundit. Secunda aūt quam lauacrum ꝓpriè appellabimus, in qua sicut ex humectatione iuuatur, sic ex calore nihil illis commodi accedit. Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxiè, quæ fuerant excalefacta, & uires firmantur. Si qua uerò & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalem redeunt mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe quib. omnia ritè sunt adhibita, ij post frigidę usum adhuc sudant, & omnia ipsis excrementa uacuantur. Itaque ex omnibus quæ de balneis retulimus, una summa colligitur, quòd uacuatur quidem, quicquid in corpore uel fuliginosum, uel fumidum fuit, consistūt aūt in naturali symmetria, tum caro ipsa tum cutis: solidarum partium ariditas corrigitur, & calor non modò is qui ex lauacro accessit, uerùm etiam qui prius fuit, ex frigidę usu submouetur. Maximo huius rei documēto est status, qui ex huiusmodi balneo redditur, postq̄ in sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id, ne loqui quidem præ linguę & fauciū ariditate ualentes, totūque corpus stipulæ ritu aridū habentes. At egressi è frigida, ilico omnia ꝓ naturę habitu recipimus, nec febrili calore uexati, nec siccitate afflicti, prōptè q̄ loquētes, ac plurima sitis parte leuati. An igit̄ euidētius adhuc balnei uires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanè non arbitror. Licet aūt, cui placet, experiatur, quod incōmodum sequatur, ubi tali peracto itinere non lauerit. At enim statim febricitabit, aut multo plenus tędio, grauato scilicet capite, perseuerabit, potissimum si Balnei partes. Cap. 10.

frigida

frigida calorem nondum extinxerit. Liquet igitur, quatuor fuisse in singulis balneis partes, in quarum prima quam iustè uaporarium appellare licet, non mediocris calor sine aqua, perfrigeratos tepefaciebat, æstuãtes in lassitudinem aut phlegmonem, uel constipationem atq; exinde in febrem ne inciderent prohibebat. In secunda quæ lauacrum dicebatur, calidiore aqua lauabantur: in tertia tepida, at in quarta frigida, ungebaturq;. Nostra ergo balnea non sunt, in quibus unica tantum domuncula, q; hypocaustum licet à feruore nominare, calida, tepida & frigida admouentur, aëre cũ ambabus postremis pugnante.

Si quis ergo balnearum usum reuocaret, non parum ad salutem hominum fecisse uideretur. At has quæ nunc pro balneis habentur, non solum omnino inutiles esse censeo, prętercq; ad mundiciem, sed utilitate longè inferiores lotionibus pedum ac manuum. quibus si quis diutius insistat, ad reuellendũ nõ parua est efficacia, absq; corporis calefactione. nihilo tñ magis possunt ea quę balneum, sed tñ tepefaciunt corpus citra noxam. Sunt enim irrigationes, embregmata, lotiones, fomenta, insessus, fotus, omnia balnei iustè administrati quasi partes. Sola instillatio aliquid plus eo potest non tñ omnis, sed q̃ uehemẽs ac diuturna. nec planè instillationis nomine digna, nisi quòd tenuiter infunditur. Cæterùm & procul & cum impetu q̃ uim balnei superare potest. Sed ad rem redeo, putridis omnib. febribus, tepida pro balneo, frigida pro potu, ni aliud obstet, cõuenit. Ita definit Galenus libro de Marcore: censetq; hæc tanq; principalia præsidia. Verùm duo sunt obseruãda, quorum alterũ utriq; auxilio commune est, scilicet ut non nisi constante iam coctione adhibeantur: in reliquo discrimen est non paruum inter hæc auxilia, cum balneum tutò semper, potio frigidæ nõ semper adhibeatur. Periculumq; quod ex balneo succedit, etiam si diu quis immoretur, admodum leue sit comparatione periculi, quod ex immodica frigidæ exhibitione subsequitur.

Modi speciales balneorũ — *Cap. 7.*

Iam igitur omnibus putridis febribus frigidæ potio & tepidæ balneum conuenit, sed non tamen æqualiter. siquidem tertianis atq; ardentibus magis, his autem quæ ex pituita fiunt, minus hæc auxilia & maximis frigidæ potio sunt necessaria. In exquisita enim dicebat primo ad Glauconẽ, non solum semel & bis, sed etiam pluries, si delectẽtur, lauare ægros licebit, imò etiã si uelint, illos in aqua natare permittes. Similiter in accessionis fine, dũ uehementer sitiunt, frigidæ potus sudores & urinam ciet, ut experimentũ ostendit, refrigerato etiam & humectato corpore. Porrò quoniã multis forsan arduum uidebitur, in quartanis balneum adhibere, quasi Galeno reluctante, sciat illum loqui de initio, ut ipse testatur, & tñ tunc etiam permittit. At quomodo balneum concocta materia, uel in quartana uel quotidiana aut alijs intermittentib. febribus pertimescemus? cum qui his febribus laborent, uigilijs torqueant̃, & attenuantib. indigeant, urinamq; ac sudores prouocantibus: quibus omnibus balneum auxiliatur. somnũ em̃ cõciliat, humores attenuat, & sudores atq; urinam prouocat.

Febribus putridis. — *Cap. 9.* — *P. ad Glauconem ca. 11.*

Restat

Restát ergo ut de ardentibus nunc febribus dicamus, quarum maxima curæ pars tum ex balneo tum frigidæ potione pendet. Verùm longè magis ex frigidæ potione, ut undecimo Artis curatiuæ docebat Galenus, iuuantur ægri in ardentibus febribus, quàm ex balneis. Tres igitur solum postulat ad exihendam aquam frigidam conditiones: quòd febris sit ardentissima, quòd signa coctionis appareant, quodq; uires sint robustæ. Adijcit uerò quid mirum, dicens quòd si æger ipse bono corporis habitu sit, scilicet bene carnosus & tempus anni calidum ac siccũ, demittendo ægrum in frigidam etiam natationem, minimè læseris. Quippe qui hac opportunitate usi sunt, omnes sudarunt, quibusdam etiam aluus biliosa deiecit. Auicenna uerò quantitatem aquæ exhibendæ in hoc casu definiuit refrigerationem corporis atq; caloris extinctionem, natationis autem haud meminit: sed rem duram ac periculosam existimauit, quòd sua ætate iam iusta balneorum administratio desierat. Ipse ergo conditiones omnes natationis potui adiecit, præter eam quæ ad temporis qualitatem attinebat, cuius loco consuetudinem posuit, & ut uiscera abscessu carerent, ita ut apud illum sint sex conditiones exhibendæ aquæ: robur omnium uirium & mẽbrorum interiorum, & maximè iecoris & uentriculi, febris ex humore calido, concoctio materiei, consuetudo bibendi aquam frigidam, habitus carnosus, & ut nullus sit abscessus in uisceribus. Adiecit & septimam, ut nõ sit dolor in neruis, quæ minima est omnium. Sed non solum in ardentissima febre, quę fit à bile, uerùm etiam in sanguinea, ubi reliqua adsint frigidæ aquæ potum collaudat. Quomodo aũt corpus perfrigeratum & calorẽ extinctum intelligat, se declarat dicens, colorem uultus uiridem fieri, & hominem tremere. Ergo ubi res bene cedat, aqua aut uomitu uel per aluum uel urinas uel sudores humorem peccantem educit: uel si id non succedat, trãsmutata febre in mitius genus ac diuturnius ægrum à mortis periculo liberat. Ego uerò cum tres ardente febre laborantes sic curauerim, omnes eadẽ die liberaui, qua aquam exhibui.

Febrib. ardentibus.

Cap. 9.

P. 4. Trat. 2. Cap. 41.

Ca. 7. eiusdẽ Tract.

Pari etiam ratione in pestilentibus febribus præstantissimũ auxilium ab ipsa aqua expetitur. Aetius libro quinto, Ruffi authoritate id docet. Oportet autẽ confertim ac copiosam haurire. cui sententiæ Rasis Ioãnitij authoritate subscripsit, dicens quòd confertim epota caliditatem extinguit, sensim non prodest. Aqua eñ frigida potens est auxilium & naturæ amica, si copiosè bibat, mouet humores, & naturæ auxilio uenenum cum illis expellitur, maximè tẽpore æstatis: in quo quamuis Galenus & Auicenna huius occasionis haud meminerint, tñ in ardente febre & sanguinea etiam, si contingat exhibitio aquæ, longè plus proderit & tutius exhibebitur, & facilius feret ęger: etenim meatus erunt magis patentes, & frigoris noxa magis temperabitur, quã alijs temporibus. Neq; uerò solis febribus commoda est frigida, sed etiam illorũ symptomatibus, quęcunq; ex ipsa tanq; morbo proueniunt. Siquidem meritò, cum dicat Hippocrates, quę proueniũt ex una causa, curari à contrario illius causę: at nihil tã contrarium febri esse

Febribus pestilentibus.

Cap. 91.

17. Cont. c. 6.

12. Aph. 22.

potest,

potest, quàm aqua frigida, ut ratione non indigeamus ad hoc demonstrandũ. *Febriũ symptomatibus.* Quæcunque igitur symptomata à febre ortum habẽt, potu aut balneo frigidæ curabuntur. Velut sudor superfluus, qui curatur positis pedibus manibusque in aqua frigida. Et rigor uehemens balneo calidæ, tum etiam potu, & sternutatio & ciborum odium, quod potu calidæ aquæ sanatur, aut uomitum prouocando, aut aluum subducendo. Et syncopis, quæ curatur ponendo manus & pedes in aquam calidam, ut docet Auicenna. Et inquies, quam iuuat lectus positus iuxta euripos & fontes. Licet & arte imitari naturam, dum somnum cadentis aquæ fingimus. Frigus quoque uehemẽs & diuturnum extremorum membrorũ, quod calidæ balneo curatur. Tum difficultas spirandi & deglutiendi, & nigredo linguæ: quæ si perseueret, solet ut Auicenna inquit, esse causa abscessus cerebri uel membranarum eius. Et manifestum est, quòd curatur ablutione frequenti cum calida detergendo, inde lauãdo cum frigida aqua. Et similiter hecticis nihil melius est aqua frigida, tum in potu tum loco balnei. Sed de frigida in potu cum conueniret ephemeris putridis pestilentibus absque discrimine, tum hecticis poterã eum usum inter auxilia cõmunia omnib. febrib. quemadmodũ & balneũ communerare: sed non licuit, quoniam hectici quidam non ferunt illam. *Febribus hecticis.* Quicunque enim iusto plus contabuerunt, non resistentib. uiribus (hi sunt qui primam speciem excessere) succumbunt. Verùm balneum frigidæ, ut *Cap. 10.* decimo Artis curatiuæ Galenus docet, semper est salutare, etiam in deploratis casibus. aut enim illos curat, ut quibus nondum solidæ partes consumptæ sunt: aut si sint, in senilem habitum illos mutat. Quod si qui hoc iam salutari præsidio curari nequeunt, nec hi alio prorsus curabuntur. Vt constet hoc auxilium & optimũ esse, & securissimum, atque etiam efficacissimũ. Sed quonam pacto sit adhibendũ, nõ mihi melius scribere, aut maiore cũ authoritate posse persuasi, quàm si ex Galeno ad uerbũ hæc ipsa etiam desumerem. Is igitur superiore loco, & ubi hanc curationis rationem diligentissimè tradit, hæc habet: Quicunque hectica febre laborant, atque ex his præcipuè qui iam marasmodi hectica febricitant, modò his nulla alia febris uel ex sola putredine humorum, uel cum phlegmone sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborẽ, ne uires resoluas: quod ipsum cum noceat uehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo æger in balneum super lectulo deportetũ, in cuius prima è tribus domo nudetur, ac trãsferatur in sindonem calentẽ promptè in idipsam paratam, sint autem quatuor qui hanc teneãt à quoque fine unus. Ac siquidem prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus in secundã portetur: sin tibi frigidior uidetur, non nudus, sed coopertus, uel alia sindone minimè frigida, uel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam qua portabitur, esse ualentiorem oportere: aut si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media, sed eciam temperie. tanto scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleũ tepidũ esto, quo æger super sindone illatus,

protinus

protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantq́ hominem ubi solium est sic, ut per tres balnei domos duntaxat transierint: per quas nec celeri gradu transibunt ij qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum à lectulo: in media uerò, dum perfundatur oleo. Esto autem & aër cuiusq́ domus nec summo calore, nec etiam frigẽs, sed admodum temperatus, & modicè humidus. Id fiet, si aqua tẽperata ex labro sit liberaliter proiecta, ut per fluat per omnes domos. In ipsa uerò solij aqua mediocriter moretur. Idq́ in sindone sustentus, nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs uti solemus adhibita. Immò nec capiti eius infundi quicquã uelim, cum sit satis id quoque bis terúe una cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes qui eũ portãt leuata. Mox hinc deductus in frigidam, semel totus tingatur, ne uel breuissimo quidem spacio illic moratus. Porrò qui eum portant, tũ reliqua omnia curiosè esse edoctos conueniet, tum celeritatem tingendi, non documenti modò, uerũ etiam præcepti loco præter cætera habere. Protinus uerò alter paratam habens sindonem ipsi inijciat, ac deinde aliam, tum in lectulo collocatus primum spongijs detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent qui cum detergebunt, ut uiolentius eum contrectent: sed quo ad fieri potest, blandissimè. Post hæc unctum, ac uestibus amictum, rursus super lectulo in domum ubi cibatur, reducent ac nutrient. Sanè dictum suprà est in horum comentariorum septimo, ubi siccam uentriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi. Hæc ille. Cæterùm diuersa quædã uidebuntur his quæ de natura partium balnei superius tradidimus. Uerũ illud animaduertere decet aëris mutationem pro arbitrio fieri, atq́ lauacrũ in secunda domo nullum esse, sed aërem tantum modò humidum, in tertia uerò esse quasi transpositis uicibus. Cum enim hic sit imbecillis, decet sensim incalescere non in prima balnei parte. Hoc enim nos docet tanquã contra consuetudinẽ excogitatum. Demiror autẽ ex his ualde medicos nostræ ætatis, qui cum in omnibus fermè morbis, præsertim tamen in atrocissimis, quales sunt hectica, febris pestilens & ardens, demisso auxilio aquæ tam securo, facili, efficaci præsentiq́ ad medicamenta omnino inutilia & noxia, & uix ab ullo authore probata confugiant. in quo trifariam peccant: primum quòd aquæ auxilium tam utili prætermittunt, secundum quòd inefficacia medicamenta perperam adhibent, tertium quòd omnibus deterius est, quòd corpus ita præparant, ut neque post modum auxilio aquæ sanari possit. Porrò de noxa medicamentorum in his morbis, & usus inutilitate facere uerba non oportet. nimis enim ab omnibus artis peritis intelligitur.

Confert etiã in uulneribus recentibus: quod quia alibi in libris, scilicet Contradicentium medicorum tractatum est, tum maximè ex Celso, hic repetere superuacuum esse arbitror. Solum ea adijciã, quæ ibi non sint enarrata, scilicet quòd cura uulnerum tam paruorum, quã magnorum est ex-

Vulneribus. siccatio, & robur caloris innati & sanguinis cohibitio, quæ omnia aqua tepida aut frigida, ubi metus sit fluxionis sanguinis largiter effusa, & bene ac diligenter elota plaga præstat, ita ut nihil melius, quanquam cum aliquo cruciatu id fiat. non ignoramus etiam dixisse Hip. Frigidum ulceribus mordax, cutem obdurat, dolorem insuperabilē facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones. At omnia hæc frigidū dum permanet ac superat, efficere solet: at lotio frigidæ tantum abest ut refrigeret, ut etiam paulo pòst calefaciat, ut quilibet potest experiri hyeme lauando manus cū frigida. Iuuat ergo hæc frigidæ lotio multum ad suppurationem, cum post eam statim puluinaria superposueris. Quòd si pertinacius frigidam repudies, calida uel tepida utaris: quandoquidem constet, Hipp. de actu ac uera frigiditate, nō de potestate intelligere. De potu aūt illud satis pertritū est, nō solum in uulneribus, sed ulceribus, abscessibus, contusionib. fracturis, maximè capitis ac omnibus alijs casibus ab initio usque ad finem curationis solius aquæ, non uini potum conuenire.

5. Aphor. 2. (margin)

Vlceribus. T. 15. & 16. In ulceribus etiam (quanquam Hipp. de Fracturis loqui uideatur) planū tñ est ex libri titulo sententiaque uerborum quę hic subijciuntur, de ulcerib. generaliter loqui. hæc habet tertio de his quæ in Medicatrina fiunt: Aquę caliditas & multitudo spectetur. Caliditas ut supra suam ipsius manum infundat. Multitudo ad laxandum & attenuandum plurima, ad carne implēdum & molliendum mediocris optima est. Mediocritas aūt in perfusione hæc est: cum adhuc suspenditur, priusquam concidat desistendum. primùm enim tollitur, deinde attenuatur. Vbi Galenus in cōmento hęc habet: Quęcunque eñ ex repletione erant intenta, sicuti omnia quę inflāmationem patiuntur, ea dum euacuantur, laxari consueuerunt. Quę ex concretione ob refrigerationē intendunt, dum calefiunt: quę ex siccitate, dum humectantur: quæ ex humido, dum eo exinaniunt. Quoniam igitur calida aqua pręstare hęc omnia potest, cum amplius atque diutius corpori fuerit infusa, eā laxare atque attenuare rectè dictum est. Implet aūt carne, ac mollit dum corpus plenū fuerit, & ipsa supfusio mediocris: extenuat uerò multa, aut si corpus alioqui fuerit gracile. Vbi eñ non fuerit quod trahat, quod præsens est cōsumit. Cęterū in his aqua nō eundem præstat usum, quem in superioribus morbis internis, scilicet aut decoratione, ubi perfectè sanatiuæ causæ uices implet: hic aūt non, sed eius sine qua curari affectus non possit. Sunt eñ aquę usus sex, aut enim conseruat sanitatē, ut uentriculi: aut pręseruat à morbis, ut in oculis & renibus: aut curat perfectè, ut in hectica febre & ardente: aut sic adiuuat ad curationem, ut sine ea curatio perfici bene non possit, ut in ulcerum sanatione & ossium, qui iam tophum inutilem contraxerunt emendatione (atque his omnibus modis principalis causa appellatur) aut ad curam conducat inter cętera, ut in podagra & diarrhœa: uel ut ad decorationem proficit, in qua tametsi primas obtineat partes, cum tamen finis non sit sanatio, sed decor & mundicies, non meretur nomen causæ principalis in medicina. Itaque hęc pars quę à uulnerum cura incepit, meritò tertia

Aqua usus prima capita (margin)

in ordine

in ordine dici potest: quandoquidem pręseruationem cū curatione aut cōseruatione, ut moris est, miscuerunt.

Ad fistulas quoq; aquę pręsidio utitur Hipp. dicens: Postridie aqua calida atq; multa proluere oportet locum. Hæc aūt post floris æris immissionem. nam tunica fistulę sic eroditur, ut plerunq; in septem diebus. atq; hęc de fistula in ano. Paulo pòst cum de pituita ad eundem locum decumbente loqueretur, addit inter reliqua curæ auxilia, ut ægrum in calidā aquā collocent. Et in uniuersum calida aqua omnibus fistulis ac callosis ulcerib. utilis est, non solū ad extergēdum sordē, sed etiam ad putrefaciendum tunicā eorū sinuum. Quòd si ulcus aliquod cum fractura cōiunctum sit, ut in calcis fractura, uel si ulcus non appareat, multa aqua calida ad curationē utit Hipp. libro secundo de Fracturis. & rursus in fractura absq; ulcere uelut cubiti, dum callus iam confirmari cœperit, multam rursus affundit aquam calidam, ut materia nutriendo callo idonea, copiosa ad locum trahatur: ut in primo eiusdem dicit. Similiter & in luxatione spinæ dorsi, dum os reponere, seu uertebrā uult. Tertio de Articulis iubet ut locus multa calida aqua lauetur ac foueatur, antequā reponatur. In luxatione etiam articulorum, manuum pedumúe, quæ cum ulcere acciderit, ubi restaurationem cōuulsio sequatur, iubet articulum elidi, & multa aqua calida locum deinde foueri: ut in quarto eiusdem docet. Sic si contingat restaurationem ossis seu luxati seu fracti perperam esse factam, seu cum topho callóue, seu nondum contracto, nemini qui in hac arte expertus sit, dubium est quin calida aqua locus non sit fouendus, & si callus iam contractus sit, emolliendus. ac pluribus etiam diebus, si maior sit ac durior, ut eodem loco frangi posſit, quo perperam os restauratum est, ne calli loco os ipsum frangatur. Ergo & uehementer calida & multa aqua, & diuturna mora & pluriū dierum & irrigatione opus est, nonnunquam cum callus ualde durus ac magnus fuerit. In talibus ergo quis aquæ usum & administrationem non causæ illius loco habebit, sine qua cura perfici non potest? Quid si quispiam frigore & gelu membra mortua & iam putrescentia habuerit, nonne & hic aquæ frigidæ balneo indiget? non igne, quo excidunt: non etiam calida aut tepida aqua, quibus calor non refouetur, sed frigida aqua sensim reuocat, ut etiam testatur Olaus Magnus Vpsalensis pontifex, qui de borealibus gentibus scripsit, apud quos frequens est hoc experimentum, frequentiorq; morbus hic atq; infortunium.

L. de Fistulis Fistulis. *Vlceri cum fractura.* *T. 17. Fracturæ.* *Luxatis. T. 41. T. 47.* *T. 32.* *Membris frigore congelatis.*

In decoratione uerò si quis usum aquæ collaudare uelit, ne ille omnino noctuas ferre Athenas uidebitur? cū ea sola abluat, purget, detergeat. Quin etiam ubi strigili omnem sordem è corpore elueris, nonne epidermia pedū callosa duritie & crassitie calida aqua molliemus: inde gladiolo detrahemus illam eradētes, pręcipueq; à calcaneo? & ungues eadē ratione molliores factos pręcidemus tam ex pedibus, quàm ex manibus: quos si sine hoc auxilio pręcidere tentaueris, facile eueniet ut lacerentur. humidum enim incisioni aptius longè est sicco. Hæc igitur de aquæ dulcis administratione dicta

Decorationi

ſunt, prętermittens ea quę minus ad medicinam pertinent, tum uerò etiam illa quæ tametſi humano corpori utilia ſunt, non tamen adeò euidentem & certam habent rationem: ueluti quòd ſi quis aquam, quæ equo bibenti ſupereſt bibat, à peſte præſeruatur. Verùm eñ eſt frequenter, non tñ ſemper. Equi eñ natura à peſte, quę in hominibus graſſatur, eſt alieniſsima. Et ſpiritus eius ac ſaliua plurima & efficax, quæ aquæ cõmiſcetur. talia tamen paradoxa ſunt, & à nemine artis perito tradita. Similiter ut illud prętereamus, quanta ſit uis aquę, quæ è cœlo decidit certis temporibus, ueluti Martio menſe, ex qua zethum & panis fiunt, qui in multos annos perdurãt, cũ alĳs temporibus uix aliquot diebus atq; his etiam pauciſsimis maneant incorrupti. Quid ergo prohibet, ne aliqua talis ſit ex pluuialibus, quæ uitam hominum maximè proroget? Hæc igitur ac ſimilia, uel quia ab arte eſſent aliena uel dubia, uel quòd obſcurã haberent cauſam, uel quoniam alibi à me dicta eſſent, conſultò prętermiſi.

Solum reſponſurus his quę mihi obĳci poſſe ſentio. atq; id primum, nũquid negare poſſim, dicent quin aqua hydropicis noxia nõ ſit, ac uehemẽter? imò quidam cum ſani eſſent, ſolo potu aquæ in eum morbũ inciderũt ac mortui ſunt. Quibus reſpondemus, quòd aquæ uſus in hydrope omni non eſt malus, ſed ratione quantitatis aut qualitatis uel cauſæ hydropis. Quis enim ignorat, q aqua mala nõ ſit cauſa omnium morborũ diuturnorum: ut ſecunda primi habet. nam generat abſceſſus & durities in omnibus membris principalibus, & tabem & deiectionem appetitus, & morbos melãcholicos & inteſtinorũ difficultatẽ, aliquando uentris duriciem: nonnunq̃ inquit, etiã hydropeſim. manifeſtum eſt ergo, quòd potus aquę per ſe nõ generat hydropiſim, ſed aquę malę. nec etiã hæc ſemper. Dicetis forſan: Auicenna inquit in cura hydropiſis, Et ꝓhibitio à uiſione aquę nedum à potu ipſius, quantũ poſſibile eſt. reſpondeo, Et in eodẽ capite inqt, Vino nõ appropinquet, calidã habẽs hydropiſim. Sed neq; in frigida omne uinum cõuenit. Ideo quanq̃ loquatur de aſcite ſola, intelligit etiã de aqua cruda, non deſtillata aut natura perfecta. Quin etiam Aetius collaudat balneũ dulcis aquę tam tepidæ q̃ frigidæ in aſcite. de quo alibi diſputauimus. Sed non adeò hic fauebo aquarum laudi, ut in morbo qui totus aqua conſtat, illas uino prę ferri uelim. Etenim certum eſt tepidę aquę uſum nauſeam excitare, uẽtriculum debilitare, coctionem corrumpere, corpus tabefacere, hecticam & hydropem gignere, nec tñ ſitim extinguere.

Doc. 2. c. 16. *Aquarũ malarum detrimenta.* *Iuxta finem.* *Lib. 10. c. 27.*

Obĳciet alius, quomodo tot & tanta una & eadẽ aqua efficere poterit, ac tam ualidis morbis occurrere? At hi qui de his dubitãt, aut hoc ignorãt, quòd calor innatus omnes morbos curat, cum ualidus fuerit, ut ex Galeno docuimus, aut aliquid efficacius uſu aquę inueniri credunt. Qđ quippiã poſsit eſſe efficacius, non uideo, quæ tot modis & in tanta quantitate adminiſtrari poteſt abſq; incõmodo præſertim ob conſuetudinẽ, tũ etiam adeò frequenter, quę omni cibo miſcetur, quę potus omnis uices ſupplet. Quòd uerò calor naturalis omnes morbos curet, pręter Galeni authoritatẽ, ratio

Aquã omnes morbos curare declaratur ex cauſa.

etiam ipsa manifestissimè docet. ille eñ trahit, retinet, cõcoquit, si minutius est agendum, expellitq́. Hi quibus hæc mira de aqua uidentur, sunt qui existimant medicamenta esse quæ purgent, quæq́ sanent morbos. porrò horum inscitiã non est ut doceã, quandoquidẽ illa solũ aut naturã irritent aut adiuuent in opere. Ergo confirmato naturali calore, nec irritantibus indigemus, nec multo minus auxiliantibus. Dictũ est etiã suprà, quonã pacto aqua frigida calidis atq; frigidis intemperieb. itẽ humidis atq; siccis æqualiter satisfaciat. unde omnibus morbis principale auxilium existit.

Cur aqua nõ utamur in cura omnium morborum.

Dicet quispiã, cur ergo nostræ ætatis medici non hoc uno præsidio utũtur? Quoniã ut eruditiores ac diligentiores uideantur, arsq́ ipsa apud uulgũ nobilior, malunt multis uti præsidijs, quanq̃ debiliorib. atq; perperã, q̃ uno optimo, ac rectè. Quin etiã teste Plinio, imò ipsis oculis quotidie nõ cõtenti omnib. quæ terra aquaq́ apud nos producit, quę penè sunt infinita, & quorũ ne minimã quidẽ partem norunt, q uilia sint, ut celebriores uideantur, exotica longius petita, & ultra maria aduehi curant: tantũ abest ut aquę solius usu contenti esse uelint. Quendã scio è principib. ad quẽ cum uocatus essem, possetq́ meo iudicio aqua curari, atq; fermè sanari, cum uiderẽ quorsum tenderent, permisi siccis ut uterentur, quòd scirem illos nõ posse persuaderi. unde etiam lęsus non leuiter est: morbus eñ tantũ modo humidus erat. Causa uerò seniũ. cuiq́ eñ perspicuũ est, tum in aquæ usu, tũ in inuentione ætheris, me hic solum declarationes attulisse, quòd ita sit. Cęterùm quomodo moderandus sit hic usus, uel cõmentario alterius amplissimo uel longiore libro, q̃ sit Pauli, totum opus indigere. Cæterũ malui totam hanc artem exemplo ptolomei de cœlestibus præsagijs compendiosè & obscurè traditam superesse, q̃ funditus interire.

Cur antiqui de aquæ usu haud scripserint.

At rursus dicet quispiam, cur saltẽ nullus antiquorũ hanc tractationem conscripsit, cũ adeò utilis esset ac pulchra? Quoniã ueluti qui unico gladio lo sculpunt, totamq́ imaginem effingunt, maiore industria atq; arte egent, q̃ qui pluribus scalpris atq; ad unumquenq; usum accõmodatis utuntur: ita difficile illis fuit hãc tantã artem tradere, multo uerò difficilius ad opus deducere his qui nõ omnino ingenio, iudicio industriaq́ pollent. ob id & multi sinistrè his traditis utentes, nec feliciter succedente euentu, me uana scripsisse calũniabunt, cum nõ ego malè scripserim, sed ipsis malè meis scriptis uti cõtigerit: uel quia in deploratis casib. & qui nulla arte sanari possint aquã administrauerint: uel quia in morbo & causa illius decepti, aliter q̃ debuisset: uel quoniã nõ debito tẽpore, ueluti balneum in febrib. putridis, dũ coctio uix cepta est: uel quia non pro quantitate, mora, usu consuetudineq́: uel quia incongruo modo, uel anni tẽpore: uel quia locus ille minus aptus sit, aut aqua ipsa non optima, q frequentissimè euenit: uel quia in cęteris rebus necessarijs non rectè se gerat. His tot modis atq; alijs innumeris aberrare cõtingit, adeò ut hic usus non sit inexperti aut imperiti uel oscitãtis: sed eius qui artem optimè attigerit, & illius exercitationẽ diligentissimè tractauerit. His igitũ non exiguo erit emolumento atq; honori, quandoqui

dem nõ solũ plurimos deploratos casus, quicꝫ aliter sanari nequirent, sanabit. Et in omnib. morbis hoc uno presidio, hacꝗ una ansa plus ceteris utet

Aquæ usus quomodo determinandus

Demũ respondebit mihi quispiã, si tãta præstat hic usus aque solus, si adeò efficax, adeò generalis est, quem te tenere qui alios doceas optimè, uerisimile est, qui ueritatis adeò addictũ te ꝓfiteris, ac tã intentè seruis, cũ fatearis optimũ esse uel uno medicamento omnes sanare, cur tu ergo nõ sola aqua omnes curas ac sanas? at te uidemus non minus ꝗ cæteros omnes medicos medicamentis uti? alia ergo doces ac precipis, alia facis, alia scribis, alia exerces. Hæc quidẽ obijci mihi posse sentio. Sed non rectè. primũ quidẽ necꝫ quarta parte medicamentorũ soleo uti, quib. alij medici uti solent. Deinde balnearum usus obsoleuit iam diu, adeò ut instaurari desiderent. nam ut superius docui, si quis perperã utatur, melius sit plerũcꝫ abstinere ꝗ uti, tum maximè quòd non medicus est qui administrat, sed astantes imperiti, stolidi, obliuiosi, alijs intenti. Aque quocꝫ nostræ regionis prauæ & ad usũ medicinæ fermè omnino inutiles sunt. Quicuncꝫ etiã artem quãpiam uel nouã uel reuiuiscentem introducere student, id sensim facere debent, ne error ministrorum uel arte uel artifici imputetur. Necꝫ ego ab initio artẽ hãc exquisitissimè tenui, sed inuentis ratione, & his quæ ab autoribus didicerã experientiã prius omniũ rerũ magistrã accõmodare uolui. Denicꝫ nec ꝓhibeo, quo minus quiscꝫ alijs auxilijs, que in rem faciant, utatur: nec ut abstineat suadeo, sed solũ illud monere uolui, quantũ efficaciæ sit in usu aque uulgaris, ꝗ facilis administratio, ꝗ prompta occasio in unoquocꝫ morbo. Quamobrem talem usum necꝫ unꝗ pretermittendum necꝫ posthabendũ alijs auxilijs, nõ quòd illis quenꝗ ut inuidiosum preconem inuentionum suarum carere uelim.

Aquæ nihil in arte medica simile uel æquè utile inueniri posse.

Ergo cũ tot utilitates tã euidentes tã apertè própterꝗ aqua exhibeat, nec ulla alia res id efficere possit, meritò de illa, quantũ per has temporis angustias succiuasꝗ horas licuit, determinauimus. nã necꝫ ullũ aliud est, cui hec omnia conuenire possint. Elementorũ eñ terra nobis intus nullo modo, extrà nisi te sepelire uelis, nullus prorsus ad sanitatẽ usus. Aer præstò nobis undicꝫ est, & intus & extrà: unde nec admoueri nec amoueri potest. Medicamenta nulla tam familiaria sunt, tanta copia possunt exhiberi, tot modis congruere actu potestate, intus extra, manendo in his, uel mutando, quo fit ut necꝫ ignis: is eñ actu semper calidus, & potestate nihil. Cibi etiã & potus potestate solũ efficaces, actu nequaꝗ. Vt omnis hæc sylua aliqua non solum parte inutilis sit atꝗ deficiat, sed tota ad tam uarios usus minus apta, & ut uerius dicam, inepta sit.

Aqua facultate necꝫ frigida est neque humida.

Restat solũ ut uideamus, quali nam tẽperamento aqua ipsa sit. Plericꝫ enim ut dixi, frigidã & humidam in ultimo ordine esse censuerunt. Ego uerò neque frigidam necꝫ humidam potestate ullo modo esse crediderim (modò sincera sit) nedum ut in ultimo ordine talis habẽda sit. nam quòd necꝫ in ultimo necꝫ in tertio sit, talium scilicet infrigidantium atꝗ humectantiũ, ostendit moles magna, quæ ingeritur citra noxam: quod in nullo

medicamento

medicamento huiusmodi ordinis seu tertij seu quarti facere licet, sed neq; secundũ. nam si quis lactucarum librã edat, aut succũ bibat, multo plus refrigerabitur, q̃ si duas aquæ optimæ libras potauerit: quanq; lactuca uix primum frigiditatis ordinem excedat. pariter uerò fermè humida, ut etiã frigida est. Qui igitur fieri potest, ut si elementũ esset, atq; in ultimo ordine, ut dicunt, humidorum frigidorum, quantumuis notha & adulterina & permixta, nec in altera qualitate, uix in primo ordine statui posset? Quamobrem cum neq; in secundo nec in tertio nec in quarto ordine cõstitui possit, nec in primo etiam poni debet. Quod em̃ paululũ infrigidare & humectare uideatur, id non cõtingit, quòd potestatem ullam talem obtineat: sed q frigiditate, q̃ actu habet, & mole sua retundat uim caloris innati. Verisimile est aũt hoc, cũ potus sit omnium animantium. hic aũt temperatus esse debet, non frigidus potestate. Aqua igitur optima actu quidem, humida semper ac tanq̃ uehiculum: frigida uerò aut calida, prout soli aut igni uel aëri exposita fuerit. Potestate aũt neq; humida neq; sicca, multo minus uerò calida aut frigida, sed quasi qualitatis omnis expers est. Nõ ignoro q̃ multa aquę commoda ad diuersos morbos possem adijcere, sed cum ex his illa habeantur, malui ad sequentem tractationem, quę minus pertrita est, & magis obscura, descendere.

De Vitali aqua seu de æthere.

HActenus igit̃ de aqua simplici naturaliq; dictũ est, sufficiẽterq; meo iudicio. cũ cęteris mos sit alios antè dãnare, qui de eadẽ rescripserint, antequ ipsi aliquid dignũ lectu ederent: nobis hoc indignũ uisum est, ut ab initio præfaremur: nunc postq̃ id pręstitisse persuademus, satis audacter testari possumus, neminem ante nos de aquæ usibus præter Hippocr. (sed is obscurè satis, ut mos erat illius ætatis) scripsisse. At multo minus de aqua simplici, quæ arte paratur, quòd antiquis omnib. tũ etiã nostro æuo incognita sit, quisq; locutus est. Quod & si hæc ars iam fabularũ more tractata sit à quibusdã, hoc tñ ei obesse non debet, ut neq; Deũ non uereri, q deos risu dignos poëtę cõfinxerint. Nec historiã negligere ob Heroũ ficta gesta atq; incredibilia carminib. Italica lingua uulgatis. nec magiã contẽnere naturalẽ ob pręstigiatores, neq; gemmarũ ornatũ ob adulterinã eas metiendi industriam. Ita sæpius contigit, ut ex artibus seplasiæ fraus oriret̃: nõnunq̃ etiã à fabulis homines ad ueritatis inquisitionẽ excitati, in eius inuẽtionem peruenere. Initium tamen nostræ considerationis non solum ab illorũ nugis ortum habuit, sed ex rei ipsius natura prioreq; tractatione. nam ut naturalis aqua frigida est & humida, & quo melior fuerit, eo minus frigida est & humida: ita ætherea, quæ arte paratur, calida est immodicè atque sicca: quæ tamen & ipsa, quo fuerit temperatior, eo præstantior erit. Videntur autem pleriq; philosophorum, qui tantum nomen eius attigerunt, aliud quippiam per hanc aquam intellexisse: neque tamen simplex, ut hæc uerè *Aetheris temperamentum*

Elysir unde dictum. eſt: neq; innoxiũ, ſed alij helixir, id eſt, circũuolutũ, ſeu elyſir ab ἐλυθεὶς, ſeu inuolutus, q inuoluẽdo fiat ac circũuoluẽdo: uel ab ἠλύσιος, Elyſius, quòd fęlices & perpetuos reddat: uel ab ἥλιος ſolaris, quòd uitalis ſit ut ſol: aut q antiquo tempore ſolis radijs cõficeret, interpretant æther cõpoſitum quod dã ex aqua ardente & aromatib. deſtillatum denuò. alij infundunt aquæ ardenti nobilia medicamẽta, eaq; aqua ſolum colata non deſtillata utunt: alij ex uarijs medicamentis eã conficiunt, ea ſub fimo putrefaciendo, inde deſtillando: quidã ex unica tantũ planta educere conantur ſcilicet chelidonia: quæ omnia licet efficacia ſint, ætheris tñ nomine prorſus indigna ſunt. nos *Aether quid* eñ ſimplicem aquã per æther intelligimus innoxiam & efficaciſſimã, non ſolum ad uitam producendam, ſed etiã ad corpus pręſeruandum ab omni morbi genere. De elyſir aũt ac cæteris huiuſmodi medicamentis non ſum uerba facturus: ſolum id dicam, quod ad magnum errorẽ pertinet illorum *Elyſir uulgare, non eſt elyſir.* qui talia conficiunt, ſcilicet quòd ardentẽ aquã non elyſir ipſum nobis exhibent. Eſt eñ aqua clara, acris ſaporis nulliusq; præſtantis odoris: licet ad morbos frigidos ſatis efficax, qđ ſit calidiſsima. Verùm autẽ elyxr colore eſt uini, odore acri quidẽ & uehementi, ſed iucundo tamẽ, quale eſt oleum ſpicatum. non autem ſimili.

Circulatio quomodo refrigeret cum à calore fiat De uera aũt uitali aqua primùm dubitare licet, an aliquid per circuitum à calore poſsit refrigerari. cõſtat eñ quòd calor ſemper attenuat. deinde experimentum docet aq; ardentem quo ſæpius fuerit deſtillata, eo tenuiorẽ & acutiorẽ eſſe, adeò ut ſepties deſtillata, ſtatim ardeat, & deguſtari minimè poſſit. Aqua etiã excalefacta quidnã aliud q̃ caliditatem cõcipere poteſt? ignis eñ talis eſt. Verùm tñ uſus ipſe docuit temperatiorẽ fieri hanc aquã circulatione. Cum eñ aqua tepore illo in uaporẽ cõuertatur, uapor autem hic priore craſſior ſit, quoniam à leuiore calore factus eſt, neceſſe eſt dum redit, aquam gignere mitiorem. Rurſus quæ media ſunt, ſolent extrema ad ſe retrahere, aqua autem hæc extremi rationem habet ab initio, calor uerò à quo circumagitur minor, quo fit ut ab eo calore temperatior euadat. Dicemus igitur calorẽ ſemper attenuare, nam ex aquę ſubſtãtia in aërem mutat, hoc aũt eſt attenuare: non tñ in tenuiorẽ aërem minor calor mutat q̃ maior. De experimento uerò, ut docuimus, ipſum nobis fauet, quandoquidẽ non deſtillatione hic utamur, ſed reuolutione. quantum uerò interſit inter hęc, paulo pòſt declarabimus. Quomodo aũt aqua excalefacta craſſior poſſit euadere dubiũ uidet: quòd euadat, haud dubium eſt. Cauſa ergo nõ obſcura eſt his qui in libris de Subtilitate exercitati ſunt. nã ob id dẽſior euadit aqua per circulationem, quoniã tenuiores partes in ſpiritum reſoluuntur, craſſiores attenuantur. Aqua igitur circulatione temperatior & æqualioris ſubſtantię euadit. Sed ut huius rei maior notitia & facilior habeatur, primũ docebimus quid interſit inter circulationem & deſtillationem.

Deſtillationis & circulationis diſcrimen. Deſtillatio igit ab acutiore calore maioreq; neceſſariò fit, quòd uel reſpiret uas ipſum, uel capacius ſit. Si. n. in aẽrẽ humor etiã pari ſubſtãtia reſolui debeat, maiore calore indigebit, ubi pars caloris maior reſoluit aut inutilis redditur,

redditur, queadmodũ in uasis respirantib. aut capaciorib. hoc em̃ in libris de Subtilitate declaratũ est. at uerò præter id ꝙ in reuolutione calor magis colligat̃, quoniã non respirat, & etiã qui sursum rectà fertur, substantia ex qua destillatur aqua, crassior est, ut quę nondum ignẽ experta sit: necesse est igit̃ ob multas causas acriorem & maiorẽ esse calorẽ destillationis ꝙ̃ circulationis, atq; id ita se habet. Alia uerò causa euidẽtior est, ꝙ destillatio breui tẽpore absoluit̃, reuolutio longiore. Causa etiã huius differẽtię est: quoniam destillatio si in lõgum ꝓduceretur, tenue humidũ absumeretur, tum quia respirat uas, tũ quia calor maior est ut cunq;, tum quòd maximũ est: quia humidum illud terræ substantię copulat̃. Necesse est igit̃ destillationẽ celeriter perfici, & qui lentius agunt, iacturam aquæ tum olei, si oleum prodeat, faciunt. Quamobrẽ & maiore calore indigent ob hanc præcipuã causam. Cum uerò circulatione attenuant̃, si calor sit ualidior, multiplicato spiritu uas disrumpet̃. Manifestum est igitur reuolutionẽ fieri in uasis cõclusis & rectè stantib. & à modico calore & tardè, destillationẽ non ita. Est uerò & medium quoddã inter hæc duo præparationis seu concoctionis genus, ꝙ sub fimo sepultis ex toto uasis fit. Solet aũt fimo calx recẽs substerni, & tepẽs aqua inspergi, atq; singulis quatuor diebus utrunq; permutari. Permiscentur hoc auxilio quæ iunguntur, alia superantur, ut stibium, plumbũ, æs ab aceto, inde uis exprimitur, alioquin insuperabilis. Terminus plerunque est lx. dies, in mixtione xxx. in concoctione xx. Pro æthere autem exquisito inutilis est hæc sepultura. Sepulturam dico, quoniam in circulatione totum uas mergitur in fimo, atque obruitur: in circulatione prominet pars superior, ut quod ascendit in aquã, denuò reuertatur. in coctione uerò aut mixtione hoc cum non fiat, tenuiores partes resoluuntur, ideo hæc oportet in æthere tum ob simplicitatem tum tenuitatem prorsus inutilis & etiã damnosa est.

Sed cur destillatio nõ ex uasis rectè stantibus? quoniã calor ualidior faceret ut fumus dissiparet̃: aut dum occlusus esset, rediens infrà non separaretur, sed priori materię mixta aqua tota fœdaret̃ parte absumpta. Fit igit̃ ex uasis inclinatis aut situ, aut canalib. qui si toti occludant̃, ignis absumit aquam: si aũt respirent, fumus dissipatur. Propterea utrisq; modis partẽ aquæ perire necesse est. qui ergo longiorib. canalib. utũtur & apertis, hi plus colligunt aquæ. fumus em̃ ubi frigidum tãgit, in guttam uertitur, celeriter uerò separatur ob ignis uehementiã. Propterea etiã dubitatione dignum est, an sensim adiecta materia plus aquæ reddat̃, an tota simul. uidet̃ autem materia simul adiecta longiori tempore indigere, & ob id plus ex aqua absumitur, pauca aũt celerius siccatur: igitur pauca cum moderato igne plus aquæ emittit, sed maiore tædio. Eadẽ est ratio magnitudinis uasorũ. nã in maioribus dissipatur, qm̃ uehementiore calore indigent, in paruis ab igne plurimo materia aquę absumitur: optima igitur parua, & cum moderato igne. Et rursus quæ plurib. cõstat canalib. angustis ꝙ̃ uno amplo, & si perpetuò refrigerent̃. Olea uerò & substãtię densiores aqua, cõclusis & apertis uasis *Destillatio è quibus uasis.*

uasis

uasis indigent: quoniam uis flãmæ atq; ignis maior exigitur quã ut fumus sisti possit: & ob id totũ periret. oportet igit̃ & ipsa refrigerare. Vbi uerò aqua detrahit̃, nõ oportet cõcludere uasa. Quid si amplissimis uasis & cõclusis colligat̃ aqua? nam neq; disrũpi ea poterunt, nec fumus dissipari. atq; idẽ beneficium sequitur, ꝙ ex apertis plus colligetur: sed impensę aliquid erit.

Destillationis & circulationis ignis qualis. Eadẽ aũt ignis, ut è salicibus minus absumit, uelut & calor humidior, ut ex balneo, uinaceis, fracib. q̃ pruna & cineribus. utrũ uerò ex flãma plus q̃ pruna absumat̃, quæstio est: utraq; ẽm in extremo est siccitatis. Verùm flãma cum uehemẽtiore motu est, ut in libris de Subtilitate dictũ est, pruna in densiore materia. flãma ergo celerius, pruna aũt uehementius urit: flamma uerò quę ex ardente aqua concipitur, parum & tardè urit, quoniã paruum habet motum. igitur in destillationibus flamma utilior est, in circulationibus pruna leuis. Sed in destillationibus flamma inæqualis affert multa incommoda, in circulatione pruna, ut dictum est, uehementior quàm parsit, itaq; in destillationibus pruna ob æqualitatem utimur, in circulationibus remissiore calore quàm pruna. Sunt ergo siccorum calidorum genera præcipuè quatuor, flamma & pruna & cinis tum sol: humidorum uerò totidem fermè, fimus, fraces, uinacea, balneum. Sunt autem siccorum ignium è genere etiam arena cinere tantò potentior, quantò ferri limatura ipsa arena. his enim calefactis & nonnunquã ignitis ad destillationes difficilo-

Circulatio in quibus fiat. rum rerum uti solent, ad circulationes tamẽ inutiles: quoniam omnis circulatio in humido tenui fieri debet. Verũ hæ omnes fermè dubitationes cessant, quandoquidem in turricula (sic ẽm uocant artifices) concluso lebete tantus feruor aquæ sit, ut metallica destillari posse uideantur, collecto utrinque calore & in igne & in aqua.

Calorum cõparatio pro circulatione. Vtrum aũt humidi calores minus absumãt, dubitare nõ licet, motus ẽm tardior: motus enim absumit, ut in uentis uidemus, qui tametsi frigidi sint, siccant tamẽ, & celerius quàm solis calor. An uerò etiã in uitrea uasa aliqd ex qualitate propria, puta odore & putredine fimi ingrediat̃, dubium est. Videtur ẽm fimi calor temperatior balneo, & diuturnior ac maior fracibus atq; uinaceis. Fraciũ quoq; calor minor est & humidior q̃ uinaceorũ. Optimę igitur ad circulationẽ fraces, inde balneum. nam uinacea magnã sortiuntur inęqualitatem, & non tamdiu durant: fimus uerò remittit aliquid. nam cum calor penetrat, penetrat & uis quæ illi adiuncta est, seu modus. is aũt est putredo. Calor ẽm partim penetrat, partim simile gignit, utrouis modo tutiora sunt quę non putrescunt. in fracibus aũt & uinaceis putredinis quędam species uiget, sed non tanta ut opus inficiat. Post has balneum est tepidæ aut paulo calidioris aquæ.

Aetheris inuenti ex fine Quomodo ergo æther nobis parãdus sit, quemadmodũ & reliqua, à fine sumere oportet: finis aũt ab indigẽtia. Indigent senes ut humidũ, ꝙ terreũ & feculentũ euasit, iã repurget̃, optimũq; fiat, & quale puerorũ, tũ etiã ut mẽbra ipsa mollescãt, & uires omnes confirment̃, tũ naturales tũ uitales ac sensibiles, atq; facultates quæ corpus ipsum mouent. In his igitur quæ fieri

possunt,

possunt, facere oportet: in quibus non licet ut ulterius non labatur, corpus prospicere decet. At hæc quomodo sciemus, nisi prius cognouerimus in q̃bus restituere licet, & in quibus nõ? Si igitur restituere liceret humidũ pingue & molliciem solidorum, regredi etiã uersus pueritiã liceret, at non licet: nõ ergo possumus humidũ pingue restituere, neq; mẽbra solida emollire, sed solũ possumus morari seniũ ac retardare. In his uerò quæ ad robur uirium ptinent, cũ uideamus senes bene ualere aliquãdo, & aliquando malè, lętos tristes, alacres pigros, robustos debiles: cõstat eadem quæ casu eueniũt. etiã sapientia aliqua haberi posse. Quinetiam talia sibi inuicẽ auxiliantur: concoctũ eñ bona robur efficit corporis, robur aũt appetitum cibi excitat, & somnũ, unde concoctio atq; nutritio. atq; hæc exempli causa dicta sunt. Quid igitur ex æthere expetendum? ut uires redimat, retardet aũt ulteriorẽ humidi deprauationẽ. Deprauatur aũt, ut in morbis, curis superfluisq; laboribus, cibisq; qui nõ rectè perficiunt̃, insuper uigilijs, hęmorrhosagijs & intempestiua uenere. Hęc igit̃ omnia ad unã causam reducere oportet, quatenus defectum inducit: nã tabes non defectu deprauat humidum, sed consumendo & per se. Ea igitur alia esse nõ potest, q̃ impedita innati caloris functio, quæ etiã ab excrementis, & alijs operationib. aliò auocantib. & ex illius diminutione prouenit: tres eñ uident̃ esse modi, aut quia substantia minuitur, uel quia functio impedit̃ uel diuiditur. Si eñ ipsum calidum manet, manet & facultas: functionẽ aũt non ita necesse est. Hoc uerò omniũ operationũ esse principiũ & ratio ostendit, cũ sit cœleste & experimentũ docet. q̃ igitur superflua amouent, & calorẽ excitant, hoc agere possunt, nã de diuisione quasi res uoluntaria est, & ad quartũ de Tuenda sanitate ptinet. Porrò q̃ amouent superflua & calorẽ excitant, uident̃ dupliciter nos offendere, & quòd resoluũt q; optimum est educẽdo, & q; motu siccãt. Cũ prauis eñ succis semper aliq̃d boni educi solet, & motus maior corpora siccat. hoc eñ iã dictũ est. Indicio etiã est, q; omnis ętas senecta breuior est, quãuis ob caloris in senecta paruitatẽ longiores reliquę esse deberent. Nulla igit̃ est causa, nisi paruitas motus in ea ętate. Vnde ad uitę longitudinẽ exercitatio uehemẽs cũ multa alia adducat in cõmoda, illud præcipuũ habet, ut ætatẽ pręcipitẽ agat, & seniũ ac mortẽ cum illo acceleret. Quæ igitur uitã producere debẽt, nec siccare uehementer, nec motũ magnũ ciere oportet: sed calorẽ cogere, excitare leniter & superflua expurgare, tũ in intima penetrare. Eiusmodi ergo substantiã tenuẽ primũ esse oportet, & bene olentẽ his eñ quę bene olẽt, gaudent mẽbra, tũ calidũ ut motũ cieat, atq; talẽ quæ spiritũ nutrire possit. q̃ aũt nutriũt, familiaritatẽ cũ corpore nostro habẽt. iã eñ uinũ quasi spõte tale est, nutrit eñ & celerrimè, & amicũ est naturę & calidũ & odoratũ & tenue, sed tñ non quantũ esse oportet. nõ eñ statim intima subit, sed partes habet secũ inutiles, quę illud remorent̃. finge igit̃ uinũ statim se cordi offerẽs, nihilq; secũ inutile aut noxiũ ducẽs, atq; id optimũ: tale est æther. Manifestũ est igitur, neq; aliud quicq̃ neq; ex alio fieri posse. Verùm dum fit, quoniam ab igne fit, necessariò in igneã naturam transit.

Aether natura & ex quo.

oportet

oportet igitur hanc naturam ab iniuria illata reddere immunē. Palam uerò est, & tale quippiam atq; adeò perfectum & melius oriri posse, sed ubi hoc contigerit, nondum compertum est. Itaq; iam materiam rei ipsius, & necessitatem præparationis, & finē ac damna præparationis etiam edocuimus. Ex quibus facile percipitur, non esse sæpius destillandam aquam, quæ ætheri faciendo pro materia est, siquidem ignis adijcit præter tenuitatem, quàm utile sit: cæterùm naturam ætheri præparatam calefacit, immodicè siccat, urit atq; corrumpit. Verùm dices, destillatione purior & defecata magis, magisq; tenuis euadit? fateor, non tamen hæc puritas ab initio tam necessaria est, cum possimus circulatione id efficere. Cum enim inter duo quælibet extrema medium quoddam sit, imò & plura generū media pro extremis habentur, erunt & mediæ circulationes inter destillationes circulationesq; uim habentes. Sunt enim circulationes rectę conclusæ, & cum lento igne aut calore. calor enim omnis ignis, ut aliàs demonstratum est, nisi internus fuerit: inclinatæ igitur, ac miti calore conclusæq; medię potestate erunt. non igitur nisi semel destillata esse debet materia ætheris. Destillatur ergo sic, ut oleo excipiamus. nam quæ in eo descendit, abijci solet: colligitur, cum primum supernatare cœperit: & donec rursus descendat. eadem altius in aërē proiecta, si pauca fuerit, euanescit nec descendit, atq; ea optima est. ita unica destillatione absoluitur.

Aqua ardēs qualiter optima una destillatione habeatur. Ætherē habere maximas uires declaratur.

Vt autem intelligamus rationem operationis, & quātitatem seu magnitudinem uirium ætheris, supponatur uis optimi uini, a. b. & quod feculentum est, impediens in a. ex omni parte in c. igitur ex dimidio & per dimidium in d. per quartam partem, & in e. octauam, ita ut in b. nullum sit impedimentum ratione substantiæ, sed solum humani corporis, iuxta omnem operationem in uentriculo, iecore, uenis & corde: erit ergo infinita in comparatione eius quæ habet impedimentum in a. non autem simpliciter ob paruitatem & actionem membri. Et ut rem aliquo experimēto doceamus, si quis iuxta humeros pondus annectat, multo maiore cum labore mouebit, quàm si pondus alienum tractet: impedimentū enim intimum longè plus fatigat quàm si extra. at in uino impedimentum intimum est, & maximum. uix enim xl. portio æther est ipsius uini, tecum igitur expende, quales uires habeat æther uini comparatione. Deinde cum non quiescat ob subtilitatē, non retunditur illius facultas à membro. Cor enim maximam uim habet attrahendi, ut in medicis disputationibus docuimus. Centuplo igitur maius est opus ætheris quàm optimi uini. at uidemus quantum afferat utilitatis uinum collapsis uiribus, languentibus facultatibus, tristitia oppressis animis, utilitatisq; partibus ob inopiam caloris innati: unde non alio Galenus auxilio utitur (quamuis perperam Arabes ob legem hæc in alia transmutauerint) quàm uini odorati potu, quod omnes uires recreat. Constat etiā, modò ne humor aliqs malus iam genitus offendat, aut exterior noxa, omnem prauitatem ex caloris innati defectu oriri non solum in humoribus, sed etiam membris. ueluti carcinomata & erysipelas & bubones & ulcera

maligna,

maligna, ut Galenus testatur in libro de Cibis boni & mali succi. Confirmato igitur calore præter luxationes & fracturas omnia mala tolluntur. ille em̃ concoquit, separat, roborat, expellit q̃ noxiũ est & semetipsum, membraq; quibus infundit, ad symmetriã reducit. An igit̃ & hoc nõ uidere optimi medici? uel ego chimerã nunc fingo? Quo fit ut si uẽtriculus sit medicãdus, oportet frenũ aliquod adhibere, aliter statim ad cor ipsum trãsit, à quo ut familiare rapitur. Declaratũ est em̃ à Galeno in secundo de Naturalib. facultatibus, unũquodq; membrũ rapere ad se q̃ sibi familiare est. Vinũ uerò spiritui familiarissimũ, ut tertio de Temperamẽtis habet̃. Cor uerò & regnũ obtinere in corpore nostro, & trifariã trahere uehemẽtissimè, in libris de Vsu partiũ docuit: quare nõ est cõficta hęc ętheris ratio, sed demõstrata.

Vt igit̃ uidemus uinum odoratũ recreare spiritus, exhilarare hominẽ, uires restaurare, quamuis repugnantib. fecibus & usu minuente utilitatem ac uim illius, ita ab ęthere longè maiore ope, & celerrimè omnia hæc instaurant̃. Est aũt fex duplex in uino seu excrementum, tametsi sit defecatũ, qm̃ eadẽ est ratio partis & totius, & extremorũ atq; eorũ quæ ad extrema utrinque recedũt à medio, crassa, terrea, frigida & tenuis, sicca immodicè, ignea q; quibus uinũ partim impedit̃, partim nocet, cõmouetq; pituitã, & membra ultra modũ excalefacit, tum magis quòd unũ alteri excrementorũ affert opẽ. terrea em̃ uis siccitatis opus auget, atq; caloris. impedit aũt modum, ingressumq; in intima morat̃: æther aũt absq; fece est, ideoq; statim penetrat, q̃ minus mirũ uideri debet his q opus ardentis aquę spectant. ea. n. tametsi excremento nõ uacet, multa tñ cõmoda affert, concoquitq; crapulam, discutitq; humores crudos. Sentimus quoq; illius ingentẽ uim statim à potu, cum tñ ignea sit nõ tẽperata. Ergo ab opere ipso facillimè æther dignoscit̃. exhibitũ em̃ his qui iã muti ob ingruentẽ mortẽ euaserunt, oculosq; semper malos cõtinent, facit ut reuiuiscant, attollantq; oculos, atq; loquant̃, ni morbus neruos obtineat. Cum uerò multa hoc faciant suauitate odoris ab alijs omnib. pręterq; ab elysir distinguit̃. Sed & elysir nares ferit, æther nequaq;. Illud uerò certissimũ signũ, quo ab omnib. alijs differt, qđ cũ spiritus statim recreet, uiresq; refocillet, sapore tñ acri non est, ut elysir, ardens aqua, chelidonij æther. hęc. n. adeò nares, & magis linguã feriunt, ut uix ferri queãt. Vnde tũ ob id tũ ob immodicũ calorẽ & precium satis magnum, exiqua quãtitas & alij immixta aquæ exhiberi solet. Sapor aũt ætheris subacris ita est, ut medius sit quasi inter acidum & acrẽ, subdulcisq;. color uerò ut nitidæ aquæ, leuissimi põderis: odor uerò (ni oblitus sum) quod mirum est, uiolaceus fermè. nam uiolaceus ab humida & frigida substantia exhalare consueuit. Dixi (ni oblitus sum) quod nunc apud me nõ habeã, neq; iamdiu. ita. n. occupationes me detinent, ut tam pręsenti auxilio carere possim. At malè sit his, qui cũ nihil boni pręstare possint, etiã eos qui pręstare possunt, impediunt. Principes uerò pleriq; à suis gnatonib. & uirulẽtis aulicis decepti, in omnia alia potius q̃ in optimos usus non more certè maiorũ impensuri sunt. nec tanti est, ꝓferre uitã, ut innocentiã aut studia sapiẽtię

Aetheris generales uires

Author cur de æthere scripserit.

aut libertatẽ deserã: sed malo p̃ripi fato, & liber atq; immaculatus uiuere q̃ diu fœlicissimè, & cũ graui seruitute etiã tẽporaria, uel non omnino purus & innocẽs. Neq; forsan ego uel sic Deo rẽ gratã faciã, q hoc prodã hoc tẽpore præsertim, q potentib. solum sit salutare atq; auxilio: uerùm nec tui bene merentis, nec illorum immerẽtium causa hęc prodo, sed urgente eo à q̃ sem per agor. neq; em̃ magna unq; ex uoto aut iudicio meo egi, nec malum ego existimare debeo q bonum superis uidet. maior est illorum sapiẽtia uecordia mea, munus accipio, munus dare cogor: si modò hoc munus est, & nõ plerisq; lapis Aesopicus, ut oleum & operã pdant. neq; n. fas esse existimo omnia sic dicere, ut omnes intelligãt: nec ita pretermittere, ut nemo scire possit. Vbi em̃ totum absoluerimus sermonẽ (q plerisq; uidebit̃ admirabile) plus perit, q̃ si nõ absoluerimus. Est em̃ sermo acephalus, ut & illi multa possint adiungi capita, unde multiplices formosę statuę. Sed iã ad rẽ redeo. demõstrãdum est, ętherẽ bene olere, uiolãq; olere, cum tñ ex materia sit calidissima. utrum aũt omnis? partim quidẽ sic, partim aũt nõ. Sed relictis ambagibus quę infinitæ ppemodũ sub hac quęstione latẽt, de simplicissimo nobis pposito sermo habeat̃: q quanq; multiplex sit, ut infrà ostẽdemus, omnis tñ suauissimè olet, nõ quidẽ magnitudine odoris, sed temperamẽto & qualitate ac natura odoris. est em̃ in toto hęc natura & tota. neq;. n. alius est unius uiolę odor, & cumuli, sed tñ hic maior. Sic & albedo tota in qualibet parte parietis, & nõ est pars albedinis, sed partis albedo. itaq; in toto est albedo, & in qualibet parte tota. Si igit̃ acutũ habet odorẽ aqua ardens, atq; planè siccũ, manifestũ est in genere esse iã bene olentiũ. at quę bene olẽt, sed feriunt nares remissa ni fiunt suauis odoris: qm̃ acuitas quæ perceptionẽ suauitatis impedit, abolet̃, igit̃ reddit̃ odor ille suauis. Aliter demonstret̃ hoc ab incõgruo, acuitas impedit odorẽ, odorata est aqua ardẽs: sicca em̃ & tenuis est, igit̃ si redit ad odorẽ grauẽ, oportet causam ibi esse immodicũ, humidũ aut putredinis speciẽ aliquã, aut frigiditatẽ aut exustionẽ, uelut in terreis & metallicis igni expositis, ut nullũ eorũ esse potest, igit̃ æther bene olet. Qđ aũt etiã uiolã redoleat, iccirco necessariũ est quia uiolæ odor ob id suauis sit q nõ perpetuò ferit, & q recreat: ac æther nõ perpetuò redolet, quia odor à tenuissima substãtia resoluit̃, & ideo statim perit: moriẽs aũt odor suauis est & qm̃ recreat, particeps em̃ acuitatis est hic odor, acutũ aũt pręit, cui succedit odor pprius, ideo recreat, & ob id uiolæ imaginẽ refert. Statim autẽ euanescere uiolæ purpureũ odorẽ, eundemq; esse tenuissimum ipsa floris substãtia ostẽdit, q & minimus est & tenuissimus. Nihil igit̃ mirum est ab ęthere, tametsi tẽperato pdire odorẽ hunc suauissimum & uiolaceũ, quod neq; cõsistat, neq; crassã ullã habeat substantiã, & alternet quasi ob tẽperamẽtũ partium. Sola em̃ uiola tẽperata est ex his quę bene olent. rosa em̃ qua parte olet, calida est, & sicca immodicè. Videmus etiã lachrymas Indicas plures, ut animã albã, & eã quæ apud nos est, & Elemi uiolã redolere, quanq; manifestę sint caliditatis ob tenuitatẽ substantiæ, & incõstantiã afficiendi olfactum. Vnde cõstat odores singulos unius esse substãtię, preterq; uiolaceũ: is enim

Aether qualis sit odore, gustu, colore substantia.

is enim fit languente odore quouis moderato. Indicio etiã huic est, urinã eorũ qui resinã larigneã biberunt, adeò manifestè redolere uiolã, ut ipsas uiolas nuper collectas, imò cumulũ earum esse dicas. at qd larigneę resinæ uel urinæ humanę cum uiolis? cõtingit ergo id duplicẽ ob causam uelut in æthere, scilicet & quòd tenuissima solum, fragransq́ substãtia resinæ cum urina pmeauerit, & qđ odor urinę feriat p se. acutus. n. est. attamẽ hoc interest inter trosq́, quòd urinę odor uehemens est, & non sincerus, quia putredinis urina est particeps, etenim excrementũ, & q̃ acuitas uehemẽs, unde nõ nisi à potenti uiolæ odore superari potest. at omnis odor potẽs ac ualidus aliquãdiu manet, qm̃ quod magnũ est, statim desinere nõ potest: tale aũt suaue esse nõ potest, quòd nõ habẽt ortum cum interitu cõiunctum, qđ etiã in dolorib. & cæteris uidemus sensibilib. duplici igiť causã urinæ odor etsi uiolam referat, nec sincerus est omnino, nec planè suauissimus ut ætheris: quãobrẽ nec tã mitis aut iucundus. at de hoc etiã in physicis aliàs diximus.

Cur multi odores calidi quasi uiolã referant.

Forsan quis nobis meritò obijciet illud, nunqd aër nõ recreabit ac nutriet spiritus nõ minus, imò melius q̃ æther? qd igiť æthere opus est? Deinde si iuuat æther, uel quia nutrit, uel quia mutat, at nutrimentũ copiosius & firmius ex uino q̃ ex ęthere: maiorq́ copia. nã æther carior est, imò carissimus, ut ita dicã. multis. n. aureis libra cõstat. Ex uino etiã aqua educiť uelut ex reliqs omnib. declaratũ est enim in libris de Subtilitate, in uino aq̃ cõtineri, & quomodo etiã citra ignis operã educať. quòd si ita est, haud dubium esse debet, quin ea per destillationẽ detracta, nõ sit inutilis. qd ergo erit hic æther, cuius maxima pars est aqua. Deinde si parum exhibebimus, quid proficiet? si multum ex eo, nõne in cõsuetudinẽ transibit? & uim etiã naturæ inferet? Est etiã alia dubitatio, quia q̃ immutant, ubi desierint, res ad naturalẽ statum redit: uelut in senib. qui utunť rebus quæ ad uenerẽ faciunt, & in debilibus alicuius principalioris mẽbri ratione. nam ubi ouis & uino restaurati uires recepisse uidenť, ubi restaurari desierint, in idẽ redeunt, quamobrẽ opus esset perpetua ætheris assumptione, illiusq́ usu assiduo. Demum si quicq́ ęther prodest, id efficit calorẽ innatum cõfirmando, atq́ ut ita dicã augendo: at ita multo melius præstat exercitiũ. quid igitur opus est æthere, cũ cuiq́ exercitium in prõptu sit? Hęc igitur sunt in uniuersum quæ mihi in hac causa nec absurdè obijci posse sentio, sed tñ res aliter se habet. Primũ igitur dicã quod ad aërẽ attinet, illum certè posse uitã longissimã efficere: ut si ignis in puriore ęthere habitaret & supra nubes, forsan absurdum nõ esset credere quin ad ducẽtos aut trecentos annos homo peruenire nõ posset. Atq́ hoc forsan est, quod poëtę cornici & coruo tã diuturnam uitã ascribunt, quasi in æthere magna ex parte habitantib. multo uero longiorẽ phœnici, quòd adeò altè delitescat, ut uix multis seculis uideať. Et Moses quoq́ ante inundationẽ longissima uitæ spacia descripsit, quasi tũc aër purior esset. Sed mittamus fabulas & Theologorũ opiniones, tum etiã quę dubia sunt, & solum præsentib. fidẽ habeamus. nõne etiã nunc in multis oriẽtis partib. atq́ in India pręcipuè homines cẽtesimũ annum integri excedunt? cum aliq etiã ad cẽtesimum quinquagesimum perueniant,

Dubitationũ circa ætheris naturã solutio.

referantq́, ut sępius retuli de quodã qui tertium seculũ expleuerit. Sed hoc mittamus. constat satis, in quibusdã regionib. præsertim in mõtib. ob aëris puritatẽ homines cẽtesimum annum excedere. Ea igitur est uis aëris ut hoc facere posit, sed nõ licet illũ tã facilè eligere. hoc igitur multo magis præstare æther potest: qui cum sit exiguus, tñ præstò nobis semper adest, & ob densiorẽ licet nõ minus aëre tenuẽ substantiã, efficaciẽ & permanentẽ operã exhibet, cor nutriendo, & spiritus tẽperando, calorẽ humidum cogendo repurgandoq́. Itaq; si quis rectè perpendat, quod maximè obesse credi potuit ætheris usui, id maximè illius uim pręsentẽ declarat. Quod uerò ad uinũ attinet ac nutrimẽtum, licet uerisimile etiã uideatur, attamen neq; id obstat, sed potius in rem facit. nanq; uidemus, ut de ardente aqua solum loquar, & in dẽtibus & in uentriculo tam euidens ac pręsentaneũ pręstare auxilium ex octaua solum unciæ parte, quod nec optimi mõbasij uini libræ septem in tribus diebus afferre possunt. Et tñ uinũ illud cum alia multa incõmoda afferat, tum pręgrauabit naturã, tum etiã calefaciet iecur, & caput tentabit eousq;, ut in ebrietatis periculũ inducat. Apparet igitur ætheris usum innocentia, celeritate & potestate magnę etiã quãtitati uini in uẽtriculi affectib. lõgè pręstare, quandoquidẽ illo multo uiribus inferior, ardens aqua melior sit. at in aliorum uiscerum languorib. præsertim cordis, quibus opus est summa tenuitate & ne remoretur celerrima distributione, quanto æther omnib. alijs alimentis medicamẽtisq́ generosior erit. Duplici aũt uia illud præstabit, scilicet & nutriendo, ut dixi spiritus, ut alimentũ potusq́, & tẽperando calorẽ naturalẽ humidumq́ cogendo, & ut ita dicã, perficiendo. Iam uerò & ut ad reliqna quę obijciuntur deueniã, fatemur uino etiã defecato aquã inesse, & nõ paucã. & in æthere etiã ascendit, queadmodũ rectè dicitur, in destillationib. semp primum aqua. sed quę aqua? qualis ex oleribus? minimè sed cõcocta, odorata, & in qua calor quidã non contẽnendus uiget. Hanc forsan dicet quispiã prius linea tela separare expediet? minimè qdem, nam sic robur & cõpages prius uini dissoluetur. Quid ergo agendũ? pbabitur ne æther cum aqua illa? Certè: nã p circulationes cõmiscentur perfectè partes, quæ e ementa uocantur. Igitur in æthere dices rursus post separationẽ eadem erunt elementa? Quid ni. Sed elementi nomen multos decipit. Elementa dicimus & tria elemẽta, ex quibus inferior machina sub cœlo cõstat: & literas, ex quibus uerba: & partes in mixtis, ex quibus illa constãt, & in quæ resoluunt. Elementũ nõ est solũ terra aut aër aut aqua, sed quodcunq; primũ in cõpositione. Itaq; si dicas uinum aut carnem ex elementis constare, certum dices: sint aũt ex tribus his elementis, nequaq̃: non solum quòd desit in omni mixto aër, aliudq́ sit aëris loco, scilicet cœlestis calor, sed qd quæ in mixtis continentur partes, nequaq; sint terra aut aqua, sed terreę certè aut aqueæ, ita ut aliàs dixi, & aereæ & igneæ, hoc enim in libris de Subtilitate declaratum est. alia ergo est terra, quæ in carne, alia quæ in osse, alia in ligno, alia in succo uel uino, alia in ęthere. Quicquid enim in mixto siccius est & frigidius, terræ loco habendũ: quicquid calidius & humidius, aëris: atq; ita de cæteris. Hoc igitur modo etiam in æthere, manifestius autem in

ardente aqua quatuor erunt, quas iuxta cõplexiones quidã cõbinationes uocare ausi sunt elemẽta, tametsi illa in mundo, alterius modi sint atq; naturæ, numeroq; pauciora. Sed in his iuxta hãc rationẽ quatuor partes erunt. Alio modo iuxta destillationem: quod enim ascẽdit primum, aqua dicitur, estq; plerunq; absq; colore, odore atq; sapore, nisi in paucis quibusdam rebus, quæ etiam multũ olent, & odorẽ parti liquidę coniunctum habent: ut rosa, uiola & uinum. quod uerò sequitur pingue subrubrũ, odoratius pro aëre habetur. Vltimo quod maxima ui ignis extrahitur, magisq; naturã sapit ignis ob exustionẽ q̃ spõte: atq; ob id tetrum quiddam olet, nigrumq; ob fuliginem conceptã euadit amarum, & acre insuaueq; ignis solet appellari. Vltimum quod in imo restat, nec ulla ui ignis cogi ut ascendat potest, sed aduritur planè, terra dicitur. Itaq; hoc modo in æthere nõ omnia sunt elemẽta, quia excrementũ ultimũ sublatũ est: atq; ob id & statim penetrat & liquefacit, & sumptũ in potu nullã ad fecẽ humidi nostri naturalis facit accessionẽ: reliqua tria ita simul tẽperata ac cõmixta sunt, ut unũ esse dicas.

Ob id igitur naturã ętheris exquisitè deprehẽdere liceret, si partes elemẽtorum essent potestate inuicem coęquales. sublata eñ terra, manifestè ad calorem & humidum declinat: quo fit ut humano tẽperamẽto, imò optimæ illius parti, scilicet innato calori persimilis sit. uerùm id nolim nec ausim dicere, quod nulla arte aut cõiectura nobis cõsequi licet, scilicet quòd elementa illius inuicẽ potestate aut mensura paria sint. Hæc eñ minus necessaria scitu sunt q̃ difficilia. Sed iam ad alia obiecta transeamus, inter quæ est dubitatio de quantitate: quoniam exigua portio non uidetur in tam magno lapsu omnium mẽbrorum, qualis per senectã accidit, aliquid proficere posse. magna aũt quantitas primum non facilè habet̃, corpusq; multum mutabit: omnis aũt mutatio magna & ad melius & maximè repentina, qualẽ ex æthere fieri necesse, palã est in debilibus corporib. suspecta & periculosa est. adde quod etiã antea obiecimus hanc multitudinẽ, ut etiã uini & ouorum & reliquorũ salubriũ auxiliorum ex consuetudine familiarẽ factã parum ꝓfecturã, & tñ mole sua corpus exagitabit & premet. Cõsimilis ratio est quæ sequitur, ut iam non contra æther tantum, si quis rectè inspiciat, sed etiã cõtra omnia auxilia quæ hominis uitã producere possint, & incolumitatẽ illi afferre dicta putet. Quamobrẽ non uidentur hi noscere, quòd multi talib. auxilijs ad ultimã senectã peruenerint: è quibus Fridericus tertius Imperator, & Venetus princeps Lauredanus nostræ fermè ętatis, certè eiusdẽ seculi, ad xcvi annũ peruenerunt, beneficio auri liquidi ut fertur. quanq; nomen id ad authoritatẽ inditum esse rear: cęterùm ætherem fuisse existimo. Marsilius quoq; Ficinus & ipse eodẽ tempore florẽs, eandẽ metam attigit, quanq; non talibus usum existimẽ. Illud sat est, fieri posse ut exigua re uita diu & incolumis proferatur. Ille spem in auro, myrrha & thure superstitione potius ductus quã medica ratione collocauit. Placet tamẽ quod adijcit, huiuscemodi medicamento putredinem innati humidi prohiberi, atq; ob id ad uitæ longitudinẽ plurimũ conducere. quod non refello. Etenim constat hoc medicamento multos à comitiali morbo sanatos. Et ratio illa

Aetheris in producẽda uita exẽpla.

generalis uera est, prohibitionē scilicet putredinis humidi naturalis magnā ansam prębere ad producendā uitā, eamq́ incolumē ac firmā. Adnumerari potest hoc auxilium inter facile parabilia, si præstet quod ille pollicetur. Verū quæ fides homini habenda? qui rem tanti momenti adeò pueriliter tractet, totq́ humilib. fabulis impleuerit. Et unde maximā gloriam consequi poterat, ibi maximè uituperandus sit: uir alioqui eruditus, & de re literaria bene meritus. Cæterùm ut ad rem redeā, nō ita fidendum est ætheris usui, ut senex uigilet, exerceatur immodicè, deuoret nō mandat, uenere satietur, frigori calens iam se exponat. Sed nos præsupponimus senem somno indulgentē, à curisq́ uacuū, & ritè quantum licet cibos concoquentē: tum quiete, tū parcitate, tum electione ciborū aliaq́ studiose & prudenter agētem, rarissimeq́ delinquentē. Is igitur si experiētia magistra rerū cōuincat, auxilio exiguę rei posse ad centū annos fermè uitā proferre, & satis integris uirib. ostendamusq́ omnium quæ uitę cōferunt, nihil esse pręstātius æthere: quid est quòd quis dubitet, ex eius usu hominē nō posse ad centesimū usq́ annum pertingere? Natura eñ ita cōparatum est, ut omne quod est, simile sibi gignat & efficiat. incorruptū manet æther, nec ullis uitiat causis, neq́ marcescit unq́: quid est cur eo utentes, tales fermè nō efficiat, & ab omni saltem putredine defectuq́ immunes? Optimè Homerus Deos immortales ob id esse dixit, quod nectare & ambrosia uescerent. Et poëta ille rursus: Nectare & ambrosia quantū uolo si licet uti, Immortalis ero. oportet tñ illū, ut dixi, esse huius rei studiosum & robustū, atq́ etiā ut in reliquis omnib. hac in parte mediocriter fortunatū. nā nobis qui infeliciter nati sumus atq́ a bortu quasi eiecti, infaustè educati, & cui neq́ sidera multū fauent, sanitate perpetuò neutra, ut Galenus dicit, forsitā parū hoc profuerunt: & tñ si pręoccupare cōtingat in tanta tēporis penuria, nō despero pręparato medicamēto magnā me posse facere accessionē ad uitā. Sed duo tñ uident præcipua cōmoda in ætheris usu exigenda, quę si adsint, optima spes esse debet cuiq́ ut intentū ex eo cōsequat ea sunt ut bene dormiat, & ut dentes sint firmi: quę ambo cū mihi desint, hæreditaria calamitate certè spē cōsequendę tantæ utilitatis nō parū minuunt. Etenim senibus multa incōmoda accedunt, inter quę duo hæc maxima, quæ quasi circulo quodā augent: nā ex his homo celerius senescit, & senectus ipsa hæc incōmoda auget quibus tñ & æther utilis est, ut suo loco docebimus. Itaq́ si aliqua bona fortuna mihi inter tot negocia, adeoq́ assidua aliquantulū ocij suppeditaret, sperarē parato hoc pręsidio adhuc multis annis posse superuiuere: nisi casu aliquo aut renū calculo opprimerer. quamuis hūc nunq́ sim expertus: sed ætheris auxiliū, cū ad reliqua, nō ita ad prohibendā calculi generationē est accōmodatū. nā & de hoc infrà disputabimus. Sed ut uideo, omnia partē suā exposcunt, ars, natura, astra, prudentia, fatū.

Exercitiū in senib. malum Cap. 1. Nam quod de exercitio obijcit ac creditur, ualde diuersum est ab ipso rei euētu atq́ ueritate. neq́ eñ adeò utile est senib. ut quidā existimāt, nempe Galenus quinto de Tuenda sanitate inqt: Post frictionē cū oleo inambulatio & gestatio senib. sed quæ citra lassitudinē sit, cōuenit. deinde subijcit, Exercitationes solū his cōueniūt, qui corporis optima sint

constitutione,

constitutione, cæteris nõ nisi per robustiores partes. imbecillæ nullo modo sunt exercendæ. Sed neq; insuetis exercitationib. neq; molestis aut diuturniorib. aut uehemẽtib. uel etiã quæ partẽ alicui symptomati obnoxiã uexare possint: uelut in uertiginosis reflexus circuitus, aut iuxta moletrina. Dictum est aũt de his à nobis in libris de Sanitate tuenda: nunc uerò satis sit ostẽdisse exercitationẽ senib. nõ cõuenire: ni p exercitationẽ, deãbulationẽ aut equitationẽ intellexeris. Et certè hac in causa plura mihi occurrũt: atq; illud primũ, cur senium extẽdere liceat, iuuentã & reliquas ætates minimè? an forsan & illas extendere licet? sed paululũ, ut simul tñ omnes collectæ senectutis, etiã spaciũ augeãt? Et an forsan nihil horũ facere licet, sed ea q̃ impediunt solũ amouere? Cur etiã pauciores ex his qui normã Galeni secuti sunt, ad id tẽpus uitę maximũ puenere, q̃ qui fortuito uixerũt? Vt etiã ipse Galenus, ut referunt, neq; LXX annũ uidere potuerit, q̃uis robusto corpore, ac satis bene tẽperato. Deniq; cur exercitiũ in iuuenib. uitã pducat, in senib. uerò breuiet? nã nisi hęc q̃ alibi explicata nõ sunt, quis intelligat, discrimẽ exercitationis & usus ętheris assequi nõ poterit. Ergo ut de primo dicã, neq; unã neq; aliã ętatẽ extendere licet, sed licet breuiare. Senectus exercitatione fit breuior, nõ reliquæ ætates: quoniã in senectute id accidit q̃ lignis siccis. seu eñ inflectant̃ seu trahant̃, franguntur: uiridia aũt nõ franguntur, quia & extenduntur & flectunt̃. Ergo exercitatio illa nihil affert cõmodi ad uitæ longitudinẽ, tametsi in pueris ac iuuenib. proceriora, pleniora & robustiora efficiat corpora: quę cum ad formã illorũ cõueniant, etiã utilia sunt Reipub. & militari disciplinæ, sine qua urbes securę nõ sunt. Cęterùm quod ad uitã attinet, nullum afferunt illius longitudini cõmodum, sed potius adimunt. auocant eñ calorẽ extra, & motum magnũ efficiunt: unde resolutio maior humidi, & hominẽ copię cibi & potus assuefaciunt, adeò ut in senio cõsuetudo mutata periculũ uitę afferat: cõseruata aũt mortẽ acceleret. Præterea mẽbra exteriora exercitatio roborat, adeò ut in morbis senum qui plerunq; abscessu aut transmutatione finiunt̃, decubitus necessariò ad interna mẽbra fiat: unde mors sequitur. Itaq; hanc ob causam podagrosi sępe diutius uiuunt, integrè sanis si recta uictus ratione utantur, quia decubitus materiæ febrium dum consenuerint, ad articulos citra uitæ discrimẽ fieri cõsueuit. Vnũ forsan bonum facit, q̃ perfectiori coctioni, & ut ita dicã, expressioni intimioris succi habiliorẽ reddat. Verùm in senio cum eadẽ & maiora afferat incommoda, nec has utilitates exercitatio præstat. quamobrem non est quòd quis exercitij usum nobis pro ęthere proponat. in senib. enim auocat calorem à mẽbris regijs ad extrema: qui cum sit exiguus, dissipat̃, inde functiones omnes euertunt̃, quę ad uitã sunt maximè necessariæ. Extendunt̃ etiã uenæ pulsatiles, solida mẽbra colliduntur, appetentia cibi præpostera & maior q̃ debeat excitat̃. transferuntur excremẽta in loca nõ eductiõi apta, unde grauedines, lassitudines, abscessus, febres cateruaq; malorũ. accẽditur calor ipse, resoluiturq;. Cõstat itaq; exercitiũ omnino senib. fugiendũ. nec Galenus illud pbat, nec tñ apertè dãnat, ut debuit, quoniã illius offensam nõ perfectè assecutus est. Sed obijcies denuò, æther tñ siccat:

quæ ſiccant, ſenib. ſunt fugienda, teſte Galeno. Hic rurſus ille in iudiciũ uocãdus eſt: qui cum uenia dictũ ſit, maximas res nimis oſcitãter tractauit, circa minimas plerunq; nimis diligẽs. Quis illius mentẽ interpretari poterit de uictu ſenum? inquit.n. A ſiccis omnino medicamẽtis ſenes abſtinere debent: quod ſi neceſſitate deducti uti cogantur, ad humida ſe transferant. & tñ melle nihil illis melius eſſe uult, quod ſiccum ſtatuit. ſicca quoq; cibaria illis cõgruere tam apertum eſt, ut nemo neget. Sed hęc in libris de Sanitate tuenda, cõtradicentiumq; medicorum expoſita ſunt. hoc quidem ſponte exhibuimus, alij cum erit occaſio alicuius principis, qui uel ſaltẽ propriæ utilitatis, ſi non cõmunis (nam id uix hoc tempore ſperare licet) in lucem prodibunt. Hi etenim longè magis neceſſarij ſunt ad hominũ ſalutem, q̃ libri in philoſophia aut mathematicis ad ueri cognitionẽ: qđ Galenus nec uitę ꝓducendę nec cauſarũ mortis rationẽ intellexerit, ſed cõmunib. tantũ principijs innixus, plus cõtradicendo ſtuduit q̃ uſui atq; inquiſitioni, ut pararet tantæ rei cõplicandæ. Sed cũ non ſit huic tractationi locus hic, ſed ſolũ de Aetheris uſu, ad eundẽ redeo. Verũ tñ anteq̃ de eo dicã, id primũ q̃ alibi à me tractatũ nõ eſt, prius diſcutiẽdũ eſt: ſcilicet quę nã potiſſimè cauſa mortis ſit in ſenib. an ſiccitas ſeu humidi cõſumptio, ut Ariſtoteli placet? an illius cõuerſio atq; permixtio, ut medici antiqui, & maximè Galenus exiſtimant? an corruptio & putredo, ut ætate poſteriores uolunt: quib. hoc fauet argumentũ, q̃ pauciſſimi ſenes ſine morbo pereunt: pauci etiã deficiẽtib. uirib. ſed pleriq; ex febre uel abſceſſu, ut appareat mortẽ ob putredinẽ illis cõtingere. Multum aũt intereſt an hoc uel illud in cauſa ſit. nã ſi ſiccitate mors fiat, humectandũ perpetuò: ſi permixtione, ſeroſa excremẽta tũ frigida & glutinoſa educẽda: ſi putredine, exiccãtib. utẽdum, atq; extenuantib. tametſi illa humidum natiuum cõſumant. Eiuſmodi aũt eſt dubitatio. Verùm hæc omnia in cauſa mihi eſſe uidenť, ſed eo ordine, ut primũ permiſceri in ſenecta humidum pingue cũ aqueo incipiat, inde ex hoc tũ multis alijs cauſis putreſcere, demũ etiã ſiccari, ita ut debiliores maximè ab initio ex ſola mixtione euertanť, robuſtiores putredine, qui exactiſſimè ſunt temperati, tũ arte quadã uiuẽdi optimè inſtituti, tũ naturaliter, ad extremum cõſumptionis natiui humidi perueniunt, atq; in his etiã ordo quidã eſt. nam quibuſdã humidũ rarius ſenectutis extremũ terminũ accelerat, alijs denſum in longũ producit. atq; hęc eſt ratio uitę producendæ, aut mortis accelerãdę.

Mortis cauſa in ſenibus.

Ergo ut ad cœptũ inſtitutum redeã, ætheris uſus uidetur omni ex parte utilis eſſe: nã ſeu humidum purgandũ ſit, ſeu ꝓhibenda putredo, in utroq; utilis eſt, ut q̃ ſeparet & ſiccet atq; educat. neq; hęc exiccatio noxia eſt, quæ humidũ pingue nõ adurit. unde multis uini potẽtis uſus pernicioſius eſt, dũ pingue humidũ aduriť. Quid igitur utilius eſt ad retardãdũ humidi innati exiccationẽ atq; ſenectutẽ æthere ipſo? nam duobus periculis ſublatis mors ipſa maximè differtur. Forſan quæret aliq̃s, an etiã nutriat? nõ eq̃dẽ: hoc ẽm ſperarunt q̃ aurũ ſoluere ſe poſſe iactãt. atq; id meritò, ſi fieri poſſet: at nõ fieri poſſe infrà demõſtrabimus. Verũ hac in cauſa eadẽ eſt ratio ſeruãda, q̃ mulierib. neq; ẽm lucrari didicerũt quicq̃, ſed ut q̃ eſt parciſſimè diſtribuendo,

Aetheris utilitas ad uitã producendã.

distribuẽdo, diutissimè duret. moderari igitur oportet consumptionẽ hãc solũ, non restaurare, ne regressũ in ætatib. ut apud Platonẽ, constituamus.

Propter hæc forsan nõ malũ erit causas modumq; mortis declarare, ut q̃modo ex ætheris usu ei occurrere liceat dignoscamus. Sunt aũt in senib. modi quatuor facilioris mortis ac magis necessariæ q̃ in iuuenib. Vnus q nec per se est, nec principalis, cũ uel ex laborib. uel uigilijs aut curis uenereúe senex opprimit: ad omnia ut cõcidat paratior ob natiui caloris imbecillitatẽ, & præsertim à frigore grauiter lęditᷣ ob cutis & musculorũ mẽbranarumq; raritatẽ, pinguedinisq; carentiã, & ad lapsus percussionesq;. nã & facile luxantur ossa, atq; franguntᷣ: & fracta luxataúe difficilius reducuntᷣ ac restaurãtur. Principaliter uerò non aũt per se, ut quibus uel uentriculus uel caput præcipuè debiliora sunt, aut aliud mẽbrum necessariũ, aut quia dentib. ut superius dixi, carẽt. Vix eñ fieri potest in tã longo tẽporis cursu, quin mẽbra aliqua inęqualiter grauiterq; affecta sint magis cæteris. neq; eñ trutina inter tot labores, uictus errores, curas, incõmoda, casus, aliosq; uitæ anfractus adeò æqualis stare potest, ut nõ unũ alio mẽbrum magis afficiatᷣ: quo affecto omnia in illud mala incũbunt. q si uitæ necessariũ sit, mors pro foribus astat: si nõ tales diutius plerunq; uiuunt, q̃ qui magis ualere uidẽtur, ut podagrici & qui ulcera in crurib. difficulter sanabilia patiuntᷣ. Per se uerò & principalis modus est, cũ absumpto humido innato homo statim interit ex pulmonũ duricie, ut Aristoteles refert. Atq; id rarissimũ est, paucissimisq; cõtingit. pleriq; alij quib. dictũ est modis, aut per se nõ principaliter, quorũ est maximus numerus, fato pręripiuntᷣ. Est aũt hic modus, ut ita dicã, senectæ familiaris. Cũ eñ calor extinguatᷣ siccitate oborta in mẽbris, quę nos radicalia seu spermatica, id est, è semine genita appellamus, eo fit ut mẽbra cõtrahantᷣ, unde senes incuruari cõspicimus. multo tñ antea teneriora & tenuiora cõtrahantᷣ ipsis ossib. quẽadmodũ mẽbranæ, uenæ, arterięq;, tũ nerui: unde fit ut facile obstructionib. corripiãtur, & præsertim qđ ob caloris inopiã excrementa multa frigida tũ tenuia, quæ serosa uocantᷣ, tũ crassa, à quibus hæ facilè cõtingunt obstructiones. Ex neruorũ & siccitate cõtractioneq;, quãdoquidẽ & plurimo indigent spiritu ob duriciẽ, & minus trãseat ob cõtractionẽ, exoriuntᷣ resolutiones, quas uocãt paralyses. tres igitur hi morbi seu morificę causæ senectuti familiares sunt, ac mortis causæ, licet nõ principales, attamẽ per se: resolutio neruorũ, seu stupor quidã, nõ eñ exactus morbus omnes occupat, sed pars quę adeò exigua est, ut nõnunq̃ senes se optimè sentire, & mouendi facultate præditos esse existimentᷣ: quanq̃ in paratis manifestè se prodat. atq; eadẽ causa est insanabilis serosi humoris copia, & obstructio meatuũ, ꝑcipuè angustiorũ, nõ solũ ob crudi crassiq; humoris abundantiã, sed ipsarũ uenarũ tã pulsatiliũ q̃ nõ pulsatiliũ cõtractionẽ. unde etiã ex hoc fit, ut qui ultima ętate sunt, pulsus inęqualitẽ absq; morbo ob pulsatiliũ in pulmone uenarũ cõtractionẽ patiantᷣ. atq; his nihil amplius deest, q̃ ut cõtracto paulisp pulmone, statim absq; alio morbo intereãt, q solũ mortis genus ab Arist. naturale cẽsetᷣ. Porrò ut ad rẽ ꝓpositã reuertar, ex serosi humoris abũdãtia etiã multę mortis occasiões oboriuntᷣ, longeq;

Senes cur facilius moriãtur iuuenib.

longeq́ plures q̃ ex resolutione, multo tñ pauciores q̃ ex obstructionibus. Igitur ex serosi humoris copia, si homo negligẽter se gerat, primũ malus habitus, quẽ cacexiã uocant exoritur, inde hydrops ascites, aut carnosa, nonnunq́ tympanites. oritur & fluxus urinæ & febres, multaq́ alia, ut destillationes pręsertim, ac febres: sed & flatus aliaq́ symptomata morbiq́. Ob id Galenus in his educẽdis studiosus fuit, & meritò: sed segnior in crassis. Verũ de his aliàs diximus. forsan & aliquid periјt de suis scriptis circa hoc. At obstructiones repẽtinas mortes, febres, & ex his etiã abscessus dolores graues, tabes mortesq́ licet seras, attamẽ ineuitabiles insanabilesq́ morbos, ueluti scirrhos & ulcera chironia pariunt. Ergo si exercitiũ immoderatum obstructioni senũ accedat, mors parata est. Febris eñ diuturna ob lentorẽ crassiciẽq́ humoris, & ualida ob sanguinis inflãmationẽ, & uiriũ imbecillitatẽ facta, mortẽ affert ineuitabilẽ. ob id igit̃ omniũ excessuũ in senib. piculosissimũ est exercitiũ, inde uenus. sed hęc si nõ subitò noceat, nõ tã periculosa est.

Aether quot modis senib. auxilietur.

Dictũ est igit̃, quantũ satis est huic præsenti negocio de mortis causis in senib. at nunc de ætheris auxilio uerba facienda sunt, uidẽdumq́ nunquid eius usus omnib. his noxis satisfacere possit, omnibusq́ periculis resistere. Equidẽ uidet̃ utilissimus serosis excremẽti educẽdis, postq̃ uel uinũ flauũ, nõ solũ elysir & aqua ardẽs multũ cõferunt. Etenim hęc urgẽt eũ humorẽ, excalefaciũtq́ corpora. Sed ad humores crassos attenuãdos, colliquãdos in incidẽdosq́ plurimũ cõferunt hęc, multo magis ergo ęther: q̃ tanto hęc superat tenuitate similitudineq́ cũ humana natura, quãto caliditate atq́ siccitate ab eis uincit̃. Sed & ad humectãda corpora plurimũ potest, dum nutrimentũ alimentũq́ iã cõcoctũ miscet mẽbris, atq́ idẽ agit q̃ hi qui resinã cerę iã friabili miscẽt. Ergo ętheris usus ad omnia hęc generaliter cõfert, & ob id etiã iuuẽtuti, ut ita dicã, instaurãdę. Sed ut singulatim illius utilitates referã, pręter cõmunes iã dictas, in quib. nõ solũ quantitate & tẽpore opus est, sed etiã recta uictus ratiõe, qppe nõ solũ errantib. ac delinquentib. nõnunq̃ ęther inutilis erit, sed & multis oberit fidentib. ob illius usum uirib. ppriјs iusto nimis. nã aliqui ut dici solet, taphogerondes illud uulgatũ uetabunt:

Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse,
Ecce amat, & capiti florea serta parat.

Ita exercebunt̃ ut Plinianus ille stultus uetulus hac in parte cũ laudatore suo, aut cõuiuabit̃, aut publicis negociјs uelut iuuenis se immiscebit? Quis nescit his omnib. ętheris usum pniciosum, nõ salutarẽ futurũ, quãdoquidẽ noxa maior & certior sit lõgẽ ipsa utilitate? Itaq́ neq́ noster senex si sapiat, plus assumet huius nectaris, ne cogat̃ prurire, & plus uelle q̃ possit: neq́ etiã moderato usu intẽpestiuè aut immoderato fidet, nec etiã cũ eo prauo utet̃ regimine. Generaliter igit̃ his tribus modis plus afferre incõmodi poterit, q̃ utilitatis. neq́ eñ ulla res tã homini accõmodata, aut p se bona esse potest, quin abutẽdo plus nõ afferat dãni q̃ beneficiј. Et ut uno euidẽtissimo exẽplo bifariã ex sentẽtia Hipp. id ostendã, sufficiat illius sententiã de iuuenũ ac senũ cõparatione adducere: inquit eñ, seniores iuuenib. ęgrotãt minus. Et rursus iuuenib. sanguinis sputa & tabes. Quid hoc est, inqt Galenus, cũ

iuuentus

iuuentus adeò robusta sit, ut paratiores sint morbis, & generaliter & singillatim periculosissimo? respondet & rectè utrique, quoniam senes meliore uictus ratione utuntur, & iuuenes maximis erroribus circa uictus rationẽ implicantur. apparet igitur nihil esse tam salutare aut præcipuũ bonum, quin si quis sinistrè utatur, non sit illi quandoque exitio futurũ. nec solum medicamẽta, sed probitas inconsulta, scientia, fortitudo, ingenium nõ opportunè casibus adhibitum. Mirabit̃ forsan quonã pacto, cum iam uires licet caducæ reparatæ, sint futuræ tñ diuturnæ atque constantes perpetuo huius medicamẽti usu, possint hæc obesse, ut crapula, labor, Venus, uigilia, curæ, quas iuuenis aut omnino non curat, aut leuiter fert? Causa est, quoniam si naturalis calor, qui in uenis contineẽ, seu pulsantib. seu quietis augeẽ plus quàm par est, nõ potest diu manere: quoniam calor qui in membris uiget, nõ tantum fomẽti suppeditat, ut cõseruari posit. actiones aut sunt mẽbrorũ, influens aũt calor instrumẽtum. Ob id ergo nil melius est, quàm calorẽ purũ cõseruare, atque ætati proportionẽ respõdentẽ: cum nõ minus dãnosa sit caloris in senib. ultra metã auctio, quàm periculosa imminutio. Sed iã ad propositũ reuertamur.

Conuenit æther primũ tinnitui ac surditati minus, tũ confert huic morbo, qđ sit inexpugnabilis. assumere licet per os & in aurẽ, quatuor aut quinque guttas singulis diebus instillare. dentiũ stupori, dolori atque alijs morbis si teneat̃ in ore, & epotũ. Idem cõfert memoriæ. semper aũt ne sæpius repetere cogar, assumi bifariã debet, & per os & exterius applicari. parum tñ hoc in casu, quia etiã reliqua auxilia nõ multum prosint. At conuulsionẽ puerorũ, quàm uocant aliqui matrẽ, etiã iuuat epotus, inunctis pedũ plãtis, atque e regione uentriculi, quod in elysir sum sæpius expertus. Resolutioni adeò accõmodatũ est auxilium, ut in Germania audierim multos ex ea curari uel solo, ut dictũ est elysir, quanto magis ac securius æthere ipso, cuius quantitas exigua potentior est copia, tutior atque securior. Ad uentriculi lapsus, ad coli dolores præsentaneũ est auxiliũ: quandoquidẽ aqua ardẽs uel sola hoc præstat. Neruorum imbecillitati pariter ac iuncturarũ, eademque ratione urinæ incontinentiæ, modò sine urigine sit, maximè confert: quin etiã cordis palpitationi, & his qui animo linquunt̃, atque dolorib. fermè omnib. acopũ em̃ est, iuuat & frigidos, & lymphaticos ac tremulos, sed hos nõ adeò ac melãcholicos. Vlcera omnia caua, sordida, maligna purgat, mitigat, tempat, siccat, demũque cõsolidat absque ullius noxæ suspiciõe. Scirrhos discutit quatenus discutere licet, intus qdẽ per se, exterius uerò cũ molliẽtib. adhibitũ. Cicatrices etiã obscurat illitũ, & odoratui recuperando cõfert. Syncopis aũt & deliquij animi neque aliud melius neque præsens magis est auxiliũ. Vermes quoque enecat: sed tñ in hoc nõ primas obtinet partes. oris odorẽ cõmẽdat, ac sudoris tussim sedat, & cibi appetẽtiã excitat: febriũ rigores cõpescit: mẽses mediocriter prolicit. Omni hydropis generi egregiè cõducit. nec scio cui minus sit utilis. Ob id etiã bonũ corporis habitũ restituit, uocẽ clariorẽ efficit, & spirãdi difficultatẽ leuat. Hæc omnia ac lõgè plura præstat æther, sed minima cõsultò prætermisi, ut de illius usu loquerer. Exhibet̃ ergo drachmæ quarta parte, & per se solũ, aliquãto etiã

Aetheris ad singulos morbos usus & commoda.

plus

plus ꝓportione, q̃ in ore dũ deglutit, perire solet frigidũ: nã calore euanescit. Verũ id sũma accuratione cauendũ in omni ætheris exhibitiõe, ne reliquię ullæ ciborũ aut pituitę in uẽtriculo remaneãt: sed somno, uomitu, deãbulatione medicamẽtoq́ꝫ diligẽtissimè procurandũ, ne quicq̃ꝫ in uentriculo relinquatur ante assumptionẽ. Post autẽ modò horula decurrat, cibum assumere licet. Immiscere autẽ alia uix conducit, permittitur tñ pręcipuè in uentriculi laboribus. Ratio autem quantitatis ex hoc deducitur, quòd quadrãs ex triente fit, centuplum trientis drachmæ unciæ quatuor, quæ Mombasij quantitas collapsas uires restituere solet. Sunt tñ ætheris diuersæ quædam species non solum ob materiæ diuersitatem, sed & tempus & modum. Est em̃ aliud æther uini, aliud mellis, aliud mannæ seu roris Syriaci, aliud chelidoniæ, atq; hæ præcipuè species: aliud etiam quod ex prima ardente aqua deducitur, aliud quod ex secunda, aliud tertia, atq; sic deinceps. Cum em̃ ex uino pars quinta aut sexta solum in ardentem aquam transeat, reliquum in crudam ac insipidam, adeoq́ꝫ grauem, ut illa igni extinguendo melior sit fontis aqua, quæ prius exit, optima & ardentissima ac suauissima, quæ ultimo proxima aquæ simplici. necesse est igitur duobus terminis tanq̃ꝫ extremis constitutis media talia esse, iuxta propinquitatem ad alterum extremorum. Iam igitur assumantur quatuor termini, quorum quartus sit quintuplus reliquis simul sumptis, proportio autem eadem, ex demonstratis in opere perfecto erit, ut ex uncijs 2688. uini, educantur aquæ optimæ ardentis unciæ decem tantum. Cum enim constituerimus maximũ in quintupla proportione, ad aggregatum ex alijs erunt ex assumptis ab Archimede reliqui in proportione sexcupla, ut sint 2240 pro fece, 373 ꝓ deterrima aqua ardente, 62 pro mediocri optimæ 10, quorum aggregatum est 2685, quod quam minimum distat à 2688. uini põdere. Quòd si assumatur uinum ex quo quinta pars ꝓdeat aquę ardẽtis, ut primus terminus scilicet fex sit quadruplus reliquis pariter acceptis: erit fex 2150, aqua deterrima 430, media 86, optima unciæ 17, atque hæc uidetur maxima quantitas ardentis aquę optimę quæ possit elici. mediocris igitur est unciarum 14 pars centesima & nonagesima secunda. Ex Mombasio igitur uino aut Gręco, alijsq́ꝫ quę nõ solent intra decem annos senescere, plus sanè excipi potest, à Momba sio cẽtesima fermè pars, à Falerno & Cæcubo, si nunc in usu essent, longè plus. Expedit exgo generalem pro omnibus uinis rationem tradere. Excipe ex portione aquæ ardentis quantũ potes: deinde considera quænam sit pars aqua ipsius fecis relictæ, cum iam non ardens aqua exit, sed absq́ꝫ odore saporeq́ꝫ. qualis igit̃ pars est ardens aqua totius uini, talis pars erit deterrima fecis, & deterrimę media & medię optima. Collige igit̃ ex cõsimili uino primã partẽ optimę correspondentẽ, secundã medię, ultimã deterrimę. Videtur enim tres termini unicuiq; rei satisfacere, postq̃ꝫ amissis capax non est mortalitas, omne fermè gentium genus ad hunc numerũ, in quo positiuũ esset cõparatiuum, atq; superlatiuum se contraxit. Aetheris igitur materiæ causa tot oportuit accipere differentias.

Cum

Cum igitur optima sit aqua, quæ primũ educitur, quærendum est cur id contingat? nam in herbis & plantis metallicisq́, tum carnibus aqua primũ effluit insipida, inde pars calidior: hic uerò contrà cõtingit, ut quod primũ effluit, sit acre atq; calidissimũ. illud etiã inspicere decet, quod ad naturã rei pertinet, scilicet an aër, ut dicunt, ante ignem an contra, uel uterq; simul, an solum hoc discrimẽ coctionis ratione proueniat? Magna quidem hęc quę stio est, eosq; præcipuè fatigat, qui calida frigidaq; medicamenta constituunt: nos aũt non ita, qui quadrifariam calidum intelligimus, in igne, in animalib. in mixtis, atq; animæ familiare: quod cõmune est plantis & animalibus, ex quo cuncta generantur. neq; enim sentitur hoc sensu, sed sola operatione percipitur: aliud uerò est animalib. proprium, quod perpetuò fluctuat, estq; cum motu cõiunctum: aliud est quod in igne percipimus, quo etiam incalescimns, atq; id inconstans semper: neq; enim stare potest, sed si nõ augetur, minui necesse est. aliud uerò in pipere atq; mixtis inanimatis. Dicimus & aliter, ac quasi plurib. modis etiam humidum, uelut quod liquidum est. at hoc non nisi nomine tale est, ut nec piper calidum. neq; enim tale primũ est, neq; etiã dici meretur, sed ut aliàs docui, prius quidẽ ipsum est acre, inde calidũ: nõ acre, quia calidum. Sed his semotis rem quam ante oculos proposuimus, exequamur atq; discutiamus. Cur est quòd ex uino ardẽs primum aqua effluat, ex carnib. autem & olerib. insipida? an id forsan cõmune est succis omnibus? sed non ita: nã non in lacte. Effluit igitur primum quod gustu percipitur: ut in uino austerum & suaue, quod ab igne fit acre: in melle dulce, in olerib. insipidum. hic enim primus sapor ob abundantiã aquei humidi; sed latitat in plerisq; ut priuatio sub facultate. Etenim nasturtium acre, & absinthium amarum primum uidentur, non quia ita sint, sed quoniam ubi degustaueris, in imo acris sapor, in altero amarus insipido superueniens illum abscõdit. Ergo si balneo aquæ destillẽtur, hæc saporis partẽ emittunt, partẽ amittunt. amittunt ob id quòd sapor ille in tenuiore substantia est, quam aquea, scilicet quæ proportione igni respondet, nec tamen pinguis est, ideo euanescit. herbæ ob trunci inanitatem, & uitæ breuitatẽ, præterquam in semine parum pingui humidi conficere possunt. Dum igitur excipitur aqua, aduritur humidum pingui proportione respondens, in quo sapor, odor & uis plantę est: ob id nec in aqua quæ excipitur, nec in eo quod relinquitur, uis propria aut sapor uel odor manet. Itaq; balneis ac melius alia ratione quam igne uis ea colligitur. E chelidonia ergo acri planta etiã sua ætheris species excipitur: tum uerò ex rosa, quòd uis illius aqueo elemento non solum, sed ob copiam ubiq; diffusa sit: ex uiola etiam, nam & in ea odor aquosę parti cõiungitur. Verùm quia hæc humido pingui carent, ac ignea parte, in ætherem uix transeunt. Chelidoniæ autem succus transit, tum uel manna seu ros Syriacus, multaq; alia huiuscemodi. Ergo ut ad institutum reuertar, ardẽtis aquę portio prima igni atq; aëri respondet: secunda igni, aëri & aquæ ob hoc impurior: tertia aquæ & aëri. Si igitur ex prima ignẽ subtraxeris, ex secunda aquã & ignem, & tertia aquã, attenuata & bene mixta per circulationẽ

Aetheris cõficiẽdi ratio, ex aquæ electione.

materia, in ętherem transibit. manifestum est igitur, quòd ignis circulatio ne euanescit ut pote pars tenuior & acris, aqua relinquitur ascendente prius aëre. Ergo si partes hæ circulatione cōcoquantˉ, secunda feculēta euadet, & tertia inualida. frigidioribus igitur & exanguibus & diuitibus prima erit utilissima, ut quę exactissima sit. In calidioribus & his qui minus uiribus destituti sunt, impleriq; quoquo modo desiderant, quiq; impensam per ferre non possunt, secunda atq; etiam tertia utemur. tametsi em̄ impensam circulationis tertia uix sustineat, ob copiam tamen utilis erit. Qđ si ad quadrantem deducatur, poterit cum utilitate absolui. erunt em̄ unciæ 107 materiæ satis mediocris. Illud tn̄ aduertendū esse, etiam præter id in prima tenuitatem quandam pręcipuam naturæ donum. Itaq; manifestum est, quibus & quomodo æther constet aut cōueniat.

Aetheris uinū quale esse debet.

Reliquum est aūt nunc, ut de uini genere dicamus, tū etiam ætate, ne qđ operi nostro quod ad disputationem absolutā conducat, de æthere desit. Certè Mombasium tanto ut dictū est, suauitate Græco uino (Romaniā hi uocant) pręstat, quantum ab isto ui uincitˉ. Sed Gręca uina pice cōdiri solent, hoc aūt inutile ob multa. non em̄ solum quod cōpositum & peregrina qualitate infestū ac exhaustum proprijs uirib, sed quod cogatur omnē uim acquisitā circulatione relinquere ita ut nec natiuū nec alienū robur retineat. Sed neq; antiquū, q; plerunq; uetustate acescit, nec nouū, ubi plus fecis & aquæ q̄ uini: sed postq̄ deferbuerit claruerítq;, & nondum suauitatis quic quā amisit. Iam uerò & de specie agendum est, siquidem tenuitatis non tā ratio habenda est, q̄ dulcedinis & suauitatis: ut Mōbasium & uinaciolam potius uelim assumere, q̄ uina potentia, insuauia tn̄, quanq; multi uinū rubrum flauo præponant. Defecatum igitur uinum dulcissimū atq; odoratissimum, & quod non nisi multis annis senescat, ad opus hoc adhibeto.

Verùm ubi detraxeris aquā & in ętherē ipsum iam cōuerteris, diligenter cauere oportet ne in auras euanescat. Id uerò agit tam celeriter, ut mireris. Calor em̄ intus seruatus motu aëris coadiuuante, tam subtilem atq; elaboratam substantiā statim in aërem atq; uaporem resoluit: & quod deterius est, semper pars melior ac preciosior promptius euanescit. Ob id solent artifices uitro eum seruare. Occludere aūt uas subere atq; cera, mihi hoc neq; tutum uidetur, neq; utile. nā cera odorem remittere solet, & liquorem coinquinare, pręsertim quæ resinæ fuerit cōiuncta: suber aūt non ꝓhibet quin euanescat. Vtrum uerò uitrum etiam aliquid exhalare permittat, dubitatione dignum est. Vidētur em̄ omnia mortalia corpora peruia, quādoquidem frangantur, ut Aristoteles sentit: nō tn̄ omnia remittere humorem, qđ oscula illa parua, quæ Gręci πόρους uocant, non tam lata sint ut humorē concipiant, nec inter se conniuentia. Indicio est quòd aër non exeat, multo minus liquor ullus, quem palàm est quantumcunq; sit tenuis, aëre tn̄ crassiorem esse. Vtrum uerò uitrum auro densius sit, si ea ratio attendenda est Aristotelis, quòd quæ franguntur, ob meatus frangantur, aurū densius uitro fateri oportet. at non ob id seruandus æther potius in auro, quòd densius

sit,

sit, sed quoniam & difficilius frangitur & aptatur melius, & boni aliquid medicamento præsertim tam tenuis substantiæ adijcit. nam quòd non frãgatur uitrum ob poros, ita demonstrare licet. Sit uitrum quod frangatur, per a b c. inanes partes. hæ igitur aut inuicem conniuent absque medio, atq; sic totum erit inane: aut media quædam sunt, ut d & e, quæ uel solida sunt aut inania & uacua: si uacua, adhuc erunt quædam media, quæ si solida sunt, nonne in primis consistere poteramus? in quibus seu consistamus, seu in alijs, par ratio est: solidũ em̃ frangi cõuincitur. ne igitur solida ex uacuis infinitis constare fateamur, melius est dicere ipsa frangi. Sed Aristoteles nõ cur frangerentur, sed cur facilius frangerent̃ edocuit. at franguntur propriè ob tenuitatem. omnia aũt plena poris, pro ratione quantitatis tenuia esse necesse est. Indicio etiam est frãgi quę tenuia sunt, & plena poris: quod leuia plerunq; facile, grauia autem tũ in eodem genere tum etiam in diuersis difficulter franguntur. Quod si pumex aut arundo non facilè franguntur, quoniam crassa sunt id euenit. totum enim ut dici solet, transuersum considerari debet. De lentis autem & contumacibus alia ratio est. Nunc igitur id nobis sat erit aurum aut minus poris esse plenum, aut qua parte solidum est dẽsius esse: nam quòd uitro grauius sit, nemo dubitat. Ob hæc ergo auro æther seruandus est, qui non possunt uitro. atq; eadẽ esse debet ratio omnium preciosissimorum liquorũ. Si igitur auro seruet̃, os occludi debet embolo masculo in cochleæ formã fabricacato, sic ut multiplicibus spiris ob longitudinem, ac strictim metalli natura ob molliciem & leuitatem hoc admittẽte inseratur. Adiuuat hanc conseruationem ipsa etiam uasis frigiditatis maior quã in uitro: qua etiam admonemur, ut uas ipsum in frigidiore loculamẽto reponatur, qualis arca est è marmore maximè ophyte aut porphyrite. Quòd si appositè conueniant embolus canali, nullo liquore aut glutine rima ut obducatur, indigebit: aliter cera candidissima, & sine resina uel admodum pauca obturare decet, etiam rimam. Estq; hic modus etiam uitreæ pyxidi occludendæ utilis. uerũ non subere, sed serico tomento pleno, aut salicis ligno, maximè Græcæ, quod sequacius est, stipabis.

Aurum potabile fieri non posse declaratur.

Verùm postq̃ de auri natura sermonem habuimus, præstat hoc etiã addere, quod ad illius liquefacti naturam attinet (quanq; parerga forsan) an scilicet potabile reddi possit. Videtur aũt natura imbui posse, caro gallinarum: consumitur enim in earum uentriculo. at forsan non nutrit, aut uincitur: utroq; modo aqua detracta aurum non continebit, in stercore autem peregrina qualitas maiorem utilitate offensam pariet. an igitur melius erit uesci carnibus pullorum, qui auro nutriti sint? certè melius. non tamen euidens bonum. At si per artis auxilium aurum colliquetur, non sat esse uidetur. nam præter id quod erodentibus comminuitur, dum etiam illa exhalant, rursus in corpus luto simile uertitur. nec absque ratione. metalla enim, ut aliàs docuimus, aquea & terrea parte constant. Videtur igitur, dum solum est metallum, pulueri cuidam aquæ tenaci immixto simile

esse. Quamobrem nulli usui est seu integrum seu liquefactum atque solutũ. maior enim uis esse uidetur liquefacto, si substantia maneat, quam ut à calore humano euinci possit: sin autem corrumpatur, non erit amplius aurum, nec uis illi inerit. Itaque nec facilè est credere, ut mellis ęthere dissoluatur: nec si dissolueretur, ab humano uentriculo aut iecore euinci posset. Quod si contingat, ualde paruam portionem esse necesse est. Ea enim est auri liquefacti tenacias, id robur, ut non magis quàm cum congelatum est, solui possit. In uniuersum autem uel corrumpitur, atque sic uis haud manet: aut manet substantia, quæ euinci minimè potest. Verùm quod propius accedere ad scopum creditur, uinum est, in quo aurum candens quinquagesies extinctum sit.

Aether ex melle. Sed postque mellis mentionem fecimus, de illo, tũ etiã de manna, quæ mel est rosidũ & aëreum, dicendum est. Igitur mel crudum excipitur, & à sordibus colatum repurgatur, indeque immissis lapillis destillatur, pòst circulatione ad ætheris naturam reducenda est aqua illa. Ferunt cum deducta fuerit ad perfectionem, fragrare odore germinum pruni. Vtut res se habeat, ad ulcera purganda, ad crassos humores in pulmonibus contentos nil melius esse existimatur. atque id iurè. confert & ad uitam producendam. Generalis enim ratio una est, ad ea ualere æther uniuscuiusque rei, ad quæ etiam ipsa res ex qua detrahitur, utilis est. sed & multò magis. Quam ob causam chelidoniæ æther ad pestem arcendam, tum etiam sanãdam pręstantissimũ est. idem in penetrando ad cor primas obtinet partes: quo fit ut morientes ad aliquot horas, si quid aliud, reminisci faciat. dissoluit etiam pituitam omnem. Cæterùm excalefacit non parum: sed hæc caliditas uix nocet, quoniã in substantia est tenuissima: exemplo ignis qui ex aqua ardente accenditur. Est autem ignis quidam hic æther, quia non totus, ut è uino excipitur, sed inuicem separantur elemẽta. Separantur aũt sepultura in fimo & calce: calx autem infrà ponitur, & triginta diebus herba cum radice cõtrita putrescit. declaratum est enim in libris de Subtilitate, calorem putridum igni proximum esse: quo fit ut hac pręparatione exacuatur. Inde destillatur, ac rursus reponitur per xv. dies, deinde denuò destillatur separatis inuicẽ partibus. Sunt autem qui ex succo potius aquam, inde ętherem excipiant.

Aetheris cõficiẽdi ratio generalis. Commune uerò est omni ætheris generi, ut circulatione feculentum aliquid & aqueum relinquat, quod in fundo manet, hoc detrahere opportunum est: nam uix si relinquatur aqua, in ætherem uerti poterit. Detrahi igitur solet inuerso uase, quod non probo: nam & ætheris pars necessariò abijcitur, & pars fecis relinquitur: & quod iam separatũ erat, denuò confundit. Quòd etsi uas ab initio inuerteris, sicque circulationẽ perfeceris, adhuc detractio hæc non tuta est: quoniam in exitu fit motus uehemens, qui partes iam separatas confundit. Alij destillant rursus, æther enim primum ascendit: sed neque hoc utile est, nam multis modis peccatur. pars enĩ ætheris & melior perit: quod uerò ascendit torretur, atque cum fece miscetur. Melius igitur ex omnibus est, ut fracto uase concussa aqua cum uitreo uel aureo cochleari

chleari sensim auferatũ usq; ad feces: qui modus etiã in separãdis alijs liquoribus optimus est. Anteq; uerò uas frãgatur, permittendũ est ut tribus dieb. refrigeret, seu separare feces, seu seruare liquorẽ uelis. Ex hoc ergo alia ratio exoritur, scilicet quonã pacto claudere oporteat uas. nã luto quidã, alij cera illud occludũt: sed postq; frangere illud in separatione oportet, nullus modus purior aut syncerior sigillo, quod Hermetis appellat. fit aũt hoc modo indita materia tegitur, foramẽ linteo denso lineo aut ligno occluditur, os inde ex superiore parte ignis in lamina ferrea in medio perforata circũponit sensim, tũ demittendo, tum prunas applicãdo, tam diuq; incalescit uitrũ donec rubescat: post forcipe circũuertitur, adeò ut optimè claudat, educto tñ prius ligno. Vel imponat uitri candẽtis frustũ, detracto ut prius dixi operculo, sic ut nõ respiret omnino. id deprehendes tũ oculo, si magna parte coeant latera: tũ & inspirando, si aqua penitus nõ mouetur. Alius aũt modus est, ut pileo imposito cõcludantur ora inuicẽ, luto sapiẽtię appellato. Hinc exorit ratio uasis, quo circulationẽ facere oportet. nam quidã ciconijs mutuis, alij pileo uasi sup imposito, pleriq; uas Pellicanũ uocatũ, seu Hermetis præponunt: sed postq; & perfringere nõnunq; plura consiliũ est, & uitro claudere, nihil melius rostratis cucurbitis est. harũ aũt formã à latere depinxi. Nullũ etenim operculũ purũ in tanta re, & qđ nil remittat, prẹter uitrũ & aurũ esse duco. q; si modò illud fingas, inditis tubis inuicẽ luto consolidabis. Prẹstat aũt omnib. cõmune esse hoc auxiliũ q; paucis: & qualecunq; habere, q; omnino nõ habere. Sed de huiusmodi rebus ac cura earum alibi dictũ est, nunc historiã prosequamur. Post mel est manna, cuius æther ut à melle excipit, diuiditur tñ ut Chelidoniæ herbæ. nec huius ut mitioris medicamẽti usum aliquẽ insignẽ noui: sed ut pleraq; preciosiora, quo cariora. Ouorum aũt & sanguinis, tũ humani tũ suilli, ciconiæ & canũ, æther magnã ad restaurandum corpora & uires tabescentiũ uim habet. Experta est à me aqua lõgè inferior eo, & tñ utilis ualde. Existimo & sanguinis testudinũ & carnium uiperarũ ualde utilẽ fore. Sed uiperarũ ad elephantiasim & Indicum morbũ, testudinum ad cacoethẽ & tabescẽtes: ciconia ad uenena, tũ etiã canis. idẽ ad carcinomata utile est, non tñ sanare potest, nisi non ualde exesa. Suillũ restaurat corpus, & ad eadem ualet, ad quæ humanũ. repurgat eñ proprietate quadã sanguinẽ. Sic & ouorum nutrit, dolores sedat. Meminisse autem in omnib. decet, semper eam partẽ eligendã in singulis, quæ proposito & proprietati rei maximè congruit: uelut in chelidonia ignẽ, in sanguine suillo & ouis aẽrem. aerea eñ parte nutrimur, uelut & ex uiola & nimpheæ floribus aquã. sola eñ hac parte hæc utilia esse uidentur, aut maximè. Ex uiperarum ergo carnib. terream & aẽreã partẽ cum ignea coniungere oportet. terream eñ ignis uim exacuit. Vnde fit ex ardente aqua genus quoddã simile aquæ separationis, sępius eñ destillata, deinde fecib. etiã destillatis, quodq; terreũ est exusto ac cõmixto aquæ ardenti denuoq;, post præparationẽ fimi destillando, ac rursus exustis fecib. aqueaq; parte quę in imo est secreta, iterumq; cõiunctis destillatisq;, tandẽ aqua acerrima & quæ



Cucurbita rostrata

Aether ex alijs uarijs rebus.

Aqua ardit acuta.

parum ab aqua separationis degenerat, excipit. Hac sperant aurũ posse liquefacere, quod etsi contingeret propter ea quæ dicta sunt, adhuc nihil fermè actũ esset: nam epotum illud aurũ non subigeret. ad margaritas tñ colliquandas & corallos forsan sufficeret, horũ em̃ possibilis est dissolutio, & in dissolutione corruptio. Omnia em̃ quæ sic soluunt, corrũpuntur, nõ parum tñ refert quibus dissoluant aut corrũpantur: uelut aqua ardẽs innoxia est, tametsi dissoluant in ea margaritæ aut coralli. F ex tñ propria præter id quòd magis innoxia sit, magis etiã adiuuat ad dissolutionẽ propter sympathiã, ut aliàs de lapide qui ex humano sanguine cõficitur, dictum est. melius em̃ cõiungitur misceturq; tũ corpore tũ uirib. ei cui ab initio unumquodq; cõiunctũ fuit, similiq; primigenio gignere aptius est, quam si omnino alienæ rei, & cũ qua familiaritatẽ nõ habuerit societ. Sed aqua hæc tñ ad multa utilis & efficacissima, presertim dentib. & depascẽtib. oris ulcerib. tũ pudendorũ

Dentiũ morbis optimum auxilium. Metallicorũ æther quomodo excipiatur.

Quæ igitur metallica sunt, ut stibium aut plumbũ, duplici ratione destillant, una quidẽ ut dixi sicco adiuncto corpore, ut calce, arena, laterib. cinere, atq; eo modo in oleũ transeunt, sed exustũ & à primigena natura alienum: altera uerò talis est ut ad ætheris naturã fermè transeant. Sub fimo in aceto acerrimo cõtrita tenuiter sepeliunt ad aliquot dies: post sublato aceto aliud superinfundit sepeliturq;, inde hoc detracto rursus, ac coniuncto priori, aliud addit eidẽ materiæ: atq; id toties repetit donec acetũ ex cõiunctione metallici colorẽ mutare desierit. tum demũ totum acetũ destillatur, at quod relinquit, liquori simile pro materia ætheris habendũ est. Hoc igit circulatione perficitur, sed tñ maiore ui caloris quam uerùm æther indiget. neq; em̃ metallica substantia adeò rara esse potest, ut tã facile ascẽdat. Itaq; ubi bis aut ter defecaueris hunc liquorẽ, ætheris substantiã habebis: intus etiã quandoq; utilẽ ad insanabilia ulcera uelut gulę pulmonisq;, modò neq; recõdita sint admodũ, sed iuxta asperã arteriã, neq; præter ulcus uomicã habeat. nã talia si quis rectè perpendat, aut Galeni sententiã, aut curandorũ abscessuum & ulcerũ simul rationẽ intelligit esse prorsus insanabilia. Porrò ad omnia externa ulcera, quod ex stibio cõficitur, incõparabile omnino est. Potest aũt hoc genus ętheris, imò & quodcunq; aliud, & præcipuè primũ bifariã etiam alijs iungi medicamentis: uelut illorũ uires adtrahat, uel utilis copulatũ ea corroboret, adiuuet, & penetrare faciat. Retũdit prӕterea prauitatẽ medicamẽtorum ipsum æther alterutro modo commixtũ ipsis, celeremq; & efficaciorẽ illorũ operã reddit. Iã uerò multa sunt huiusmodi uaria ac scitu digna, uelut & illud, quonã pacto ex uino nouo aqua ardens cucurbita detrahat: dum em̃ sponte feruet ea, superposita destillat aqua, sed nõ optima, uerũ inutilis fermè & odore atq; sapore carens, tum uerò de modo ætherem faciendi dicere superest: at hoc in libro de Secretis cum docuerimus, finẽ huic tractationi imponemus. De Aqua igitur & Aethere satis dictum sit. Nunc ad alia transeamus.

Aqua ardẽs quomodo ex musto.

Libri de Aqua & Aethere finis.

Hieronymi

HIERONYmi Cardani Mediolanensis medici, de Cyna radice, seu de Decoctis.



ROxima huic tractationi uidetur ratio decoctorum magnorum. Verùm par mihi uidetur difficultas in tradendis disciplinis, atq; in frugibus serendis, seu nimis sterili loco arescãt sata, seu læta pingui proueniant, & à multitudine inutilium herbarum suffocentur. Vtq; illud magis abominamur, ita hoc plus detrimenti afferre solet. Verùm non eo studio ista scribimus, ut usum à multis sola experientia traditum Cynę doceamus, atq; disputemus an Cyna à Syna Gręco antiquo prouinciæ nomine, an Cyamba uulgari ac nouo deducatur: quę disputatio superuacua mihi uidetur. sed cum satis constet in ea regione illam nasci, operæprecium fuisset si (postquam soli historiæ ac experientiæ inhærent ratione non satis perspecta) cuius plantæ radix hæc fuisset, edocuissent. Referunt quidam, plantam arundini esse similem, nasciq; iuxta mare & locis palustribus, cũ alij contendant in promontorio. Ipsa sanè radix uulgaris acori nostri similis omnino est. Regiones orientis ut aliàs docuimus, & maximè quę ad meridiẽ positæ sint, succosiores & efficaciores plantas progignere solent: quod etiam in aro matibus uidemus. similiter & montes, q̃ humilia loca: & iuxta mare, q̃ flumina. Verũ quod magis considerandum est, cuius etiam causa hunc laborem suscepimus, est, quonam pacto per continuam non huius tantum medicamenti, sed plurium etiam aliorum exhibitionem constitutamq; uictus certam rationẽ morbi alioqui in expugnabiles superari possint ac soleant. Sic ligni sancti, & Sarzæ parilię, & arboris quæ in noua Gallia inuenitur, decocta miras sanationes efficere perpetuo experimento deprehenditur. Constat sanè hunc modum unum ex his undecim esse à nobis in arte Medendi nostra parua connumeratis, per quos magni morbi solum curari possunt. Existimant quidã præcipuam causam esse inediam, alij euacuationẽ, ego uerò intẽperiei mutationem. nã cum potus fuerit totus medicatus, simplexq; cibus, inficiet cibus & ipse. unde nutrimẽtũ: at ex nutrimẽto humores generant, à quibus mẽbra restaurant. Membra ergo ipsa & humores mutata ad arbitrium nostrum intemperie nullum morbum qui superari non possit, hac ratione meritò pati possunt. Adiuuant ad hoc euacuationes, quæ per huiuscemodi contingunt, ut inediæ & exhalatio, quam meritò digestionem per poros seu cutis meatus appellare possumus. Ergo cum

quatuor sint causæ, inedia, digestio, euacuatio, mutatio intemperiei, quam etiam principalem esse docuimus, nemini dubium est, etiam citra omnem euacuationem manifestam maximos morbos posse sanari huiusmodi decoctorum assidua assumptione. Quod solum in periculo uersatur, cuiꝙ diligenter intendendum est, est ne, decocta illa retineantur uel hac coniectura, quòd cum magna quantitas assumatur, nihil exeat, aut ualde purum. Pro quo solent qui diligentius artem exercent, interulas pondere expendere, tum primum cum siccæ fuerint, deinde cum sudore maduerint. uidi frequenter discrimen Italicarum unciarum nomen esse, sic tutò duplici ratione in decocto perseuerare possumus, tum quia quod superfluo ingeritur, etiam euacuatur, tum quòd hoc indicium est uincentis naturæ, ac rectè operantis: unde suspicari non debemus, in reliquis partibus assumpti humoris pigram futuram. Altera coniectura est, si aqua uentriculo innatet, nam neꝙ excipitur à uenis, ut prodesse possit, & coctionem uitiat calorem obtundendo: & uitiatam corrumpit, dum alimento immiscetur. Fieri etiam potest, ut sic in uentriculo retenta sudorem moueat ob præsentem uim caloris: nam fermè feruentia decocta ebibi debent, ut optimè docebat Auenzoar. His ergo duobus in casibus ab eiuscemodi exhibitione abstinendum semper est post septimam diem in robustis corporibus, in imbecillib. autem post quartam. Et quamuis nec sic tutò exhiberi possit, quippe nuper Hercules Robechus amicus noster, cum neꝙ in uentriculo noxam sentiret, & abundè sudore perfunderetur, liberatusꝙ ob id sit cachexia, nihilominus in ipso fine cholera morbo uexatus, tantum reiecit aquæ, ut nesciam ubi illam interim potuerit continere. Ita ergo etiam si non prodeat sudor, si non mingat multum, parua quantitate, modò secundum rationem exhibeatur, uti licebit. Atꝙ par ratio in aquis thermarum habenda est.

Obseruanda autem in omnibus ne temerè ad talium exhibitionem accedas: primum ut corpus, quantum fieri possit, præpurgatum sit ab humoribus ac liberum ab obstructionibus bonisꝙ cibis antea saltē per quadraginta dies nutritum, neꝙ exhaustum uenere aut immodicis laboribus aut curis, nec uigilia adsit: tempus uerò non frigidum. his quinꝙ conditionibus modò contraria cōtrarijs opposueris, ut pote Cynæ decoctum calidæ, ligni sancti frigidæ intemperiei securè poteris exhibere. Vt ergo omnium unum sit exemplum, postquam de Cyna sermonem cepimus, illius historiam absoluere propositum est.

Est Cyna radix crassicie fermè brachij, ubi manui coniungitur, nodosa adeò, ut quidā ex arundinū genere eam esse existiment: mihi aūt uidetur è genere serpentiū, ut hederæ lupi salictarij, intus quidē fungosa, rufa, subalbescēs, exterius lenis, & q̄ optima est ferrei coloris, quæ minus nobilis ferruginei, sed splendidioris. Itaꝙ mihi uidet̄, ut metallū tractu tēporis rubiginē cōtrahit, ita hæc radix cōtraria ratiōe, alioq ferruginea ferrei sit coloris. Grauis est admodū, q̄ optima est: & quāto ab hoc dehiscit, tanto ꝓfectò ignobilior.

bilior. Odoris penè nullius, saporis aũt subacidi, pinguem tñ illius substã-tiam esse cõstat ex decocti gustu. Vis eius quanta ulli aliȷ pharmaco: unde qui illius facultatẽ ex primis qualitatib. determinare conãtur, neq uera dicere, neq quę scripsimus nos in libris de Subtilitate, de medicamentorũ uiribus nouisse uident, quippe dẽsa substantia, atq eadem tenuis etiã minimis qualitatib. prędita longè maiores effectus efficere potest, q̃ uel piper uel gingiber. Quid enim mirabilius esse potest, aut maximarũ uiriũ maius argumentum, q̃ quòd sexies decocta atq ex uncia in centum quinquaginta aut amplius aquæ, septima rursus uice aqua adhuc tingitur, eadem cum sale & oleo mixta pro clysteri egregiè feces atq humores detrahit.

Cuius uerò temperamenti sic quidam calidam in primo, siccam in tertio ordine esse affirmant. Ego si hac in parte contendere uellem, Galenumq se qui, operam ut dici solet atq oleum perderem. nam facilius nostris hærens principiȷs, dicam multo illam humido pingui atq denso abundare, quod cum mixtũ terreæ substantiæ atq eadem tenuissimæ sit, mẽbra solida firmare potest: unde non tam uulgare auxilium est, ut quidã existimant, nisi mihi ostenderint radicem aliam quampiam, quæ incocta ex uncia in libris quindecim aquę (ita enim præparari solet) totum illud iuri gustu atque aliquanto dulcius, uino uerò rubro substantia & colore simile efficiat. Quocirca nihil mirum est, si humido tam tenui, tã denso, tam multo omnia corporis mẽbra, omnes confractas solidasq partes permeare atq permutare possit. Ergo intemperiem calidã uehementerq frigidam, tum laxitatem mẽbrorum atq destillationes undecunq sint, sanare poterit: unde & cachexiæ & asciti & imbecillitati uentriculi ac iecoris atrophiæ & resolutioni, tũ his qui ex destillatione contabescunt, aut difficulter spirant, pręterea ulceribus omnibus etiam pulmonis, sed cum exactiore inedia opitulatur, tum sanguinis eruptionibus undecunque sint. atq hæc quidem uerè atq cum ratione. Addunt aliȷ podagram & coxendicis dolorem, tum lepram, scabiem, elephanthiasim, tum etiam morbum gallicum hoc præsidio curari posse: de quibus nihil habeo quod referam, cum experientia hæc constent, nihilominus non adeò huius radicis decocto fauere decreui, ut illud ligni sancti aut corticis decocto conferam. Quod uerò in hoc detrimenti est, cõmune est omnibus qui copiosè administrantur potibus, ut ligni sancti decocto & thermarum aquis, scilicet ut ob copiam ipsam ipsi uẽtriculo obsit. Labefactat em̃ eum, & quandoq nõ absq periculo. Et certè hæc noxa illi peculiaris & pręcipua est, & minimè contemnenda. Ferunt etiam lapidem confringere, id mihi incertum est: renes tamen sua multitudine purgare potest, intẽperiemq sanare, atq etiã illorũ robur, qua ratione etiã iecoris cõfirmare. uerùm id forsan aliquis obȷciet, dicens, Quomodo uentriculũ labefactat, iecur aũt & renes cõfirmare potest? ea ratio est, q uẽtriculus plurimũ simul aquę recipiens, distenditur & laxat, cumq membrũ sit exangue, multum debilitat: at cõtrà iecur & renes, cũ sanguinea sint, nõ facilè possunt debilitari, etiãsi confertim aquã exciperent: at confertim aquam excipere nõ

possunt

possunt, quia cauitatem nullam magnam habẽt. quomodo scirrhos dissol uere posśit, hæc aqua nullam parit difficultatem: scientibus quòd scirrhi à pingui humido atq; tenui & solum & facillimè dissoluuntur. restat ergo ut de electione dicamus.

Eligenda est recens, colore ferreo, grauis admodum: nam quæ optima est, his lapidibus assimilatur, qui infecti ferreo colore iuxta fodinas inueniuntur, non exesa, non cariosa: secanda uerò est in frusta coronatis aureis similia, unciaq; huius scobis, si morbus sit, mitior: aut duę, si mediocris: aut tres, si omnino inexpugnabilis sumenda erit. & similiter habenda est ratio par habitus atq; ætatis. In libras igitur quindecim aquæ fontanæ, & in uase figulino uitreato infundet per horas uiginti quatuor, deinde contecto uase excoquatur super prunas absq; fumo, donec tertia parte absumatur, inde seruetur loco calenti iam excolata. quòd si libeat ualidiorem habere, paucioreq; opus sit potu, duodecim tantum aquæ libræ assumãtur, ita redibunt ad uncias propè centum. Memineris etiam, ut perpetuò dum infusa est radix, dum excoquitur, dum etiam percolata seruatur aqua, ut semper exactè uas contectum sit, locoq;, ut dixi, calido asseruetur: nam si secus egeris (cum aliàs per se in uiginti quatuor horis acescat, quod etiam certum est indicium maximarum uirium) intra uigintiquatuor horas acescit: atq; ita pro medicamento transit in potum perniciosum, perseuerantibusq; exitiale. Indicio aũt est corruptam esse aquam, corruptio cõcoctionis, ad q̃ sequitur fluxus uentris pręter consuetudinẽ, cum ipsius radicis uis non leuiter sit astringẽs. Ergo detracta scobs in decẽ libras aquæ rursus debet infundi (nam frustra siccabit, ut quidã solent etiã in ligno sancto, cum nihil sit ad eptura melius, sed potius interim amissura) eademq; ratione post uiginti quatuor horas coqui ad tertiæ partis cõsumptionẽ, similiterq; seruari: atq; hæc secunda aqua uocabitur. Porrò triplex exemplũ huiuscemodi aquarũ decoquendarum edocebitur, ut iuxta rationem magnitudinis morborũ, atq; causæ etiam auxilia posśit administrari. Dicebat ẽm rectè Galenus in libro Artis medicæ iuxta finem: Paria uiribus debent esse præsidia cũ morbis, morborumq; causis.

Itaq; triplex modus erit: exquisitiśsimus hoc modo hora matutina (sit gratia exempli, nox horarum nouem æqualium, dies autem quindecim) in ipso ortu solis ab octo usq; ad duodecim iuxta patientis robur unciam decocti primi (nam huius solum est usus pro potu cum cibo seu interdiu) cum uncia una sacchari, sit autem calidiśsimum. sic enim sudorem, si omnino prolici possit, prouocabit, ebibat. idq; decoctum sit ex tribus uncijs scobis: inde tegatur substratis sex linteis mundis, cumq; sudore maduerit subtracto proximiore linteo ne refrigeretur, rursus sudare permittat̃, atque ita altero subtracta donec sudare desijerit, singula auferantur: demum interula commutata uestibus optimè integatur, sed tamẽ lenibus, & quæ minimè ipsum fatigent, hora decimatertia assumat panem bis coctum sine sale & cum saccharo præparatum, atque uuas passas, tum etiã creticas, sed tenuioris

nuioris

nuioris corticis, nec non in fine artocream ex amygdalis, quam Martium panem uocant: bibat quoque ex decocto ipso calido quantum libet, sed ut dixi immixto saccharo uel puriore melle, quale est quod ex Cephalenia insula, uel ex Hispania aduehitur: pòst iocis intentus, per duas horas saltem quiescat: unde si dormire libet, superdormiat. quanto enim plus dormierit, tanto melius est: tum quia sudores magis proliciuntur, tum quia uires magis reficiuntur, tum quòd decoctum ipsum in intima melius penetrat, tum quia corpus sudore exiccatum magis humectatur. Cauere tamen oportet in omni huius decocti exhibitione, ne Venere utatur (solet autem is potus, seu potius ea uictus ratio Venerem magis excitare) atq; ita cauere oportet, ut neque antea per mensem neque in ipsa potus assumptione, neque etiam post per mensem alium Venere utatur. exitiale enim penè est hoc, sicut & uentus & frigus peculiari quidem ratione forsan magis in hoc potu, sed generali haud dubiè, quandoquidem corpus ipsum & rarum & exangue & imbecille & supercalefactum admodum existat. Hora ergo rursus uigesima prima potū eundem quē manè accepit, eadē quantitate eisdemq́ue legibus assumat. Cœna uerò persimilis omnino prandio, idemq́ue potus, singulo uerò die noua aqua paranda est: imò duplex ut dictum est, & quantum superfuerit ex externa semper abijcendum. Porrò secundæ aquæ usus est pro clysteribus sale & oleo adiecto, ut dictum est. Et ut si contingat ægrum inediam ferre non posse, pulli in ea aqua incoquantur, ut alia quæuis quæ usui esse possunt. Sed quæ in usu est ad incoquenda edulia dimidium primæ aquæ denuò cum secunda excoctæ recipere debet, adeò ut scobi radicis cum iam infusa secundo iacuerit prioris aquæ pars dimidia aut tertia eiusdem diei superfundatur, simulq́ue coquantur. Ita ut omnium una constans sit ratio, scilicet ut uel ubi qui eduntur pingues non sint, cuiusmodi sunt ficus, pyra cocta, mel, saccharum pineæ, panis martius, uuæ Corinthiacæ & Creticæ: aut si pinguia sint, coctione in ea aqua à naturali statu permutentur, quo fit ut ouis aut lacte uel his quæ eo constant in hoc primo genere uti non liceat, quoniam neutra earum conditionum illis adesse potest. quamnis enim huic aquæ incoquantur, parum aut nihil à propria natura recedunt. eiusmodi ergo est exactissima huius potus tum aliorum similium administratio. In qua tamen licet serenis & non uentosis aut frigidis diebus spaciari, atque absq; cura negociari: intectum pellibus nobilioribus ac leuissimis, ut sine labore egredi liceat. Vnde etiam eques magis quàm pedes, imò neutiq̃ tutum fuerit omninò pedibus iter agere.

Secundus autem usus qui mediocris est, cibos quidem pingues bis in die admittit: sed ut suprà dictum est, perpetuò incoctos secundæ aquæ. Cætera uerò quæ obseruanda sunt omnino, ut in exquisitissimo modo retinenda sunt, uelut communia omnibus administrationum modis. Quale etiam est illud, quod in nullo genere exhibitionis decocti aquæ Cynæ æger uti debet excellenti aliquo sapore, scilicet aut acido

aut

aut austeró, uel acri amaroúe aut salso, sed omnia quæ illis participant penitus sunt relinquenda. Hoc uerò contingit ob id quòd cum aqua per se, & euacuatio quę ex aqua prouenit, multum exiccent, maximum ab alijs siccātibus periculum imminet. Ita quę coquuntur, absq; sale coqui debent. Iure autem pro potu in utroq; horum modorum uti licet, cum ius ipsum sit medicatum, & maximè cum iam corpus contabuerit. Cœnam quoq; aliquo astringente cibo præcipuè medicato claudemus, uelut cotoneorum, carne ex saccharo, aut cornis aut sorbis uel piris, aut coriandris conditis. Atq; in his omnibus tum alijs decoctis propinandis, non ut in febribus ab initio tenuissimè, cum materia multa pręparanda est atq; educenda, successu temporis corpore exinanito & uiribus imbecillioribus, nec natura præparationi, nec multo minus coctioni intenta: sed solum nobis temperamento restituendo copiosius atq; plenius reficiendus est æger, ut simul uires, caro ac tēperamentum celerius restituantur. Sed neq; à solis cibis uehementis qualitatis abstinere oportet, sed etiam duræ concoctionis uelut amygdalis ac pane iam diu excocto. Verùm & bis coctum recentem assumere decet: qui si tertiam diem non excedat, optimus erit.

In tertio uerò genere administrationis caro & maximè pulli iurulenta & elixata sine auxilio secundæ aquæ admittitur, imò assatæ experientia nō solum ratione omnibus præferendæ: atq; id generale est huic tertio modo uelut & oua, pisces tamen & caseum nemo probat. Sed quod maximè dubitatione dignum est, id est, utrum liceat in prandio atq; cœna uino uti? atq; si licet, an permixto decocto Cynæ? Decoctum Cynæ si tantum serapij loco assumatur, non uideo quid prohibeat, quemadmodum in omnibus alijs decoctis, quin homo possit cum cibo uino uti: uerùm ut nullo periculo res agitur, ita etiam minima utilitate. Sed an uino decoctum immisceri posit, magna dubitatione dignum est. Auicenna inquit, Et iungere serapium acetosum cum aqua hordei, malum est, quoniam illam corrumpit. Videtur & uinum corrumpere has aquas, uicissimq; ab eis corrumpi, atq; ita periculosam esse hanc permixtionem: nos autem experimento didicimus, nihil egregij aut boni aut mali ex hac permixtione consequi. idq; iure merito. namq; frustra fermentarentur medicamenta, si extemplò ea miscere liceret: sed non iuuant, quoniam alterum alteri impedimento est, omne uerò medicamentum ubi uim ignis ex decoctione in terrea parte conceperit, uinum ipsum corrumpit, ob id aqua simplex decocta non corrumpit: neç quæ cum odoratis, sed quę sponte acescere solent, minimè ligni, maximè decoctum Cynæ. cum enim in uiginti quatuor horis per se acescat, cur cū uino sumptum ipsum non corrumpet? neq; enim sic profluet per sudorē. Quæcunq; igitur sponte acescere nata sunt, & maximè si breui, ut lactis serum, Cynæ & hordei decoctum, si non assumptione per aluum aut urinas aut sudorem etiam breui expurgentur, corporis temperamentum corrumpunt. Quare neq; in ligni decocto, neq; in thermarum aquis id periculi erit, uerùm tutior est aqua thermarum: ligni enim decoctū æstate tertia die putrescit,

P.4. Tract. 1. Cap. 9.

putrescit, aut ad summū quarta. Neq; enim in his exacta putredo, quæ iā perferri non posit, expectanda est. Nullum igitur quod breui acescat medicamentum cum uino assumi debet: nam uini causa retinetur in corpore, ideoq; corrumpit atq; corrumpitur à uino: utraq; autem uentriculum debilitant, atq; iecur, atq; in malam traducunt intemperiem. Similiter neq; in cibis, si uino uti contingat, aqua permiscenda est: aquæ enim potus omnibus medicamentis ualidis cynæ, sarzæ, pariliæ, ligni sancti decocti, tum thermarum aquis noxius est ualde certo experimento, ne dicam exitio. præter enim quòd crassicie sua atq; frigiditate illorum opera impedit, corpus ægrotantis medicamento resolutum, atq; euacuationibus destruit atque labefactat. Similiter commune est omnium horum trium modorum generi, ut quandocunq; uelint, quantum uelint ex decocto bibant, modò calidum sit, sudorq; pro ratione quantitatis profluere soleat. Neq; eñ solū hoc non nocet, sed etiam egregiè iuuat. medicamenti enim habet rationē, tum potus ipse, tum cibus, qui cum eo assumitur. excipio tamen in his eos qui uinum bibunt cum cibo: nam his utique non conuenit, multoq; minus quā si uino permixtum decoctum quis bibat. Melius etiam erit, si uel statim à cibo, uel post quinq; horas non interim qui eo potu utatur. Atq; hæc de generali ratione dicta sint: nam alij de singulis certas quasdā normas tradiderunt, quas nos sic probamus, ut non à generalibus preceptis, neq; his quæ declaratione certa inuenta sunt, discedere liceat.

Licet etiam dubitare, an quod plurib. placet, medicamenta alia his decoctis sint immiscenda? multa hiccinde adducuntur, quæ omnino nō certam ac generalem rationē habent: nam thermarum aquæ, aut Cyna non admittunt. Thermarum aquæ, quoniam naturali calore constant, qui ab aduentitio corrumpitur, dumq; externam acquirunt, uim propriam amittunt. Cynæ decoctum cum in quodam temperamento exactissimo constet, & ad libellam quocunq; addito, uel minimo medicamento à constituta illa & moderata intēperie deijcitur atq; euertitur: itaq; nihil talibus permiscere oportet. At in decocto Indici ligni, cum per se uehemens sit & potens, nec iuxta exactissimam moderationem sit constitutum, sed uehemētiore caliditate quàm etiam siccitate agat, multumq; habeat pinguis humidi, tēperari potest, suasq; pariter retinere uires. atq; ita una hęc ratio generalis constituatur, Quæcunq; pinguia ualde sunt, nec circa cōstitutā mediocritatem consistunt, a qua tamen operatio illa desideretur, quæq; non sola natura constant, ea [illegible]ixtionem admittunt: uelut lignum sanctum, & magis cortex, maximè uerò ex uino. Reliqua non admittunt, scilicet quę natura constant, aut paruo prędita humido pingui, ex moderata quadam temperie opus suum perfi[illegible]unt: aut si plurimo etiam abundent, opus suum abundanti tenui, tamē pingui humido perficiunt, uelut Cyna. Vnde etiā in his obseruare decet, ut dum coquuntur, non respirent aut exhalent: nā optima pars atq; tenuissima, quantum licet, conseruari debet. Quòd si in duplici uase decoctum id fiat (id tamen expertus non sum) optimè cessu-

rum spero: nam cucurbita clausa (id genus est uasis) melius euadet, atque exactius obsoluetur.

Peculiare autem quoddam inest illi, ut scilicet à septima die aluus fermè ex toto supprimatur. Vnde tum ob id, tum ob morbi naturam in Indica lue ab ea die solent nõ parum dolores augeri, qui ut plurimum ad decimam quartam diem extenduntur sæuissimi: ac alui duricies usq; in finẽ scilicet xxiiij diem, qui communis est terminus. quanq; ego non improbem iuxta diuersorum laborãtium necessitatem uariari hunc terminum, atq; etiam nonnunquã usq; ad xl. extendi, uelut & in thermarum potu, sic & ligni sancti non ultima dies erit xl. imò ne lx (quanq; rarò ad eam necesse sit peruenire pro ultimo termino constitui debet. Si ergo aluus supprimatur, post tertiam diem clysteri dicto succurrendum: ante non licet, ne aut uires minuãtur, aut sudor diuertatur. Sed si aluus iusto plus fluxerit, carnes assatæ dentur, panis in iure ex Cyna madescat, unguenta ex miristicę nucis oleo, & absinthij adhibeantur. Si non sufficiant, etiam fomenta ex menta.

Ergo ut ad Cynę decoctum redeam, siccitate putredini resistit, temperamento in actiuis qualitatibus ad moderationem omnia membra deducit, succulenta substantia restaurat, uires atq; corpus impinguat: detergit uerò parte quadam leuiter acri, qua etiam illius decoctũ breui admodũ tempore non solum in acidũ, sed etiam amarũ transit saporem. Vbi uerò tanta uis decoctis inest, certè etiam contritis in substantia sint tam dura, ut superari nequeant, non minor facultas adesse potest, atq; ideo cum eorum substantia auxiliari decebit.

Porrò uim medicamenti huius, si ad lignum sanctũ conferre libeat, sic expedito. aduehitur ad nos hæc radix post biennium rarò usus ante quinquennium unciæ tres in xv libras aquæ ligni sancti unciæ quindecim, proportio effectus fermè tripla: proportio ergo quindecupla: cui si adijciatur moræ ratio, erit trigintupla. at lignum sanctum inter præcipua medicamenta habetur, & hydrargyrio fermè par. Vnde haud rectè dictũ uidetur, uulgare & inefficax fore medicamentum. Sed nondum ratio absoluta horum innotuerat. Neq; tamen hoc dico, quòd Cynæ uetustatem aut quinquennium illud probem, sed ut ostendam quanta uis illi sit.

DE CYNA RADICE FINIS.

Consilium

CONSILIVM
pro Illustrissimo D. Hieronymo Palauicino Marchione curtis maioris, qui laborat difficultate spirandi, descriptum per Hyeronymum Cardanum Mediolanensem medicum.



VM in quatuor consilijs agitatis per clarissimos collegas nostros multa ac uaria disertissime adducta essent, uisum est mihi, ne quicquam memoriæ uitio dilabatur, ut quæ recitata essent in unum colligerẽ, atq; in ordinem redigerẽ, simul etiam addens quæcunq; in rem facere uiderentur. Multiplicem autem ordinem seruare necesse est, primùm quidem tractandorum generalem: secundum ut primò ea proponamus, quibus omnes conuenimus: deinde si quid est, quod tamen exiguum est, in quo dissentiamus, subijciatur. Post hæc & in cura tertius ordo seruandus est inter ea quæ conueniunt ciborum, potuum, medicamentorum ac talium: atque in eo intermiscetur quartus ordo, qui duo habet capita. unum, scilicet à quo primum incipere debet: alterum, cui magis insistere oporteat. Hinc quintus ordo exoritur, scilicet ut doceamus quæ cuique tempori conueniant: utpote initio curationis, processui atque declinationi. Superest & sextus, in quo doceamus quæ pluribus morbis conueniunt, nam pluribus morbis eum laborare certum est, non unico tantum omnium consensu: & quæ uni tantum adhibita prosint, & quæ ualidiora, quæqúe imbecilliora. Vltimus ordo erit in auxilijs necessarijs adhibendis, ut sciamus, si hæc non profuerint, ad quænam alia sit transeundum: atque deinceps ex his in alia: ut demum sciremus, si priora non proficerent, quæ ultimo loco essent adhibenda.

Constat autem, absque his ordinibus uix posse tantam rerum congeriem utiliter tradi. Atque hos ordines difficillimum fuisset in ipsa consultatione proponere, imò etiam uanum: quandoquidem adhuc difficilius fuisset propositos memoriæ commendare.

Primùm igitur suppono dispositiones, quæ in illo sunt manifestæ: nam ut Philosophus ait, Omnis nostra doctrina à notioribus nobis originem ducere debet. Sunt autem notiora hæc, difficultas spirandi, de qua ipse maximè conqueritur, & cuius causa nos omnes aduocauit: dein de flatus erumpens è uentriculo, atque uitiata concoctio prima, quam

ipse dispositionem manifestè percipit, tametsi ab illa non adeò se impediri existimet. Est tertia dispositio, inflatio uentris non leuis, similisq́ hydropi, quæ incipit ab ensiformi furcula, & continuè augetur usque ad umbilicum, permanetq́ etiam infra illum per duos digitos: deinde declinat præceps, non more asciticorum uersus pectinem. Ab hac dispositione quamuis lædatur non parum, ipse tamen se non lædi putat. Quarta dispositio, est turbulentia urinæ cum paucitate etiam, neque urina claratur, tametsi subsidant multa modò rubra, modò alba, modò ruffa. atque hęc sunt in quibus omnes conueniunt, quæqúe sensus ipse ostendit. Adest & quintum, quod præter naturam est, duricies scilicet splenis, quàm neque ipse curat, neque medici grauioribus intenti magnifaciunt: tametsi & ipsa difficilis sit curationis. Conuenimus etiam intemperie membrorum principalium, cordis, cerebri & iecoris, quòd calida sit.

De passiuis autem qualitatibus aliquod discrimen fuit. Erat unus qui existimauit, esse siccæ temperiei, sed usu factam esse humidam ob ocium, quod non uidetur uerùm: quia ex permutatione ætatis, ut habetur sexto de Tuenda sanitate, humida temperies potest fieri sicca, nō autem sicca fieri humida in principalibus: secus est de habitu totius tertio de Causis pulsuum, capite secundo. Sed postquàm conuenimus, quòd nunc etiam ex illius sententia est humida, ideo uelle uerba producere in hoc, esset potius insectatio, quàm res utilis. Concluditur ergo, quòd temperatura cordis & iecoris omnium consensu est calida & humida, loquendo de naturali.

De cerebro autem, cum consentiant quòd sit calida in passiuis, est aliqua difficultas. Sed postquam etiam conuenimus, quòd præsens sit sicca, curiosi esset uerba plura de hoc facere, maximè quòd nullus nostrum ponit cerebrum esse in causa alicuius horum morborum, aut symptomatum, uel destillationis. Solum apparet paucitas somni tanta, ut sit mirum. plerunque enim subsistit intra tertiam horam, nunquam quartam complet.

Conuenit etiam inter omnes, quòd color faciei sit bonus, & præterea habitus totius satis carnosus: & quòd crura iam diu tument cum pedibus, usque ad genu fermè, tumore molli, sub forma anasarcæ uel œdematis. Conuenimus etiam pręterea, quòd ipse passus sit magnos mœrores ac diuturnos: & diu uixerit in ocio, & quòd plurimo uteretur cibo & potu, cum tamen antea assuetus esset exercitationi. Rursus quoque, quòd natiuam habeat quandam difficultatem spirandi, quodq́ esset aqualiculus more matris suæ: & quòd iam tredecim uel quatuordecim annis elapsis magnam effuderit sanguinis quantitatem ex ore: quodqúe uerisimile est eum sanguinem profluxisse potius è capite, quàm è pectore, postquam tam perfectè sanatus est, remansitq́

omnino

omnino ſine tuſſi. Conſtat etiam, quòd hæc difficultas ſpirandi incœpit circiter uiginti abhinc menſibus augeri uehementer, & quòd licet melius ſe habeat excuſſo flatu per eructationes, & dum ieiunus eſt, tamen nunquam adeò liber eſt, ut poſſit facile ſupinus decumbere: uel quòd redeat ad priorem ſtatum, in quo erat iam duobus annis elapſis. Omnes etiam fatentur, pulmonem, uentriculum, & ſplenem, & iecur magis eſſe imbecillia. Hæc ſunt, in quibus conuenimus omnes.

Vt uerò ſingula diligentius exquiramus, ſciendum eſt, quòd omnes reſpirationis difficultates ad tres differentias reducuntur, aut inſtrumenti, & ſic fit magna & parua: aut motus, & ſic uelox & tarda: aut quietis, & ſic denſa & rara. Manifeſtum eſt autem, quòd uelox & tarda dupliciter dicuntur, & de inſpiratione & de expiratione: ſicut & rara & denſa de duplici quiete, ſcilicet ea quæ ſequitur inſpirationem & expirationem.

Magnitudo quoque & paruitas etiam dupliciter dici poſſunt, & dupliciter eſſe: uelut ſi nimis extendatur, aut nimis maneat extenſum membrum reſpirationis, atque ita de contractione. Fient ergo ſimplices & duplices & multiplices, maximequé compoſitæ octo modis: uelut ſi quis dicat magnam inſpirationem, bifariamqúe & uelocem & raram: expirationem autem magnam, & bifariam denſam & tardam, exempli gratia.

Hoc igitur genus reſpirationis haud magnam eſt, neque denſum, atque magis in inſpiratione quàm expiratioue laborat, uelut eleganter animaduerſum eſt ab uno ex collegis noſtris, cum tamen diu non poſsit ſubſiſtere ſupinus, uidetur quòd ſit denſior quàm oporteat. Impedimentum ergo eſt magis in quiete quàm in motu: quanquam & in motu adſit, & in motu magis quàm in inſtrumento. Vnde conſtat, hoc impedimentum contingere ex parua attractione aeris, propter anguſtiam meatus, quæ multipliciter poteſt contingere: aut per impedimentum, quod ſit in ipſo primo inſtrumento, quod eſt pulmo: aut per conſenſum, qui quidem non poteſt eſſe niſi in functione ipſius ſepti tranſuerſi. & hoc duplici modo: aut propter facultatem, in ipſo uitiatam, quod non credo, quia nulla eſt cauſa præcedens, quæ iſtud decernat.

Omnes autem concordant, quòd ex grauitate iecoris & lienis & flatu. Sed iſta non ſufficiunt, cum uitium non ſit neque in inſtrumento principali, neque in primo per eſſentiam: ergo non eſſet continuus hic morbus.

Cum uerò concludatur, quòd ſit continuus etiam, quoad magnitudinem exceſſus, ſequitur quòd ſit per eſſentiam etiam in altero illorum. Sed non eſt in principali, ergo in primo inſtrumento, id

est, pulmone: & hinc uel est mala qualitas, uel compositio. nam de solutione continui non creditur.

Et si est compositio, est in figura, & ea quæ impedit transitum aëris: quare in arteria uenali, quia in aspera arteria faceret tussim: & in uena arteriali, cum sit plena sanguine, non posset esse per essentiam. Neque potest esse materia, quia tam longo tempore uel induresciset, uel fuisset expulsa: neque potest esse grando, quia grando non generatur, nisi in aspera arteria: non in uena arteriali, cum sit plena sanguine tenui & spiritu. Relinquitur igitur tandem, ut uel sint tubercula iuxta arteriam uenalem, uel crassicies in substantia pulmonis, propter quam comprimatur arteria uenalis, uel siccitas in pulmone.

Ex his tribus uersimilius est, quòd sit crassicies & duricies, quoniam non uidentur præcessisse causæ tuberculorum: neque tantæ siccitatis, quia senes etiam decrepiti, quamuis habeant siccissimum pulmonem, tamen non laborant difficultate spirandi. Est etiam alia ratio, quia uidemus duriciem in splene, & suspicio est etiam de iecore: & certum est, quòd iecur generat sanguinem inæqualem, scilicet atrum & serosum, sicut apparet in urina. & ideo concludo, quòd causa huius difficultatis spirandi est duricies in pulmone, cuius indicio est etiam, quòd ipse non potest decumbere supinus: quia partes pulmonis cum sint graues, non possunt facilè leuari in illo situ. & ideo licet hoc signum sit generale in omnibus difficultatibus spirandi, tamen in hac maximè uiget.

Quo ad secundam dispositionem, quæ est flatus, omnes concordant adesse flatum: & illum esse causam difficultatis spirandi. Sed quidam uolunt esse in uentriculo, & in intestinis tantum: plures concedunt, quòd sit inter peritoneum & omentum, & etiam in uentriculo & intestinis: & hæc fuit communis opinio. Ego uerò censebam, etiam esse spiritum inter capsulam cordis, & septum transuersum ac pleuram, & quòd ille esset causa difficultatis spirandi in ipso pulmone, comprimendo illum.

Quòd autem sit iste spiritus inter omentum & peritoneum, potest declarari ex his quæ dicemus in tertio symptomate. Sed quòd non sit causa difficultatis spirandi, neque hic neque ille qui est in uentriculo, apparet luce clarius. nam multi laborantes dolore uentriculi ex flatu, & etiam alij ex tympanite perfecta, non tamen laborant difficultate spirandi, de qua curandum sit: ergo multo minus hic qui neque laborat tympanite exacta, neque tanto flatu, ut uentriculus doleat. Et quia dicunt, quòd ab eructatione iuuatur: ideo accipiunt concausam pro causa.

Nam flatus ille est causa augmenti difficultatis spirandi, non autem

tem causa difficultatis spirandi. Et est, ac siquis diceret, quòd phlegmon in digito est causa pulsationis, cum sit arteria, & phlegmon sit solum causa sensus pulsationis.

Quo ad tertium, dico quòd est tympaniticus, non tamen confirmatus. & hoc declaro, quia est tumor uentris: ergo uel ab aqua, uel à flatu, uel à pinguedine. sed cum crescat ac decrescat celeriter, necessariò est à flatu. Quòd autem iste flatus sit inter omentum & peritoneum, apparet, quia si esset conclusus in intestinis aut uentriculo, faceret dolorem: etsi non esset conclusus, faceret murmur. Sed neutrum facit, igitur continetur inter omentum & peritoneum.

Quidam opposuerunt dictum Auicennæ, quum dixit: Et quum uenter percutitur manu, auditur ex eo sonitus utris inflati, non autem aqua pleni. Dico quòd distinguit inter genera hydropis, non autem ponit tanquam signum proprium: imò dicit in eodem capite, loquens de ea: Sed quandoque est tensio. ergo non uult quòd ad sit semper. Et Aetius libro decimo, capite uicesimo: In principio inflatio sola esse uidetur, postea tamen flatus inspissatur. ideo cum non fuerit tensio, nec erit sonus, ut isti credunt.

Adducuntur tria alia in oppositum, scilicet bonitas coloris, carentia sitis, & diuturnitas morbi, cum etiam sensu percipiatur cute correpta crassicies illius, & pinguedo. Responsum fuit per unum ex collegis optimè, quod mirum uidetur, quòd inter curas & summos mœrores ex macilento, ut fatentur, factus sit adeò obœsus. Et quòd tumor crurum cum sit morbosus manifestè, non declarat bonum habitum in uentre. Ad reliqua diximus omnes, quòd sunt signa intercutis confirmatæ.

Quantum ad quartum, & est urinæ turbulentia suprà dicta, de qua omnes uno ore censent, quòd sit ex imbecillitate iecoris, & illam significet. Ego fateor, quòd adsit imbecillitas iecoris omnino, & reliqua, scilicet uitium in compositione, obstructio & duricies: non tamen concedam unquam, quòd ista turbulentia proueniat ex imbecillitate. Tum primò, quòd imbecillitas iecoris facit urinas aquosas, & nõ turbulentas: tum etiam, qui uidemus multos cum summa imbecillitate iecoris, & cum hydrope confirmata, qui tamen non habent urinam turbulentam.

Alij dixerunt, quòd sit turbulenta propter excrementa undequaque, & ex toto corpore aduenientia: sed & hoc suspectum est, quoniam illa excrementa separarẽtur & residerent in fundo tota, quod falsum est. Quidam dixerunt, quòd est ulcus & sanies, è iecore profluens, sed & hoc dubium est, cum non appareant signa reliqua ulcerum, & maximè dolor.

Dico autem compendiose, quòd turbulentia urinæ fit propter

materiam, quæ est pinguedo, sicut aliàs declaraui: & quia illa pinguedo non potest separati uel propter imbecillitatem caloris, ut in hyeme: quæ tamen non adest, ut dixi, uel propter uehementem permixtionem, sicut uidemus in decoctis, quæ fiunt turbulenta. sed si parum sint cocta, citò clarescunt: sin autem diu, tardè: etsi adhuc diutius, nunquam. Dico ergo, quòd hæc urina turbulenta significat multum liquamen, diu concoctum cum ipsa urina propter impedimentum obstructionum, & imbecillitatem caloris naturalis cum magnitudine præter naturalis caloris: & propter hoc sequitur, quòd splen fit durum, quia si urina non potest separari, quæ est res aquea, multo minus fiet separatio in sanguine. Ex quo sequitur, quòd ipse sit paratus ad scirrhos, & in pulmone, & in iecore, & in omnibus membris, & causa difficultatis spirandi inde proueniāt & notæ sint. Hinc etiam coniectari licet, undenam proueniat tumor in ille in cruribus, qui quidem est ex genere anasarcæ. dicebat enim Hippocrates in primo Prognosticorum: Quibuscunque ab epate aquæ inter cutem oriuntur, his tusses tussiendique promptitudo accedit, & nihil memorabile expuunt, & pedes tument, & uenter non egerit, nisi dura & coactus: & circa aluum fiunt tumores, aliqui in dextra, aliqui in sinistra parte tum consistentes tum considentes. Manifestum est igitur, pedum tumorem tum etiam crurum, esse ex genere anasarcæ, & non ueri ædematis. Sed quia curatio illius pendet ex curatione tympanitidis, ideo non longius proferam sermonem.

Vtrum uerò dicatur asciticus? dico quòd sub uno sensu nō dicitur uerè asciticus, id est, quòd plurima aqua collecta sit in uentre. duobus autem alijs modis asciticus dici potest, scilicet quòd aquæ pars est in uentre: alio modo etiam dicitur asciticus in sensu aquæ intercutis, quia aqua continetur inter cutim & peritoneum. principalior tamen morbus est tympanites.

His diligenter consideratis, deuenio ad prognosticum: & dico quòd hic morbus non potest breui sanari, quoniam est compositus ex pluribus. Secundò, quia sunt morbi longi in ætate senili. Tertiò, quia est quasi connatus illi. Addo quartam, quòd ipse patiens non conatur morbum propellere exercitationibus alijsq́ rationibus, quibus tales morbi diminuuntur.

Nam quod ad primum attinet, multi atque uarij difficilius propelluntur quàm simplices: atque etiam eo magis, quòd contrarij sint temperaturæ, iuxta illud Hippocratis: In morbis minus periclitantur ægrotantes, quorum naturæ aut consuetudini, & cætera. Quod ad secundum spectat, dicebat Hippocrates: Morbi longi in senibus plerunque illos comitantur ad mortem. Quod ad tertium attinet, manifestum est quod raro hi qui sunt læsi, magno affectu in mēbro

principali,

principali uel neceſſariò poteſt diu uiuere, & à difficillimis morbis eua-dere. Maius autem periculum imminet ex ſuppreſſione urinæ: nam ſta-tim ut ad illam perueniret, uenter intumeſceret, ſpiritusq́ deficeret, atque ita breui periret.

Eſt autem paratus ad hanc ſuppreſſionem multis de cauſis: prima, quoniam urina eſt craſſa & turbulenta, quæ facilè intercipi poteſt. Se-cunda, quia adſunt obſtructiones magnæ, & duricies in uiſceribus, quæqúe calorem naturalem obtundendo tum comprimendo mole ſua, urinam facilè ſupprimere poſſunt. Tertia eſt flatus, qui ſimiliter & com-primendo & refrigerando impedimentum urinæ afferre poteſt. Om-ne enim elementum, ut aliàs dixi, frigidum eſt, quamuis id Ariſtoteles & Galenus negent. Quod ſi demonſtrationibus à nobis allatis quiſ-quam pertinacius repugnet, diſcat ſaltem experimento ita eſſe: atque hoc periculum ex ordine morbi atque naturæ, etiam ſi omnia ritè per-agantur, contingere.

Secundum periculum eſt, defluxio materiæ à capite, ex qua poſ-ſet facilè ſuffocari. Sed ad hoc ut minus procliuis, eo magis tamen in illud facilis lapſus, & nulla redemptio. Propterea caueat pro hoc Ve-neris uſum immodicum, coniunctum cum nimio potu, aut iter in Sole ardenti, ex quo poſſent colliquari contenta in cerebro uiolenter, atque ita ſuffocari. Tertium periculum eſt, ne incidat in febrem aliquam malignam ex magnis curis, ad quas procliuis eſt, ex metu uitæ fi-liarum. Ab omnibus tamen his ſpero tutus erit diligenti obſerua-tione.

Dico ſecundò, quòd cura iſta perficietur ſatis bene, propter qua-tuor gradus, qui ſunt in ea, cum quibus tanquam per ſcalam aſcen-dendo perueniet ad ſperatam ſanitatem. Ex quo manifeſtum eſt, quòd oportet ipſum diligenter, quæcunque pertinent ad ſex res non naturales, obſeruare: quia illæ ſunt magis neceſſariæ. Tertio dico, quòd hæc cura neceſſariò erit prolixa, & hoc propter quatuor cau-ſas. prima eſt, morborum magnitudo & prolixitas: ſecunda, eſt mul-titudo eorum: tertia, eſt nobilitas ſubiecti, quæ facit ut debeamus ab-ſtinere ab omnibus medicamentis ualidis atque potentibus, iuxta il-lud quod dicebat Galenus in libro de prædictione ad Poſthumum: In principibus non debemus uti medicamentis potentibus, neque ullo modo ſuſpectis. Quarta cauſa, eſt aſcenſus per gradus. de quo di-cam ſuo loco. Poſſet & addi quinta, ſcilicet quòd ipſe non obſer-uabit cuncta, quæ ei præcipientur, ita ad unguem, ut deberet. Ex quibus concludo, quòd iſta cura non perficietur hoc anno, ſed in duo-bus annis tantum, aut etiam tribus.

Nam & ſi curaret magna ex parte: ita quòd in æſtate ui-deretur ſibi ſanus, & eò magis etiam in autumno, & maximè

in fine:

in fine : tamen hyeme reuertet morbus, licet non adeò sæuus, sicut fuerat antea. nihilominus maxima cura erit circa præseruationem, ne labatur in deterius, non ut possit perfici sanatio.

Secunda pars prædictionis est, quòd diuersis temporibus ualde diuersam subibit conditionem, primum ex ratione partium anni : nam uere mediocriter se habebit, deinde melius iuxta finē ueris & per totam æstatem & dimidiū autumni pòst deterius & maximè ui profunda hyeme & φυτάλια. Item in temporibus pluuiosis ac uentosis, maximè borealibus: deinde austrinis deterius quàm sereno cœlo : aut Euris uel Zephyris spirantibus.

Et deterius etiam nocte quàm die, & in die: uesperi, quàm mane : & post cibum, quàm ante cibum peius semper. Et hoc generaliter, quia aliquando regulę hæ fallunt. Et hæc non solum conferunt ad prædictionem, sed etiam ad curationem, quia periculosioribus temporibus oportebit cautius agere, & diligentius præcauere : sicut etiam in accessionibus, ac reliquis.

Ad prognosticum etiam pertinet scire, quoniam quantum flatus discutietur, tantum etiam decedet ex difficultate spirandi : & quòd tumor ille uentris modò descendet in scrotum, modò etiam usque ad pedes & crura, & quòd propulsata materia tumorem ingentem in illis excitare posit. Quod si contingeret, periculosum esset: secus de tumore scroti. Est igitur periculum de incremento ipsius anasarcæ. Illud etiam est consideratione dignum, quòd genera hæc hydropum inuicem commutantur & augentur: & una aliam fouet, & similiter, propter dictum Auicennæ. Et quandoque materia, quæ est in pulmone, transmutatur ad iecur, & facit hydropem. Hæc igitur omnia diligenter sunt animaduertenda: & quòd cum corpus impurum sit, erit etiam paratum herysipetalibus & per phagedenis & ulceribus malis, & scabiei. Nam scabies & psora fiunt ex humore seroso corrupto. Et si contingerent ulcera in cruribus, facilè euaderent in prauitatem magnam, & difficillimè sanarentur.

His expeditis deuenio ad curam, quæ iuxta scopos triplex esse debet: præseruatiua, sanatiua, & symptomatis curatiua. Hic enim morbus expostulat hanc tertiam partem, sicut etiam docuit Auicenna decima tertij: & unum quodque horum perficitur tribus auxilijs, uictus ratione, medicamento, & manuum operatione. Rursus in his scopos scire oportet, cuius nam ordinis sint primi, secundi, tertij, quarti, ac sic deinceps.

Primus ergo scopus est, dilatare uias anhelitus, & siccare atque extenuare uentrem. Atque hic est primus scopus in intentione. Secundus scopus est, ut materia impediens, quæ coniuncta est, & dicitur flatus, & crassior humor, tum caro in pulmone discutiantur.

tur.

tur. Vt uerò hoc fiat, tertius scopus insurgit auferendæ malæ intemperiei, iecoris, pulmonis, uentriculi & lienis. Ex quo habetur quartus scopus, ut auferantur duricies, quæ sunt in liene & iecore, atque obstructiones. Quintus scopus, ut materiæ antecedentes euacuentur, & ut non amplius generentur: sed ut euacuentur, insurgit. Sextus scopus, ut præparentur. Præparatio in quatuor consistit: ut crassa attenuentur, lenta diuidantur, aperiantur obstructiones, & ut aluus facilè fluat. Intentio uerò prohibendi generationem materiæ antecedentis, est duplex, scilicet ut dentur cibi excrementis carentes, & ut bene concoquantur. Ab ista igitur sexta intentione curatiua operando inchoare oportet, ut perueniamus ad primam. Et hoc seruatis tribus illis conditionibus, quas Galenus in Arte curatiua refert: ut citissimè scilicet salutem, quam fieri potest, adipiscatur, ut perfectissimè, & ut absque periculo ullo, uel noxa.

Et quia, ut dicebat Galenus libro de Attenuante uictu morbi diuturni, plus ratione uictus, quàm à medicamentis iuuantur. Est autem animaduertendum, ut consuetudines malæ sensim immutentur, aliter nimis læderetur. Vt ergo ab animi affectibus incipiamus: nam constat animi affectus non minus mutare corpus nostrum, quàm labores atque reliqua. Igitur lætitia & spes, salutis optima sunt: uitare autem tristiciam, iramquè oportet. At id magis à cibo, & hora somni, in qua omnes cogitationes, etiam si tristes non sint, multum lædunt.

Quod ad somnum attinet, cum teste Hippocrate, somnus coctiones iuuet: manifestum est, quòd quanto plus indulserit somno, tanto illi melius erit. Et quòd debet esse iuxta Hippocratem in loco obscuro, in conclaui frigidiore, bene contecto corpore pannis, in cubiculo respiciente orientem sicco, inter duo solaria: in hyeme ignis alatur, in uere & autumno sol ingrediens locum illustret, in æstate sit perflatus à uentis: & si non potest dormire, decumbat saltem semper in lecto, usque ad decimam horam ab initio decubitus. De situ nihil dicam, quia oportet ut decumbat ut potest: etsi nimia prematur uigilia, inungantur pulsus ex oleo nenupharino: si non sufficit, unguento populeon. Vngatur etiam regio cordis: tutiores etiam in hoc sunt pillulæ nostræ.

Recipe styracis calamitæ optimæ olentis ℥i. fiant pillulæ quatuor cum uino mombasio uel uinaciola dulci: & de his capiat unam singulo uespere post cœnam per unam horam. Aliud nostrum expertum, & est ultimum, exhilarans animam, & est absq; custodia.

Recipe sacchari nenuphari seu ex nymphеæ floribus ℥ij. syrupi de pomis ℥s. moschi electi grana v. Misce bene. capiat post cœnam. Possunt etiam fieri stillicidia & odores, somnum conciliantes, & otalgia, & errhina. Sed hæc minus probantur. Animaduertere etiam decet, quod iuxta somni longitudinem oportet metiri

tiri etiam ciborum quantitatem, ut si paucus sit somnus, modico etiã utatur cibo: sin autem longus, uberiore & magis nutriente, uelut carnibus & ouis. Super omnia autem caueat ne tempore somni de tristibus cogitet. Sed solum iucunda sibi proponat: uiridaria, prata, uenationes. Motus etiam mensurare decet iuxta somni prolixitatem: nam ubi bene dormierit, optimè se exerceat: ubi malè, penitus non se exerceat, sed solis frictionibus & equitatione sit contentus: & dormiat capite elato, & pectore, uentre autem imo depresso, & cruribus.

Cum uerò in motuum mentionẽ inciderimus, par est ut de illis nunc agamus. Motuum igitur ratio à quantitate, qualitate ac tempore sumenda est. Quod ad tempus attinet, dicebat Galenus in libro primo de Cibis boni & mali succi: Exercitatio ut ante cibũ optima est, ita à cibo pessima: & ideo cauendum est diligentissimè, ut à cibo assumpto omnino quiescat: quòd si deliquerit in hoc, maximo incõmodo afficietur. oportet autẽ quiescere à cibo septem horis. Animaduertat etiam, quòd licet ex exercitatione uideatur cibus è uentriculo descendere, ipseq; leuius se habere, atq; facilius spirare: nõ tamen in hoc commodo confidat, quia successu temporis res in deterius labetur, sentietq; detrimenta falsę speratę utilitatis: pœnitebitq; ac conqueretur se deceptum. Ex hoc etiã patet ratio cuiusdam problematis, scilicet cur uideatur cibum concoquere melius de die quàm in nocte, cum hucusq; nox fuerit die longior, & somnus soleat coctiones ad iuuare, & etiam tenebræ? Ratio est, quia in die propter situm cibus descẽdit è uentriculo: in nocte uerò cum decumbat, non potest descendere: ex quo colligo aliud multum necessarium ad curã & prognosticum, scilicet quòd nunquam bene concoquit. Non de die, quia prius descendit cibus antequam sit concoctus: non de nocte, quia illum percipit in uentriculo mane, atque ita nunquam. Ex quibus sequitur aliud, scilicet quòd morbus hic in deterius labitur in dies, licet uideatur melius se habere. Patet, quia concoctio prima est uitiata, & ideo secunda & tertia: ergo corpus quotidie magis grauatur cruditatibus: ergo labitur in deterius, nisi quãtum ex euacuationibus adiuuatur. sed illę debilitant uires: ergo unica spes in uirtute uitali. Quæ quomodo labentibus aliis eas possit restituere, non est præsentis negotij ut ostendam, satis constat id fieri posse. Ex hoc sequitur unum aliud, ualde necessarium scitu, & est quod tunc melius se habebit, quando uesperi sentiet se non concoxisse, & similiter mane: quia tunc uirtus retentrix incipiet confirmari. Postmodum melius se habebit, cum mane sentiet se concoxisse, uesperi autem non. Rursus optimè, cum mane & uesperi sentiet se bene concoxisse. Scio quædam hic posse uellicari propter imperitiam quorundam: sed qui rectè quæ scripsimus percipiet, de hoc ordine in melius procedendi non dubitabit. Ex hoc etiam aliud ualde utile sequitur, quo ad curam attinet: de quo inferius dicã. Quod ad qualitatem exercitationis attinet, dico quòd deambulatio non est exercitium in uia Galeni, tamen est res omnibus utilis: ipsi uerò non so

lum

lum utilis, ſed etiam neceſſaria, & ex hoc genere eſt frictio. Cum ergo expergiſcitur, decet ſurgere & deambulare parum ex quo aluus mouebitur: deinde reuerti in lectum, & fricari atq; inungi, & poſtmodum indui. Ex quo ordine duplex commodum cõſequetur: unum certum, & erit quòd frictio fiet poſt exonerationem alui, quod eſt iuſtum & utile: ſecundum erit minus certum, ſed ſi ſequatur, erit utiliſsimum, ſcilicet ſi denuò, poſtq; ſurrexerit, aluus ſoluatur. Secundum genus exercitationis eſt equitatio, quæ debet exerceri, poſtquam inambulauerit, quantum ſatis eſt in mane. Veſperi quoq; uitãdo ſemper utrunq; crepuſculum, ut inferius dicemus. Quantitas uerò exercitij, ut ab Hippocrate decernitur, generaliter in unoquoq; auxilio eſt conueniens tolerantia. Alia genera exercitiorum ab his tribus neq; laudo, neq; ipſe ferre poterit. Laudari ſolet aſcẽſus per accliuia, ſed ipſe neq; hoc feret.

Illud non omittendum eſt omnino, pertinetq; ad motus & quietis rationem, quòd non decumbat pronus, ut ſolet, ſed ſedeat. Cum enim ſedendo, non ſolum ſtando urgeatur difficultate ſpirandi, pronus perpetuò manet, tabulæ aut cathedræ incumbens: quo ſitu nihil eſt deterius dimoto uentriculo è ſua ſede, ita ut non quieſcat ſuper inteſtina, ſed ſuſpenſus maneat. hoc autem cum peſsimum ſemper ſit, deterius tamen etiã à cibo: tunc enim ſoluitur ipſa uentriculi ſubſtantia, & fit laxitas texturæ in uentriculo, quæ parit ſummã imbecillitatem, & cui non eſt remedium, iuxta ſententiam Principis.

Crepuſculi memoria me ad tractandum de aëre inuitauit. Vitare ergo debet aërem nocturnum, tanquam peſtem, & ambo crepuſcula: item pluuias omnes, ſolem & aërem nubiloſum, & uentos ualidos. Poterit tamen aura flante leni ſe exercere, ac ſerenis temporibus: ubi uerò prædicta obſtent, in conclauibus longis ſe exerceat, tutus à uento & frigore. Et ubi periculum ſit in utroq;, maius eſt in frigore quàm in calore: & ſi lædatur à calore, ubi calor ceſſauerit, ceſſabit & noxa, non ſic in frigore: quia ut rectè dicebat Auicenna, frigus eſt inimiciſſimum pulmoni. Cubiculum etiam debet eſſe purum, mundum, expoſitum orienti, & debet uerri quotidie: & quia quæſitum eſt, an aër natiuus ſit illi ſalutaris, reſpondeo quòd ſic cæteris paribus.

Sed ſi ſit aër in colle ſaluberrimus, minimè humidus: & ubi homines diutius uiuant, & naſcantur coniferę arbores, & mulieres ſint abſq; gulæ tumore, & pueri floridi coloris, & uictimæ candido adipe & rubicunda carnæ & pulmone, & abſq; lapillis. hic aër multum ei prodeſſet: nam in difficultatibus ſpirandi & cæteris morbis pulmonis nihil plus facit q̃ aëris qualitas, ſeu bona ſeu mala ad iuuandum nocendumúe. Hoc aũt unum ſcire expedit, quod oportet diligentiſsimè caueat frigus poſt calorẽ. eſt enim mortale. Item ſolem ſuper caput: nam ut aër frigidus eſt inimiciſſimus pulmoni, ita ſol capiti.

Quantum ad quintam intentionem, quæ eſt euacuatio & repletio,

dictum est, quòd oportet habere beneficium uentris: ꝙ si nõ habeatur, fiãt clysteria. & clysteria quidẽ mollia nõ operãtur, & nimis acria exiccãt corpus: & ideo impediunt in posterũ beneficium uentris. Oportet etiã ut resoluant flatum: resoluentia flatum sunt sicca, & sicca astringunt aluũ. Prꝫterea clysteria repellunt flatũ suprà, & maximè si sunt flatuosa, ergo usus eorũ nõ est multum ad propositũ, nisi sint ualde necessaria aut ualde utilia, aut ualde bene præparata. Describam aũt duas formas eorum, & similiter duo genera suppositoriorum. Prima descriptio.

Recipe chamemeli m̃ ij, furfuris m̃ i, seminũ cari & libistici añ ℥i, aq̃ ℔ ij. coquantur ad consumptionẽ duarum tertiarũ: inde colent̃, & in colatura addantur salis cõmunis ℥i, salis nitri ʒ s, olei anethini ℥iij, hieræ picræ de sexdecim ℥s. misce: fiat clyster. Aliud. R. olei uiolati ℥iij, saponis teneri ℥s, oximelis simplicis ℥ij, cassiæ fistulæ ʒ vi, urinæ infantis quantum sufficit. misce. fiat clyster. Suppositoria hoc modo.

Recipe cumini & ruthꝫ añ ʒi, mellis uiolati cocti & despumati ℥ij, satis nitri ʒs. fiant suppositoria. Aliud.

Recipe radices iridis, & coquantur in oleo uiolaceo: & postmodum siccentur parum, & fiant suppositoria. Per os quoq; difficile est purgare, quoniam quæ purgant, uentriculo plerunq; nocent. Medicamentum tamen optimum est.

Recipe terebenthinæ orientalis lotæ cum uino albo septies ʒij, uini è passa uua, seu potius succi ℥i. misce. capiat per tres horas ante cibum. Aliud.

Recipe aloes ℥iij. lauetur ter in uino passulato, inde capiat ʒs, pro uice ante cibum. Non solum autem sufficit uentrẽ soluere, sed etiam urinas mouere necessarium est. eiusmodi aũt sunt quæ è fœniculo sunt, aut similibus, & bene olent, ut crithmon & sandix: sed crithmon est satis cognitum, sandix non ita. Crithmõ autẽ prolicit urinam. harum quoq; cũ oleo optimum est in omnib. cibis aluum subducens, appetitum excitãs, & uentriculum confirmans. A coitu abstinere debet, quantum fieri potest. Oportet etiam ut antequàm comedat, excernat flatum, mandendo thus clarum, aut Zaduram, aut antheram, aut anisum, uel libisticum, & eructando: sic ut singulo mane excernat feces & urinam & flatum.

Cibus uerò & potus duo sunt: trifariã aut distinguunt̃ singuli, simplices & medicinales, & medicinæ cibis similes. Quꝫ ut minus nutriunt, ita sunt utiliores. Huiusmodi gratia exẽpli est cretanus marinus ad discutiendos flatus, & proliciendam urinam, & excitandum appetitum cibi. Consideranda autem sunt sex in cibis, qualitas, quantitas, numerus, tẽpus, ordo & præparatio. Cibi maximè uentriculo conferentes, sunt cerefolium, quod simile est cicutæ: sed bene olet, sandix, absinthium & menta rubra angusto folio. Sed absinthium propter amaritudinem uix potest edi. Propterea tritum & decoctum cum passulis & uitellis ouorum edi debet. Generaliter autẽ omnia quæ sunt boni odoris & saporis, sunt

amica

amica uẽtriculo. Et maximè si sint astringentia, uelut est macer, quod uocant macim uulgares: & astringentia maximè conueniunt in fine cibi, sicut & calefacientia ante cibum. Vt ergo de singulis dicamus, sciẽdum est, quòd sex sunt differentiæ ciborum. prima est, ut sint boni alimenti, aut mali. circa hoc dicebat Galenus tertio de Alimentis: Cibi mali succi sunt, qui nutrimentũ dant nimis tenue, aut nimis crassum. Verũ sic intelligẽdus est ut nõ sufficiat quod sit nimis crassum aut tenue: sed oportet ut sit, quia nõ sit concoctum à Sole, & ideo multa sunt crasss alimenti admodum: tamẽ sunt boni alimenti, quoniã concocta, uelut caro porcina. Quia tamen concordamus in re, dico quòd propter hoc excludunt omnia olera & omnes radices: quia olera omnia generant alimentum serosum, & omnes radices alimentum crassum, ergo nullum olus nullaq́ radix conuenit. Et si quis dicat, quòd nuper laudauimus cerefolium & mentam & sandicem, dico q̃ hoc fuit ratione medicinæ. Ex quo colligitur, quòd talibus non licet uti, nisi in modica quantitate: quia non iuuant ut nutrimentum, imò nocẽt, quia mali sunt alimenti. Omnia ergo olera & radices sunt mali alimenti: & est regula, quæ non patitur ullam exceptionem: quia serosum aut crassum & crudum præbent alimentum, ergo omnia talia sunt uitanda sub forma alimenti. Secunda differentia est, ut non facilè putrescant: per hanc excluduntur omnes fructus horarij, item lac. Excluduntur etiã ista alijs de causis. Lac quidem, quia flatuosum iuxta illud Hippocratis: Lac dare caput dolentibus, & his quibus ilia murmurant, malum: horarij autem fructus, quia serosum præbent alimentum. Tertia differentia est, ut plurimum exhibeant alimentum. Istud enim non est necessarium in omnibus hominibus, sicut priores duę conditiones.

Sed in hoc ęgro est maximè necessarium, quòd sic declaratur. In hoc ęgro est maxima imbecillitas uentriculi, ergo minimus cibus dandus est: sed minimus cibus & parum nutrimentum non potest alere corpus, imò nec mediocriter nutriens, ergo necessarius est cibus maximi alimenti, ut quod detrahitur ex quantitate suppleat qualitas. Ex quo sequitur, quòd omnes fructus etiam non horarij sunt uitandi, quia omnes parum nutriunt. Sequitur etiam quòd ptisana hordeacea, quæ mediocriter alit secundum Galenum, & cibus ex amygdalis, qui parum nutrit, in hoc casu nõ conueniunt: id est, in magna quantitate, neque frequenter. nam ad recreationem uẽtriculi, uel quia sunt cibi medicinales, exhiberi possunt. Ista tria possunt admitti. passulæ, pistacia & cibus ex amygdalis. Quarta differentia est, quòd sint facilis coctionis: patet, quia hic uentriculus est imbecillis ualde, ergo indiget nutrimentis facillimæ coctionis. Ergo per hoc excluduntur omnia legumina. Nam omnia legumina non solum sunt difficilis coctionis, sed difficillimę. Pro dignoscendo autem cibos, qui sunt facilis aut difficilis coctionis, solent dari plures regulæ. Sed præcipua est illa Oribasii, & est, ut ponantur in aqua: quæ celerrimè dissoluuntur aut molliuntur, facilis sunt coctitionis, ut panis: quæ tardæ, difficilis ut caseus: quę nũ

quã, difficillimæ, ut legumina. Radices ergo rursus sunt explodẽdę. Quinta differẽtia est, ut sint paucorũ excremẽtorum. Hæc uidet̃ coincidere cũ cibis multi alimẽti, sed nõ est ita. nã ptisana multũ nutrit, & nõ est excremẽticia ꝓpter raritatẽ: sicut per cõtrarium caro iuuẽci multũ nutrit, & tñ est excremẽticia ꝓpter densitatẽ. Hac igit̃ ratione quidqd est rarum, & multum nutrit, caret excremẽtis, ut lutea ouorũ: & quidquid est dẽsum, & parum nutrit, est excremẽticium, uelut radices & tubera & ostrea. Sexta differẽtia est alimẽti, ꝙ super excedentem habet qualitatẽ, uelut nimis crassi uel lenti, uel frigidi, per ꝗ excludunt̃ caseus & omnes pisces. Nam licet pisces petrosi, quorũ etiã copia apud nos nõ est (cum omnes sint marini) in prõptu essent, nõ cõuenirẽt, quia sunt nimis frigidi alimẽti: posset tñ aliquis uti ea ratione, qua dictũ est superius. Ex hoc sequit̃ quòd omnes pisces parui uitãdi sunt, quia parum nutriunt ex superius dictis: & magni similiter, quia crassum & lentũ exhibẽt alimẽtum: mediocres ergo & masculi & saxatiles posset aliquãdo admitti ꝑparati, ut dicemus suo loco. Exclusis igit̃ radicibus omnib. olerib. pręter pauca cõdimenti gratia & medicinę, quæ sunt crithmõ, mẽta, sandix, cerefolium, absinthiũ & petrosilium: cichorea quoq;, ꝙ uẽtriculo & iecori cõueniat. Itẽ reiectis omnib. fructib. pręterꝗ passis uuis, pistacijs & pulmẽtarijs: ex amygdalis excluso quoq; caseo & lacte & piscibus omnib. pręter saxatiles, quorũ usus rarus esse debet: ostreis quoq;, & his quę crusta integunt̃: tum ranis, cochleis. relinquit̃ angusta rerũ, quę cõueniunt, descriptio. Palã aũt est, qđ cibi omnes ueri uno sunt sapore prędíti, scilicet pingui, aut leuiter dulci. ex quo sequit̃, qđ mel & saccharũ cibi causa uõ cõueniãt: quoniã neq; sunt pinguis saporis, neq; etiã parũ dulcis: quare parũ nutriunt secundũ Galenũ. Reliquũ est igit̃, ut cibi puri sint, carnes & uitelli ouorũ & panis: & quia, ut dictũ est, oportet ut cibi oẽs habeãt uim medicamẽti, ideo incipiẽdo à pane, dico qđ panis, ut ad ꝑparationẽ deueniã, ita faciẽdus est. Accipe farinę tritici partes duas farinę zeæ seu speltæ partes tres: cribrato, pinsito cũ aqua decoctionis cubebarũ, & maceris, admixto modico uini albi, inde adde grana fœniculi, & cõfice panẽ bene fermẽtatũ & spõgiosũ, & bene coctũ. Ex carnib. optimę sunt auiũ exercitatarũ: & ideo nulla est melior carne perdicis, quia fasianus parũ se exercet. Reliquæ uerò aues aut sunt aquaticę, aut paruę, quæ parũ afferunt nutrimẽti. pulli tñ cortis sunt post perdices & phasianos, & ex pullis meliores partes sunt alę sine cute: scilicet pulpa. nec ultra has tres aues sunt aues bonæ, exceptis columbis: sed tamẽ omnes nõ aquaticæ possunt comedi, & maximè iuuenes & pingues. Columbi è turrib. sunt optimi, quãdo nondum possunt uolare. sed est genus palumborũ, quo nihil melius uocãt Arabes Altaiugi: & generaliter sunt optimi, qui sunt admodũ iuuenes. Ex carnib. aũt pedestriũ melior est hœdina & suilla: & arietis qui excesserit unũ annũ. Verùm circa suillã ista tria obseruanda sunt, primũ, qđ sit masculi suis: secundum, qđ nõ excesserit annũ, uel parũ: aliter enĩ fit ualde dura eius caro. Tertiũ, qđ sit educatus in nemorib. & agris, ubi se exercuerit. debet aũt eligi caro cluniũ absq; cute & pinguedine. Post

has

has carnes eſt caro uituli lactẽtis: caro quoq; ericij utilis eſt, & maximè magni. Dicebat Dioſc. Ericij caro cõfert renibus & cacheſię & hydropicis & elephãticis. Caro quoq; apri iuuenis cõfert & utilis eſt, ut ſuilla caro: cuniculi (de lũbis loquor) etiã edi poteſt. Reliquæ nõ ſunt utiles. Solũ reſtat dicere de gallinagine, quæ licet ueſcat̃ piſciculis, quia tñ ueſcit̃ etiã uermib. & habet roſtrũ ſubtile, ideo cũ ſit etiã ſuauis guſtu, edi poteſt. Caro pauonis eſt nimis dura. Caro galli paui multũ nutrit, & ſuauis eſt: tanto melior carne pauonis, quãto deterior carne pulli. Ideo comedi poteſt, ſi ſit iuuenculus. Preterea ius teſtudinis & cochlearũ etiã multũ cõuenit, ſed lõgè magis teſtudinis: caro aũt eſt nimis dura, pcipuè cochlearũ. Carnẽ accipitris multi laudãt, ego tñ non ſum expertus. Caro bubonis auis eſt optima, ꝓ difficultate ſpirãdi, ſcilicet alæ: & ſimiliter pulmones uulpiũ recẽtes, ſi ipſe ſuſtineat edere, nec abomineť. nã hęc duo multũ poterunt illi cõferre in longo uſu, & ſanare ipſũ. Cibi quoq; omnes, q̃ ex farina cõſtant, peſſimi ſunt, ut itria & ſimilia. Farcina quoq; & carnes ſalitę, iſtia lucanicæ, botelli, nihil horũ ei cõuenit. Ex olerib. preter cretanũ marinũ & mentã & reliquas dictas, cõueniunt & cardui: nã cõfirmãt uẽtriculũ & urinã ciũt, & appetẽtiã excitãt, & humores diſſecãt. Ab aſparagis tñ cauere oportet. Apium & petroſiliũ & herbã, q̃ uocãt Alexãdrinã, quę eſt ſpecies apij ꝓbo. Ex fructib. uuę paſſę poſſunt edi, quia multiplicẽ habẽt utilitatẽ. cõferunt. n. uentriculo, pulmoni, iecori: & in his eligẽdę ſunt pingues, recẽtes, dulces & tenui cortice, & mundæ. & ſi quis utat̃ ſucco earũ abſq; cortice, melius erit. Piſtaciorũ uerò uſus nõ debet eſſe ſimplex, ſed olei tantũ. Vel hoc modo: Contundant̃ piſtacia optimè, inde cũ duplo ſacchari, uel etiã cũ tãtundẽ ſolũ, & portione maceris fiãt offæ, & coquant̃ in furno leuis caliditatis: & unã ex his poterit comedere in fine prandij, & hoc erit ei utile: ueſperi aũt poterit uti oleo amygdalarũ recẽti. Huius aũt cauſã ſuperius docuimus, quando diximus ꝙ in die nimis celeriter cibus à uẽtriculo deſcẽdit, & in nocte nimis tardè, & cur. A cæteris olerib. & fructib. præterq̃ malis granatis dulcibus tẽpore magnę ſitis & ab omnib. radicib. caueat: licebit tñ quãdoq; edere quatuor aut ſex cappares ſale cõditos. Cõfirmãt eñ uẽtriculũ, & Oriſius refert, mouẽt aluũ, aut urinas detergunt, diſſecãt, aperiunt obſtructiones: appetentiã cibi excitãt, & flatũ potius diſcutiunt ꝙ generẽt, cũ ſint è genere calidorũ in tertio ordine. Ex piſcib. ſi quãdo uti uelit truta, mediocris maſcula & è flumine lapidoſo eligi debet, inde perca & aloſa: ſed capita uitare oportet, atq; hęc de genere ciborũ. Fercula ſint, chõdrũ, panis coctus, panis infuſus in iure, panicũ, pulmentũ è carnib. pulmentũ ex ouis, oriza mala & cibus albus. De potu nõ eſt aliqua difficultas, quia oportet ut ſit uinũ mediũ inter flauũ & albũ: clarũ ſuaue, maturũ aliqualiter aſtringẽs & odoratũ. omnia. n. ſunt iucunda & amica uẽtriculo. Etſi q̃s per duas horas ante aliquãdo infundat corticẽ citri: nã & ipſe uẽtriculo utilis eſt ſed tenuiſſimũ, & mediũ inter ſiccũ & uiridẽ, erit utile. Vel eius loco mẽtã uel bibinellã. Licebit & quãdoq; imponere aliq̃d maceris. Licet etiã in fine

cibi nõ superbibẽdo edere unã oliuã Hispanicã. Aqua nulla cõuenit: sed si modò necessaria est, incoquat̃ macer & cinamomũ tenue in aquã, auro cãdenti quater aut quinquies chalybeatã. R. igit̃ aquæ ℥xxxx. quæ dũ feruet, auri frusta quatuor aut quinq; magna & accẽsa in ea extinguant̃, inde addant̃ cinamomi electi incisi tenuissimè, sed nõ cõtriti ʒs. maceris similiter ʒs. coquant̃ paululũ, sed uehemẽter, & permittat̃ refrigerari. De quãtitate autẽ cibi sit iuxta somnũ, ut dixi, & appetentiã, & iuxta qualitatẽ ipsorũ ciborũ. nã de cibis mediocrib. aut quę multũ nutriunt, aut quę sunt durę cõcoctionis, minus comedere oportet. De mediocriter aũt nutriẽtib. & optimi alimẽti, aliquãto plus comedi licet. Si comedit, uitella ouorũ potest assumere tria, comedat etiã plus in uesperi q̃ in mane, ꝓpter causas dictas superius. Quia ꝙ uideat̃ cõcoxisse cibũ uesperi, docuimus esse falsum, & hoc nisi lõga obtinent cõsuetudo. De tẽpore oportet ut inter prãdium & cœnã sint nouẽ horæ saltẽ. Prãdeat secunda hora diei in hyeme, æstate tertia hora diei, & post cœnã tardet per unã horã, anteq̃ eat dormitũ: nec comedat, nisi bis in die, & cibos magis nutriẽtes uesperi. De pręparatione ciborũ uidet̃ oleũ, secundũ Diosc. multũ cõuenire: nã & omphacinũ confert uentriculo. Auicenna tñ & Isaac dicũt, quòd omnia olea labefactãt uẽtriculũ. Soluit̃ hæc difficultas ex Galeni uerbis, cum dixit, qđ oleo astringẽtia cõferunt & cõfirmãt mẽbra, sed reliqua relaxãt. Oleũ ergo omphacinum cũ sit astringẽs, uẽtriculo cõfert tũ aliis rationib. & longẽ magis oleũ pistaciorũ: quo perpetuò in eduliis debet uti. Garũ quoq; in cibis utile est, & in usu fuit antiquis. Detergit. n. atq; astringit: & multo magis sal, ꝙ etiã digerit. Verũ garũ gustu iucundius est. itaq; moderatus usus cõfert. Inter reliqua quę pro cõdimẽtis cõueniunt, est macer: qđ quidẽ initiũ caliditatis tertii gradus attingit, q̃uis alibi Galenus aliter sentiat. sed de hoc de cõtradictiõib. scripsimus. Matthiolus credit aliud esse macim, aliud macerẽ: neq; Galenum uidit in libris de cõpositione secundũ locos, neq; est adeò siccũ, ut Galenus refert. Cõfert aũt uẽtriculo multum, quia duplici substãtia est hic cortex. Altera quidẽ parum frigida, & uehemẽter sicca: altera fermè tẽperata in humido, & uehemẽter calida: quo fit ut uehemẽter excalefaciat & exiccet, nec tñ extenuet & cõfirmet uẽtriculum, ac flatũ discutiat. Attenuet aũt ac dissecet, qm̃ tenuiũ est ualde partium: quo fit etiã ut ipsum solum & nux myrepsica nutriãt inter optimè odorata. nã neq; piper neq; cinamomũ nec gingiber nec cardamomũ, aut aliquid eiusmodi nutrit. Acetum in exigua quãtitate admodũ astringit, dissecat, appetentiã excitat: copiosum aũt maximè nocet. Cętera pinguia aut omnino labefactãt uẽtriculum, aut astringẽtib. sunt cõmiscẽda, interq; nihil melius rhu: sed recẽti. nã & boni odoris particeps est plãta eius. Acida quoq; omnia uitãda sunt: uehemẽter eñ uẽtriculum lædunt. Crocus nõ uacat astringente ui. Piper etiã quãdoq;, sed parcè: & nõ cõtusum, uerũ uix cõfractũ. Vt uerò de præparatiõe generalius loquar, quinq; sunt modi coquẽdi edulia: elixatio, assatio, super prunas, & in ueru, iurulentũ atq; frixũ. Elixata parũ nutriunt, & refrigerãt ideo uitãda omnino. Frixa quoq; anhelitũ cohibet, quoniã pin

gue

gue cū sine aqua cōcoquit, adurit illius tenuior pars: quamobrē anhelitū maximè lædit. Qua ratione & summa cutis assatorū in ueru uel etiā super prunas suspecta est. Si quid uerò crassius est, in intima parte nō coquitur, quāobrem quæ assant in ueru, ubi exhalauerit pars aquea, cōtinuò atq; ꝑpetuò uitulina pinguedine, aut gallinę sunt aspergēda: nec pinguedo ipsa pura sit, sed aq̄ immixta: sit aūt flāma uehemēs, ut celeriter excocta caro nō siccetur nec aduratur, neq; summa pars nec intima sit usui. Decet etiā roris marini ramulos circunduci dū coqtur, at intus fœniculū includi cū passulis atq; petrosilio, uitulinaq; pinguedine aquę immixta: iuuat etiā nō parū dū torret, aquā frigidā supfundere, ut calor in intima se cōdēs, coquat carnes, & teneriores reddat. Sit aut omne q sic torret, succulentū, eadē quoq; fermè ratio esse debet eorū, quæ sup crate aut prunas assant. Iurulēta aūt optima sunt, in quib. parui pulli atq; teneriores tū aues minores coq possunt. Quæ uerò in pastillis coquunt, nō omnino mala sunt, sed tn̄ inferiora cæteris iurulētis, si ipsi pastilli nō sint iurulēti. Sunt.n. pastilli iurulēti, tū grati tū salubres. His ergo admiscenda sunt, pinguedines, acida cerasa: sed nō pruna passæ uuæ, maximè nigrę, macer crocus, petrosiliū, mēta, fœniculus, piperis aliq̄d. Quæcunq; em̄ grata sunt, iuxta Hipp. sententiā, etiā si paulo deteriora sint, meliorib. quidē, sed minus suauib. sunt pręferenda. Cruda uerò omnino uitare oportet, & ubi lardū adsit. Est etiā animaduersione dignū, qđ ipse in tāta imbecillitate uētriculi, & etiā quia nō mādit cibos, sed deuorat, deberet omnino abstinere à cibis siccis, & omnia q̄ edit liquefacta edere, imò potius bibere. Quaꝑpter ei melius cōferrent carnes optimè cōtusæ & spissæ. Et ego scio me hoc unico præsidio iuuasse multū Archiepiscopū urbis. S. Andreę. Vbi em̄ est summa imbecillitas uētriculi, & homo nō mādit diligēter, meliora sunt cōtusa ex carnib. q̄ carnes ipsæ. In ouis aūt melior pręparatio est, ut cū cortice coquant in aqua, aut sub cinerib. & nō sint dura, sed apala, ut uocat Galenus: & cū modico sale & pane edant. Ipsa etem̄ multū sunt necessaria in hoc casu. De ordine aūt dici solet, qđ omnia liq̄da in fundo uētriculi, ego aūt potius dicerē omnia bene nutriētia, atq; hæc est rei ueritas. Dico ergo, quòd in initio debet accipere parum contusi, uelut essent ℥iij, & sic ut illa sit basis totius prādij uel cœnę potius: quia in cœna debet accipere plus, ueluti ℥iiij contusi, spissi, & in prādio ℥ij. & nolo reddere rationem, ne sim prolixior. Vnum est quod nisi ita fecerit, ignoscat mihi ipse ęger, uix poterit diu perdurare. Tres em̄ sunt columnæ uitæ suæ, exercitatio, somnus, & contusa, quia non manditur, & hoc quo ad rationē uictus, nō loquor nunc de medicamētis. alius ordo est, ut nō bibat nisi iuxta finē ipsius cœnę & prandij: & in prandio colluat bene os ter & quater, anteq; bibat. Deinde bibat parum, in uespere autem bibat usque ad decem uel undecim uncias, in mane autē nisi ℥iij. & ita hoc modo minus bibet, & sitim sedabit magis. Si etiā comedere uelit res confirmantes uentriculum, si sint res frigidæ, assumendę sunt post cibū: ueluti citonia cōdita, quę nō uitupero, modò sint facta cū saccharo. Si uerò sint calida, debēt assumi ante cibum. Est etiā sciendum, quòd oportet ut conet

mandere panem & duriora edulia diu, & non deuorare sicut facit: & ad hæc pro mutanda consuetudine ego apponerē horologiũ dimidiæ horę, ꝙ tēpus uellem cõsumere in ipsa comestione. Oportet etiã scire, quòd diuersitas ciborũ magnã difficultatem in cõcoquendo uentriculo exhibet. Ideo unico cibo uel duob. ad summũ intelligo, tñ exceptis bellarijs, ut poteoffa, pistachina aut citonio, uel saccharo uel oliua, uel cũ similib. uellē esse contentus. Quãdoq; uerò licet uti ferculis, quę locũ nutriēdi habēt, & multorũ ferculorũ, quale est hoc: Capiant̃ germina petrosilij, & modicũ absinthij, si placet, & tria lutea ouorũ, & modicũ casei florẽtini, quē uocãt marzolinũ (solus eñ ille uacat lentore) & optimè mixta cũ malua aut beta, fiat ferculũ uel solutum, uel modũ offarum cũ macere & modico gingiberis, & coquant̃ in iure pingui, & bene. Hoc eñ ferculum est gratum uentriculo: nõ admisceo saccharum iuxta dictum Auicēnæ: & scias quòd res dulces ad feciendã oppilationē, sunt ueloces. Et Paulus: Res dulces inflãmãt iecur, ideo caueat ab omnib. dulcib. præterq̃ uuis passis. De numero assumēdi cibum, cõstat quòd nõ plus ꝙ̃ bis oportet comedere in die: sed si fieret debilior, tunc oportet assumere ter, & in minori quãtitate. Et si cõtingat quòd malè se habeat, nunq̃ tamē debet abstinere ex toto à cibo. in quo peccãt multi, existimãtes se optimè facere cũ eunt dormitũ ieiuni: quia ut habetur à Galeno 3. de Facultatib. naturalib. Vētriculi tunica interior nutritur ex cibo assumpto. Et ideo tantũ nutrimēti assumēdum est ab habētibus uentriculum imbecillē, etiã stante cruditate aliqua, quantũ potest nutriri uentriculus, ut pote uentriculus si nõ sentiat̃ cruditas, sed sit grauatus ab alia dispositione, assumat uitellũ oui: etsi sentiat cruditatē, assumat ℥i. panis madefacti in iure pulli, modò cruditas sit citra põdus & nauseã. Illud etiã obseruandũ, ꝙ cũ uitellus oui sit uiscidus & lētus, debet admisceri aliqd quod dissecet: sitq; tēperatum, quale est modicũ exymellitis, sed lõgè melius parũ offę ex pistacijs, aut modicũ herbæ, ꝙ̃ draconē uocamus: aut cretani ex aceto. Et scias quòd superius in ferculo illo admisi betam, quia aperit uehementer obstructiones iecoris, authoritate Oribasii.

Circa intentiones quæ ad medicinã attinent, ipsę sunt attenuatio cũ dissecatione, purgatio materiæ, & cõfirmatio mēbrorum, remouēdo malã qualitatē. Prima intētio debet cõiungi cũ tertia, ita qđ omnia quę dissecãt & aperiunt & extenuãt, confortēt etiã mēbra. Eiusmodi etiã debēt esse tēperata, quoniã calida nimis calefacerēt iecur, & frigida nimis nocerēt uētriculo: ergo debent esse tēperata, uel propè declinãtia potius ad calidũ ꝙ̃ ad frigidũ, & ad siccum ꝙ̃ ad humidũ. Et hęc possunt esse trifariã, uel talia simpliciter, uelut chamęmelon & stechas & acetum: uel quia sint cõposita ex cõtrarijs, & fermētata, sicut sirupus acetosus de duabus radicib. & oxymel cõpositum, & amygdalę sunt inter simplicia eiusmodi: uel quia sint cõposita ex simplicib. contrarijs non fermentatis, uelut si quis succum limunij aut arancij misceat cum scilla. Deueniendo ergo ad ea quæ maximè conueniunt in hoc casu, dico quòd si quis admittat illud quod dicit Ga-

lenus & Auicenna, ſcilicet quòd membra trahunt medicamenta ſibi contraria & opportuna, melius eſſet uti medicamentis ſimplicibus nuper in uicem mixtis, quã quæ iam fermenteſcant, atq; uerè cõpoſitis: quãuis alibi de hoc diſputauerimus. Dico etiã, quòd ꝑpter dictũ Galeni in lib. de Prognoſtico ad Poſthumum, ubi negat eſſe dãda medicamẽta principib. quę nõ ſint tutiſsima, qđ talia nõ ſunt danda, quia prius imprimunt aliquid ꝗ trahãtur à mẽbro indigẽte, ideo nocent. Quamobrẽ oportet ut nõ ſint uehementer talia: aut ſi ſint, ut prius fermenteſcant. Oportet autem obſeruare duo. primum, ut ſint odorata: quia omnia odorata conferunt uentriculo, & omnibus membris principalibus. Secundum, quòd non ſint diluta multum, quia talia gerãt flatum, & augent materiã aſcitis: etiã quòd ſint calida uirtute & ſicca, habent neceſſariò partẽ frigidã & humidã. & hęc etiã cauſa quare aſcitici perpetuò & uehemẽter ſitiãt: & tamẽ morbus eſt frigidus & humidus, & fit à frigida intẽperie iecoris ut plurimũ. Nã cũ aqua illa præter naturã ibi contenta, tũ quia ibi retinetur abſq; motu, tũ ob calorem putreſcat & corrumpat̃, & ideo fit calida & ſicca. hoc enim declaratũ eſt à nobis in libris de Subtilitate, quòd omne putridũ, in quo nõ eſt facta ſeparatio partium, neceſſariò eſt igneum, & ideo uapores aſcendẽtes faciunt ſitim adurendo humidũ roridum, & exiccãdo quod eſt in ore uentriculi. Eſt etiã alia cauſa, quia humor eſt corruptus in uenis, ex quo non poteſt generari humidũ roridum. Reuertẽdo ad propoſitum, dico qđ pręparantia erunt eiuſmodi. R. oxymelis ſimplicis ℥ iſ. ſucci arãcij ʒ iij, abſinthij cuſcutæ ſeu caſſuthæ & ſtechadis cõtritorum añ ʒ s. maneant in balneo tepido marię per quatuor horas, inde colent̃ diligẽter, & exhibeatur. Aliud. Recipe oxymelis ſcilitici ʒ vi. ſucci limonis ter colati ʒ ij, abſinthij, nucis muſcatæ, ſpicæ nardi añ ʒ s. maneant in balneo, ut ſuprà. colentur & propinentur. Aliud. Recipe ſucci cicoreæ ℥ iij, abſinthij, cuſcutæ, ſpicæ nardi, aſplenij añ. ʒ s. ferueant, ut ſuprà. colentur bis aut ter, & propinetur. Aliud ſingulare. Recipe eupatorij, ſeminis althęę, chamęmeli, glycirizę añ ʒ i. coquantur in balneo mariæ leuiſsimo cum ℥ vi uris pulli, ita ut non bulliat: coletur & non comedat donec beneficium uentris aut copioſam urinam habuerit: & deambulet quantum poteſt, antequam comedat. Aliud paratu facile. Recipe ſerapij de biſantijs uel de eupatorio uel de abſinthio, ſi uentriculus multũ laboret, ℥ i, ſpecierum diacurcumæ ℈ iiij. miſce, & capiat in forma boli hoc modo: Addatur ſpeciebus tantum ex illo ſirupo, ut reducatur in formam boli, inde bibat reliquum ſirupi cum modico iuris. Aliud ultimum in hoc caſu. Recipe centaureæ triſſaginis, ſeminum petroſilij, radicum capparis añ ʒ i. ponantur in balneo tepido in ℥ ij. ſucci fœniculi. coletur, ut ſuprà. Quòd ſi uelit præſentem utilitatem, imponantur hæc quatuor dicta abſque ſucco fœniculi in ℥ ij aquæ ardentis factæ, ut infrà cum ℥ s, ſacchari roſacei neapolitani, & habebit medicamentum ultimum in ſecuritate, in iuuamento, celeritate operationis, & ſatis ſuaue, & maximè ſi ſubducatur centaurium. Ex

compositis aũt oxyacantha, pastillus est ultimum: resoluit flatũ tympanitidis, confirmat uentriculum, aperit obstructiones iecoris & lienis. R. succi liquiritię, oxyacanthæ rosarum, seminum cucumeris añ ʒiij. mastiches spicæ, eupatorij añ ʒij, rhapontici ueri uel rhabarbari croci añ ʒi, seminis endiuiæ, cassutæ añ ʒiij, spodij ℈s. terito subtilissimè, leuigato, & cum manna confice pastillos. Laudantur & pastilli ex absinthio & dialacca. Pastilli quoque berberis, Sopirium antidotum ac talia, & hæc de præparatione. Fuit etiam laudatus syrupus acetosus diarodon, & species diarodon & aromatici rosati utriusque descriptionis. Sunt & species aromatici nardini optimę.

Quòd ad euacuationem autem attinet, antequam ad eam deueniamus, scire oportet an materia sit præparata: quod quidem difficillimũ est ob turbulentiam urinę, & ideo cum oporteat, ut simus in casu Hippocratis, concocta medicari atq; mouere non cruda, modò non turgeant, sequitur ut non parum periculosa sit purgatio. Est etiã alia ratio, quia Princeps dicebat in capite de cachesia: Oportet ut consideres ne uentriculus illorũ lędatur à solutiuis, & ideo oportet ut ponas in medicamentis eorum quæ confirmant uentriculum, uelut lignum aloes crudum. item, quia in capite de cura tympanitis inquit: Et non sit multiplicatio solutiuorum, etsi caussa hydropis fuerit, debilitas uentriculi confortetur uentriculus: quasi uelit innuere, quòd in hoc genere hydropis raro uel nunquam cõueniat euacuatio. Maius est quod Aetius libro decimo, tractans hanc curam, ne unũ quidem medicamentum in hoc genere morbi scripsit, sed solis epithematibus contentus esse uidetur. Quod etiam Alexander longo processu curam exordiẽs, in tertio libro obseruare uidetur: nam nullius medicamenti purgantis meminit, sed solis etiam contentus epitematibus, & ratione uictus. Paulus tamen uult, ut aqua in tympanitide expurgetur, & eo magis in ascitі: ob id cõcludo, ꝙ ratione tympanitis cauere oporteat maximè medicamẽta purgantia. Et ego uerè obseruaui plures tympaniticos, & uidi quòd ex assumptione medicamentorũ lędebantᷣ: nec ullũ usq; nunc ex purgationibus consuetis iuuari uidi, & multo minus sanari, nisi semel ex medicamento ualido, quod nõ describo. Et ratio est etiã clara, quia uentriculũ horũ patientium, est admodũ extenuatus & tenuis ut charta: ꝙ ex dissectione apparet. Est etiam aliud obseruatione dignum, scilicet quòd Auicenna in capite de Ascite inquit: Et aloes solum est malum ualde epati, quare oportet ut abstineat ab illo, nisi propter necessitatem, aut cum fuerit bene correctum & ideo propter tot difficultates non cautè, sed cautissimè purgandus est, cum damna purgationis sint manifesta & præsentia, utilitates autem obscuræ & incertæ, & ambiguum tempus atque occasio. Quia tamen ipse non utitur exercitatione, quod optimum censetur ab Auicenna: dicit enĩ loco suprà adducto, Illud quo melius curãtur, est exercitiũ tẽperatũ. Et alij celebres authores dixerũt, quosdã sanatos sola uectatione. Ideo necessariũ est ut purgetᷣ, nõ tanꝗ adepturus magnã utilitatem

ex

ex hoc, ſed potius ob neceſſitatẽ. oportet aũt obſeruare canonẽ Auicennę,
ut purgatio ſit leuis & frequens potius quàm ualida & rara. Itẽ oportet ut
ſit triplex, per aluũ & per urinas & flatus, ut omnes authores concordant:
& non oportet tamen ut utamur uehementer prouocantibus urinã. Rur-
ſus clyſteria in hoc caſu multũ laudãtur pluſquã medicamenta, ꝓpter pro
pinquitatem & epithemata: in aſcite dico, & principio etiam tympanitis.
nã tympanites cõfirmata ſæpius prohibet clyſteria. Ex quo ſequitur, ꝙ cũ
ipſe ſit priuatus utilitate epithematũ, quia uix poteſt ea ferre ꝓpter ſpirãdi
difficultatẽ, ideo priuatus eſt magna parte cõmodi. Ego tamẽ deſcribã illa
ſi uellet tolerare, ſuper omnia uerò habeamus occaſionẽ purgãdi, cũ ex uri
nis neq; excrementis alui nõ poſſimus illã deprehendere. Ideo dico, quòd
tribus ſignis alijs cõcocta materia à cruda dignoſcit̃, præparataq; à nõ prę
parata: primũ eſt, quòd corpus nõ adeò lædit̃ ſicut antea, atq; hoc colligi-
tur ſecunda Aphoriſmorum in commẽto illius Aphoriſmi, Cũ morbi in
choãt, ſi quid mouendũ uidetur, moue: cum uerò conſiſtũt ac uigent, me
lius eſt quietem habere. dicebat ibi Galenus, In ſtatus ſalubris morbi tem-
pore, cũ materia cõcocta ſit, omnia ſymptomata remittunt̃. cõtigit ergo ſi
adſit febris, remiſsio illius: ſin aũt nõ corpus ſentit quandã titillationẽ, quę
admodũ patiunt̃ qui Veneris deſideratio abſq; alio incõmodo detinẽtur.
Sentiũt enim grauitatẽ atq; moleſtiã leuem cũ caſu nonnunq; appetitus,
uiribus tamẽ ualentib. & corpore uegeto. atq; inter cætera hoc maximum
ſignũ eſt coctionis & præparationis materiæ, ſomni trãquillitas atq; ꝓli-
xitas. Secundũ ſignũ colligit̃ à Galeno tertio de Pręſagio ex pulſib. dũ a-
git de tẽporibus febris: & eſt, quòd cõtractio reddit̃ tarda in pulſu cũ ali
qua uelocitate in diſtẽſione. oſtendo modò ꝙ ita ſit, nã ſi materia eſt cõco
cta & pręparata, nõ eleuant̃ fumi praui: & ideo tardior reddit̃ contractio,
intellige in febrib. in alijs uerò tarditatẽ quidẽ contractionis, imò & rari-
tatem quandã, ut ſecundo de Pręſagio ex pulſib. Velocior quidẽ cũ ſit ex-
tẽſio, ac lõgior. quies, quę ante edit cõtractionẽ tũ etiã ob ipſius cõtractio
nis tarditatẽ rarior uidebit̃: ſed & quę ſequitur cõtractionẽ, mediocris e-
rit. cũ uerò rara ſit contractio, frequens aũt ſit extenſio, fit ut pulſatio mo-
derata tota ſit. Itaq; ubi non adſit febris, cõtractio tamẽ atq; diſtenſio ue-
lociores iuſto erunt, & præcipuè cõtractio, & frequẽtiores ꝗ̃ in ſanitate:
tardiores uerò, & maximè cõtractio, atq; rariores ꝗ̃ ante cõcoctionẽ &
præparationẽ. Rurſus cũ plenitudo ipſa inæquales ſoleat facere pulſus, &
paruos, atq; ob id crebriores: cũ materia ipſa melior facta fuerit, minus na
turã pręgrauabit: erunt igit̃ pulſus fermè æquales & maiores, & ob id etiã
minus crebri. Tertiũ ſignũ eſt mutatio ipſius urinæ, ꝗ̃ probat Hippocr.
niſi ad mala mutatio fiat, & ſimiliter in excrementis alui, & quædã uolun
tas euomendi, atq; ſatietas. Licebit & urinas diu permittere in urceis: quã
quã eñ non rectè ſedimentum ſecernant, tamẽ melius una die quã altera,
& maximè poſt longam quietem. Pars enim grauior ubi pinguedinis
portio tenuior ob præparationem abſumpta fuerit, aut ſaltem ſeparata

Materia concocta quo modo ſine urina dignoſcatur.

ab

ab elemento terreo, facit ut quod terreum sit, descendat ad imum: quod & experimento succedit. Tametsi enim neque exacta concoctio nec præparatio ostendi possit, apparent tamen indicia mediocris atque melioris coctionis. ea uerò quamuis in urinis solum mediocris uideatur, nihilominus etiam absoluta esse poterit. Quamobrem licebit tum utiliter expurgare, & maximè cum leuibus atq; innoxijs medicamentis, ut dictum est. Licebit etiam & coniectura id assequi, cum post longas preparationes serapiorũ nulla facta est excretio: & post frequẽtes mutationes urinarũ iã amplius nulla fit mutatio, sed in eodem statu manẽt. Licet eñ ex his cõiectari, materiã esse præparatã atq; concoctã. Vt uerò omnia uno uerbo cõplectar, postq̃ nõ licet exactè cõcoctionis signa ex urinis deprẽdere, eas obseruabimus cũ copiosius excernunt, cũ aliquo modo ꝙ continet, cũ post diem unã pars crassior secedit ad fundũ, idq; crassius est q̃ antea: urina uerò & clarior & minus colorata, cũ pulsus sunt meliores atq; pacatiores, cũ somni sunt longiores atq; trãquilliores, cũ ipse uegetior ac lętior fuerit: cũ quandam senserit leuem nauseam, uerumtamen sine grauitate in uentriculo: cum uenter fuerit mollior. obseruare etiam debemus, postquã illud uerum est quod dicebat Galenus decimo Artis curatiuæ, dum de tabificis agit in morbis maximis: Quælibet noxæ, quantũuis minimæ, exitiales sunt, quod in hoc casu maximè uerũ est: ut temporis cõstitutio sit mollis, temperata absq; uentis, potius pluuiosa, q̃ ualde sicca. Sitq; luna ab omnibus solis radijs noxijs immunis, scilicet quadratis & oppositis: libera quoq; ab aspectu maleficarum, absit solstitium & ęquinoctium: non sit etiam in coniunctione Iouis neque Veneris, sed in quadrato uel in opposito, uel trigono uel sextili. Signa autem optima sunt, atq; in quibus Luna debet cõstitui, Cancer: deinde Libra, deinde Pisces, deinde Gemini. Pessima sunt Leo & Scorpio. Aries Taurus sunt bona signa, nisi quòd uomitũ faciunt: sicut & Capricornus. Aquarius quoq; malũ est signum, quia medicinæ parum operantur, licet sit tutum & minimè concitans uomitum. Virgo & Sagittarius non sunt ualde mala, nec tamen bona. Atque hæc de occasione.

His uisis dico quòd per aluum purgationes duplices sunt: aliæ quidem, quæ parum trahunt à remotis: alię, quę multũ. quę multũ trahunt à remotis, non sunt idoneæ, quia trahunt ad locum debilem, & euacuant quod non est necessariũ, & multum debilitant, & multum calefaciunt, ut Galenus in prima Aphorismorum iuxta finem libri: Medicamenta purgantia calida sunt, ut etiam declaratum est superius. Oportet ergo ut medicamenta trahant aquam, & non aliud, & hoc ratione materiæ coniunctæ: quia ratione materiæ aggregatæ propter superfluum ocium aliud est dicendum.

Sunt etiam multa medicamenta ex oleribus, quæ purgant iucundissimè, quorum usus exoleuit propter pharmacopolas, uelut asarum & cinocrãbe, quæ soluit bilem, pituitam & aquam. est autem merculiali nõ

absimilis,

abſimilis, & marina braſſica, quam uocamus ſoldanellã. Eſt etiam tripolium, cuius radix eſt in uſu pro turpeto: mutatq; flos eius, ut dicunt colorẽ ter in die. Cẽtauriũ quoq; purgat bilẽ & craſſos humores, euacuat quoq; uſq; ad ſanguinẽ. Deueniendo ergo ad ſingularẽ illorum deſcriptionẽ. R. ſoldanellæ recentis & uiridis ʒi. abſinthij, aſari añ ʒs. ſubtiliſſimè terãtur, & cum ſirupo de ſucco ebuli, & ſaccharo fiat bolus. Deinde ſi uult, mañ dat ℥ij mannę electæ calabrenſis. Aliud medicamentum. Recipe ſoldanellæ, aſari añ ʒs (electæ ſemper intelligit) ſucci mercurialis ℥iiij. ferueat in balneo mariæ per horas quatuor: inde coletur, & ei addãtur corticis cinamomi interioris ℈i. diſſoluantur in eo mannę electę calabrẽſis ℥is. bibat & non edat poſt quinq; horas. Libet etiã pro tertio medicamento medicamẽtum Auicennæ ex Galeno, quo curauit ſenẽ amicum ſuum aſciticum ex cauſa calida deſcribere: & quamuis poſſit legi in ipſo codice, quia tamẽ uix poteſt intelligi & eſt barbara ſatis elocutio, deſcribã illud cõmodius. inquit ergo: Curaui ſenẽ amicum meũ aſciticum, ex cauſa calida cum uirib. imbecillib. alui ipſum carnibus hœdi aſſati, & carnib. minutim inciſis ex auibus, maximè perdicib. & pane, cui furfur permixtum erat, & lentib. cũ aceto. Ita tñ ut abſtineret omnino à iuribus, niſi quod in die in quo dabam medicamentum permittebã ut uteretur iure carnis elixatæ in aqua cum aceto & melle cum cumino. Nã acetum maximè corrigitur noxa medicamẽtorum cõuenientiã aſciti, & maximè calidæ: & permittebã etiã ut comederet carnes cum aceto mediocri. Purgabã aũt hoc medicamẽto. R. mirabolanorũ citrinorũ ʒvij. fumiterę ʒiiij, abſinthij eupatorij ſeminis, endiuiæ roſarum ſpicæ nardi an ʒij. Endiuiæ uiridis pugillum unũ. coquantur in ℔ iij aquæ ad cõſumptionẽ tertiæ partis. Sed ego credo quòd dicere uelit duarum tertiarum: & poſtq; excolaui ipſum, addidi ʒx ſacchari, & dedi in potu. Dedi etiã catapotia ex lacte eſulæ cum ſaccharo, uel cum carne ficuum. Inde dabã ſerapium ex omphacio & ribes. Epithemata quoq; ex luto armeno cum aceto & aqua applicabã ſuper uentrẽ, uel ex farina hordei & milij, & ſtercore uaccino atq; caprino, & cineribus quercus & uitis & nitro atq; ſulphure. Quandoq; uerò faciebã emplaſtrum ex cõdiſi ſeu radicula uel herba lanaria, quæ ſtruthion uocatur à Græcis, & thimelia, ſuper iecur uerò imponebã infrigidantia epithemata, & maximè ex ſanthalis. Quandoq; etiã purgaui ipſum cum ſirupo roſaceo, in quo thimeleã iã infuderã, & cõceſſi ei uſum ſacchari & ficuũ ſiccarum & amygdalarum, & præcepi ei ferre ſitim: ſed cum nõ poterat, dabã acetum cum aqua cõmixtum, & quãdoq; exhibebã folia thimeleæ cum lacte ficuũ, & dabã ante cibum & poſt cibum, & nunq; dimiſi eum aliquo die, quin ipſum purgauerim. Hoc aũt q̧ dixerit ſe dediſſe medicamẽtum tã ualidum poſt cibũ, quibuſdã uidebitur abſurdum, alijs admirabile, mihi uerò nõ ita, qui ſciã Auguſtinũ Tornarium, uirum nobilẽ aliquãdo curatum ab hydrope ſolo potu decoctionis radicũ geneſtræ, uel aqua deſtillata ex illa, ſumebatq; eã ante cibũ cũ cibo, & poſt cibum, & ſanatus eſt perfectè. morbi. n. ualidi

non curantur casia nigra aut rhabarbi exigua sumptione in quindecim diebus semel. ut enim temerarij medici est in morbis tutis ualidioribus uti præsidijs, atq; periculosis, ita imperitissimi est, quos alia uia sanare posse non speramus, non audere quod præceptum Galeni est decimo Artis curatiuę, dum de tabificis loquitur, & dictum Hippocratis: Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, intelligitur non solum de morbis extremis in magnitudine, sed in genere, cuiusmodi est hydrops. Qui enim utroq; modo sunt extremi, sunt prorsus insanabiles. Sed hæc non conueniunt, quia nō sumus in uera ascite: adduximus tamē hoc exemplū Galeni, quia multa sunt quę nostro ꝓposito cōueniūt, uelut soluere uētrē quotidie, emplastrū ex santhalis, & potio illa, ut ita dicā, benedicta: & ferre sitim, & nō uti iurib. Quartū medicamentū salutare, & periculo uacās.

Recipe lactis caprini nigrarū caprarū uncias centū, lactis ficulnei pōdus aurei dimidij, misceantur & tepefiant, ita ut lac coaguletur celeriter: inde accepta aqua, bulliāt perpetuò despumando, donec perueniat ad ℥x. inde sumant̄ asari ℥ij, agarici optimi mundi ʒi. rhabarbari electi ʒs. infundā tur per noctē, inde ferueant cum ℈s anisi, & coletur ita ut remaneant ℥vi, uel parum plus. & hoc est medicamētum optimū nō solum ad hydropē, sed etiā ad difficultatem spirādi. Cui etiā conferunt reliqua supra scripta, etsi inueniret̄ lac camelarū, posset fieri medicamētum ex eo: imò ipsum lac solum sufficeret. Medicamentū aliud ex Auicēna, & est mirabile: Accipe caprā, & eam nutrias abrotono & timelea & absinthio odorato, & soldanella & cichorio & asaro, & cassuta & endiuia: & si homo utat̄ hoc lacte tantū, & pane absq; alio medicamēto, sanabit̄ dico ab ascite, quę est fundamentū tympanitis. Iuuat etiā destillare urinā caprarū per balneū marię, & purgat maximè cū manna. Verumtñ quia lac est flatuosū, & nō oportet diu insistere in illo, sicut neq; in clysterib. quoniā ista magis cōueniūt asciti, sicut etiā ea quę ꝓuocāt urinā. dicebat etiā Auicēna: Oportet ut in tympanitide euacuetur humor humidus, si pendet ex ea, & utamur aspersione atq; incisione, sicut in ascite. Vtemur aūt prouocātib. urinā, & refrigerātibus simul, quale est istud. R. succi cicoreę purgati ℥ij, spicę nardi ʒs, erithrodani ʒi. leuigata dent̄ in potu. Aliud melius. R. succi cassutæ purgati ℥is, trociscorum ad incipientem hydropesim Auicennæ in antidotario. ʒs sumantur septem diebus continuis. Descriptio alia medicamenti boni.

Recipe aquæ uitæ primò destillatæ ex uino albo odorato libras ij, asari, cassuthæ, absinthij uiridium añ ʒx, aloes epatici abluti cum succo rosarum ℥ij. misce, & concluso uase optimè sepelies per septem dies in fimo equino, postmodum destillabis per balneum mariæ cum luto sapientiæ, donec remaneant feces siccissimæ: in hanc aquam immittātur sacchari rosacei solutiui, quantum est quarta pars aquæ, & concludatur uas optimè, & maneat per uigintiquatuor horas in balneo mariæ tepido, & capiat de hac ℥ij singulo mane donec sanetur. Purgat enim quotidie, & restaurat uētriculum & iecur, & est suaue ualde, & boni odoris: & aperit

obſtructiones omnium uiſcerum, ſed oporteret facere ſaltẽ decẽ libras ex eiuſmodi medicamento. Poſt hæc deueniendũ ad ea quæ reſoluunt flatũ, & ex ſuppoſitorijs eſt illud Auicẽnæ, quod cõſtat ruta, nitro & cumino, melle excepto. Emplaſtrum Alexandri ad hoc: R. aluminis, nitri, ſulphuris uiui, thuris craſſioris, reſinæ frixæ añ ℥iij, picis aridæ naualis, ceræ nouæ añ ℥ vi. olei ueteris ʒiiij, aceti quãtum ſatis ad diſſoluenda medicamenta. Hoc ceratum diſſoluit flatum & omnes internas affectiones. Eſt etiã lõgè eo melius ceratum perſarum, de lapidib. deſcriptione Aetij, ſed difficulter cõficit. Frictio quoq; uentris cum ſucco allii diſſoluit flatum: tñ nimis calefacit, & fœtida eſt, & caput petit. Subſcribenda ſunt aũt medicamenta ex Aetio. Primum eſt ex cochleis cum cortice: ꝙ quidẽ nõ ſeparatur, niſi penitus abſumpta aqua. Ex ſimplicibus ſunt lathirys, tertium ſtercus caprinũ, quartum eſt ſquãma æris. Hæc tria tamẽ uelut & cucumer agninus nõ multum in hoc caſu cõuenire exiſtimo. Tum quia aſciticis magis cõueniunt, tum quia ualidiora ꝙ̃ pro morbi magnitudine & nobilitate perſonæ. Ad tympanitẽ aũt magis, qđ cõſtat ex pane cumino & pyretro, amaraco & ſtruthio. Sunt qui admodum laudent ſtercus aquilæ: ego ſcio efficax eſſe medicamentũ: an tutum ſit neſcio, neq; an ad unguẽ cõueniat tympaniti. Quæ uerò ad tympanitidẽ magis faciunt, ſunt thus, dragachãtum & libanotis cum melle. Sunt etiã potiones quædã tẽperatæ, uelut ex carne cancrorũ exiccatorũ. & iuncus odoratus, & lauer & phu, ꝙ eſt ualeriana, & poliũ & amaracũ & calamintha & myurus herba, & nitrũ exterius, interius aũt: exterius etiã alumẽ, & aquæ calidæ & ſmyrnium, & umbilici Veneris radix & ſolanum hortenſe & granũ cnidium. Cõpoſitio urinã ciẽs.

Recipe ſeminis fœniculi, cardamomi radicis, eryngij corticis, radicis capparis cuiuſq; ʒi, ſtercoris columbini cochlearia duo, contere & conſice cum aqua catapotia ciceris magnitudine, & quinq; ex eis quotidie prębe. Potus hydropicis cõmodus, experimento cõſtans, qui tum per urinas tũ per uentrẽ euacuat: caroi ℈xxvij, fœniculi ℈xiijs, alias uncias ꝓ ſcrupulis aniſi ℈xiijs, cumini lati ℈v, mei ſexquiſcrupulum, iridis ſiliquas tres, mellis ſeſquilibrã, uini ℔ vi. exhibe menſuram mediocrem ieiunis in inſeſſu ſolij balnei præcalefactam, eſt & ſuaue guſtui. Alius potus ciens urinam, ex cuius uſu inſignẽ uirum tympanite detentum ſeruatũ uidimus, etiã ſi à multis medicis iã eſſet detritus: Ammoniaci thymiamatis ſextantem, radicis herbæ lonchitidis ſextantẽ, petroſelini ſexquinunciã, calami indici, coſti, cinamomi ſpicæ nardi, piperis lõgi, myrrhæ ſtactes ſingulorũ ℥i, ſeminis rutę quadrantẽ, phu ʒiiij, ſtyracis ʒiiij, phylli quadrantẽ, mellis deſpumati quantũ ſufficit. excipe melle, fabæ Aegyptiæ magnitudine, præbe cũ calidę aquæ cyatis tribus. Emplaſtrũ noſtrum, quo ego plures ſeruaui.

Recipe foliorũ rutæ, ebuli añ ℔ iij. excipe ſuccũ, & cũ corticib. arãciorũ contritis fiat emplaſtrũ. Sacculus noſter, quo aurificẽ quẽdam ſanaui.

Recipe ſtercoris caprini ℥iiij, erithrodani ℥i. cumini, iunci odorati ſingulorum m̃ i, ſalis nitri purgati ʒis, ſpongię minutim inciſę ℥ij. omnia prę

ter spongiam terantur, & sacculo indita perpetuò super uentrē teneantur.

Vbi uerò sanatus fuerit ex humore, expedit fascijs puluere thuris & libanotidis inspersis uincire uentrē, atq; rationem uictus obseruare. Et per interualla accipere aromaticum nardinū aut oxyacanthā, pastillum superius descriptum, in quibus pro singula libra adsit ℥is, pulueris germinum ebuli uirētiū, & in furno exiccatorum. Vbi tympanitidis cura successerit, ad difficultatem spirandi nos conuertere decet, atq; ea constat tribus auxilijs peculiaribus, ecclegmate, medicamentis & inunctionibus. Ecclegma simplex, sed perpetuò continendum in ore, est oleum pistaciorum, quod tota nocte debet teneri in ore. Aliud facilè. Zulapium ex capillo ueneris, cōmisceatur croco, ita ut in singulis uncijs zulapij ʒs orientalis croci sic misceatur, ut discrimen nullum appareat. Sunt & alia notissima ex scilla pini nucleis, de caulibus, ex pulmone uulpis, sanum & expertum. Aliud.

Recipe sanguinis suilli recentis, carnis limaciarum an̄ ℔ i, pulmones uulpium numero iij, carnium bubonis ℥ viij. destillentur per balneum mariæ in uase uitreo, inde cōmixta aqua saccharo teneatur in ore, ut sensim descendat. Vtilis est etiā hæc aqua, si ex ea bibantur ℥iij cū ʒiij sacchari & granis vij. croci. Ecclegma nostrum suauissimum.

Recipe mellis uirginei repurgati ℥iij, manæ electæ pinguis ac recentis ℥ij, zulapij de capillo ueneris ℥i, auri puri folia numero xii. misce in mortario optimè, & de hoc teneat in ore. Mel sic repurgatur. cape mel uirgineū, & pone in uase uitreo: quando est liquidum, & singulis tribus diebus partem spumosam & sordidam auferto. De medicamentis est aqua suprascripta hoc modo (post quadraginta dies, quibus utetur medicamento infrascripto) capiet alternis dieb. ℥iii. cū ʒii. sacchari: immisces & puluerē hūc.

Recipe sanguinis bubonis siccati, pulmonis uulpis sicci an̄ ℈i, croci grana v. terrant̄ subtilissimè, capiat cum dicta aqua tardādo cibū quinq; horis. Medicamentum quadraginta dierum, cuius suprà meminimus.

Recipe aquæ Padi fluminis ℔ xxx, coquantur donec redeant ad xv. in illis xv ℔ aquę imponantur cicerum rubeorum ℥vi, sinapis in linteolo ligatæ ʒij. permittantur per horas xxiiij in cubiculo calido, inde abiecta sinapi coquantur in eadem aqua, donec aqua redeat fermè ad ℔ i: pòst colet̄ exprimēdo ciceres per linteum tn̄ spissum, & de hoc capiat ab ℥vi usq; ad viij cum ℈i croci, continuando per dies xxxx, & nunq; interim exponat se frigori, nec comedat usq; ad sex horas. Est manifestū, quòd hoc decoctū satisfaciet ei ꝓ duabus uicibus. Caueat etiā ne assumat illud, dū sentit cruditatē in uētriculo. Exterius applicāda sunt hæc. R. butyri recentis ℥ij, olei amygdalini tātundē, succi corticū aranciorū, qui ꝓuenit expresso cortice leuiter & sine cōtusione grana vij. misce, & inungat̄ dorsum & pectus, & maximè inter quintā & septimā costā, ubi pulmo tāgit pectus. Aliud melius. Destillet̄ butyrū per balneū mariæ, & misceat̄ cum oleo amygdalarū, & succo illo & ℥i aquæ uitæ septem coctionum, & inungatur ut suprà.

Quòd si per hæc auxilia nō iuuaretur, deueniendū est ad exhibitionem

nem aquę thermarũ aut decocti ligni Indici, in quo obſeruare oportet ne aſſumat corticẽ in hac cauſa, quia difficultatẽ ſpirãdi facit: unde ſequitur, quòd aqua nõ uino uti oportet. Quidã tñ è collegis, uir clariſsimus, dicit ſe obſeruaſſe corticis uſum etiã innoxium patientib. difficultatẽ ſpirãdi: ꝙ ſi ita eſt (malo em̃ illi credere ꝙ̃ mihi) & cortex & uinũ poſſet exhiberi. Dictum tamẽ eſt per alium collegã clariſsimũ, quòd bonũ eſt ab initio ſubſiſtere ab exhibitione uini, & uidere an ſuꝑfluo calore afficiat̃ à potu aquæ. Mẽſe ergo Maij, ſi alia nõ profecerint, ſumat hoc decoctũ ab initio mẽſis.

Recipe ligni Indi bene olẽtis & acris guſtus, & tenuiter deraſi ℔ i. cubebarum ℥ vi, labruſcæ uiridis m̃ i. infundat̃ lignũ in aquę ℔ xv per uiginti quatuor, inde coquantur ad conſumptionẽ quartæ partis: pòſt addant̃ cubebæ cõfractæ & labruſca, & permittat̃ decoqui ad cõſumptionẽ alterius quartę partis, deinde coletur, & de hoc bibat ℥ vi. mane: & ſi poteſt ſudare, ſudet. Primis quinque diebus abſtineat ab omni cibo, ſed ſit contentus pane leuiſsimo ſupraſcripto & uuis paſſis: & ſi non poteſt ferre inediã per quinꝗ dies, ferat ſaltẽ ꝑ tres. Bibat etiã cũ cibo de hac aqua uſꝗ ad triginta dies ſaltẽ, & nihil aliud, niſi quòd ſingulis tribus dieb. aut quatuor bibat ℥ v. uini flaui ſubdulcis odorati, & hoc ſi uentriculus uideat̃ illi debilis, uel uehemẽti deſiderio uini teneat̃: interdiu nõ bibat aq̃, nec aliud. neꝗ .n. multũ ſitiet ob labruſcã, nec ſe exponat aẽri niſi trãquillo ſereno calido, & ante prãdiũ uel ante cœnã. Aqua deberet fieri ſingulo die: & ideo ꝓ me dietate tantũ, uel ad ſummũ alternis diebus. Poſt illos quinꝗ dies uel poſt tres, ſi nõ potuerit tolerare in mane hora xij. comedat ſolum panẽ & paſſulas, ut dictũ eſt: in ueſperi aũt hora xxij. edat per diem aut pullũ aut columbũ ſylueſtrem iuuenẽ, aut duas aues paruas, quales ſunt turdi, merulæ aut galinaginẽ: aut gauiã auẽ, q̃ nos uocamus pauonculũ cũ uuis paſſis etiã. Anteq̃ uerò aſſumat hoc decoctũ, purget̃ cum mãna, & his quæ ſuperius dicta ſunt. Et hæc eſt opinio noſtra de potu aquæ ligni. Clariſsimi collegæ addiderunt ſuper hæc in decocto abſinthiũ, cichorium, aſpleniũ, eupatoriũ, paſſulas: quæ omnia cum ſanthalis, quę à nobis cõmemorata ſunt, maximè cõueniunt, ut nihil melius: uerũ adeò ingratã reddẽt potionẽ, ut uix eã ꝑferre poſſit. Si tñ ꝑferet, erit admodũ utilis: & ego eã maximè laudo. De aq̃s aũt thermarũ, q̃a tẽpus exhibẽdi lõgius abeſt, dicere ſuꝑſedeo.

Quòd ſi nec ex his ſoluat̃ morbus, ut pote cõtumaciſſimus, fontes fiant ſub genu in utroꝗ crure. Fontes em̃ hi trahunt materiã ex profundo, quãuis uideant̃ ignoti fuiſſe antiquis: nec ſcio aliquẽ authorẽ Græcũ aut Latinũ, aut Arabẽ, qui de hoc tractauerint. Propter hoc exiſtimo opportunũ eſſe, ut hoc loco hanc doctrinã breuiſſimè expediã. Omnis dolor fit circa mediocritatẽ, & nõ fit ex mediocritate, ut ex tẽperamento, id eſt, ꝙ illud ꝙ debet facere dolorẽ, oportet ut generet intẽperiẽ & generet in mediocri tẽpore: quia ſi nimis celeriter aut tardè dolor nõ fit, aut ualde exiguus, ergo ſi fiat eſcharoticũ, ꝙ celerrimè operetur: uel tardiſſimè nullũ faciet dolorẽ, aut ualde exiguũ. Et ideo deſcribã duo genera eſcharoticorũ, quorũ

De Fõtibus, uulgo uocatis camerijs potentialib. ſeu fontanellis.

 unum

unũ operatˀ in uigintiquatuor horis, & nullũ facit dolorẽ ꝓpter tarditatẽ.

Recipe calcis uiuę, saponis Gallici añ partes ęquales: misce & suppo natˀ. Appello saponẽ Gallicũ, saponẽ nigrum, seu tenerũ, alterum ꝓpter celeritatẽ minimum affert dolorem, cuius descriptio est.

Recipe capitelli ℔ ij, calcis uiuæ ℔ s, cineris roboris ℥ iij. His contritis superfundatur aqua, & post horam educatur, & statim superponatˀ alteri calci uiuæ & cineribus, & rursus excipiatur: pòst superponatur tertio alteri calci uiuæ & cineribus, quibus addantur chalcanthi contriti ℥ is, & post horam tollatur: ultimò superponatˀ tantundem calcis uiuæ cineris & chalcanthi, & addantur æruginis in puluerem redacti ℥ s: & post horã excipe aquam, & eam coge lento igne, & proijciatur super lapidem marmoreũ, & ita cogetur & conseruetur in uase uitreo in loco sicco. Modus operandi talis est. Accipe ceratum diaquilõ simplex, & extẽde super coriũ rotundum, & in medio eius fac foramen rotundũ quantitate grani milij Indici seu melegę & suppone ceratũ loco: deinde madefacito è directo foraminis cum saliua: deinde superponito escharoticũ, & super escharoticũ superponatur ceratũ aliud diaquilon simplex, & ligetur locus, & nullo modo moueatˀ. nam in motu magnum est detrimentũ, & maius periculũ. Melius aũt fit cum ferro: & ideo dicebat Rinaldus de Villa noua in parabolis: meticulosos tantũmodo cõuenit uti medicinis. Quo ad locum dicebat idẽ ibidẽ, quæ sunt educẽda per escharotica medicamẽta inter musculum & musculum prope locum, & prope uenã magnam: quæ à loco ipso deriuetur facto suũ, sunt educẽda. Ex quo patet, quòd tres cõditiones debet habere talis sinus, qđ sit inter musculum & musculũ, ne lędatˀ motus: & ut melius materia colligatur, quod sit è directo loci patientis, iuxta doctrinam Galeni κατὰ ἶξιν, & hoc est melius quàm prope: quòd sit prope uas magnum, ueniens è loco. Addo duas alias conditiones, quòd non sit nimis profundũ, ne transeat in ulcus chironium, & ne sit in loco obnoxio motui, ne ex quacunq; causa proritetur à motu. Fiat ergo sub genu per quatuor digitos in parte domestica, si nolit equitare: in syluestri, si uelit. Vtrum uerò propè an procul, dico (non in hoc casu tantum, sed in omnibus alijs, quia de hoc auxilio nullibi tractauimus, nisi hic, ut faciamus perfectam doctrinam) ꝙ statuendus est sinus prope locum affectum, si materia sit pauca & procul: si sit multa, dum modo tamen in medio non sit membrum principale, super quod uas illud transeat quod deriuetur ad locum. De utilitate dicebat Rinaldus loco supradicto, materia quæ non potest deduci per naturales locos ullis medicinæ instrumentis, prope locum per sinus est educenda. Et est sumptum ab Auicẽna quarta quarti, ubi agit de ulcerib. Natura expellit (inquit) ad ulcera residuum superfluorum, quæ in morbis generantur. Et ita patet, quantum in utilitatis in hoc casu fontes afferre possint. Custodia uerò talis esse debet excidente eschara, quod fit plerunq; iuxta septimam diem: imponatur cicer cum acie infrà, & ligetur ita quod perforet sensim carnẽ sine dolore tamen, quod cõtingit propter corruptionẽ

eius:

eius: ubi uerò caro perforata fuerit, quod cõtingit post unã diem, plerunque imponatur sphærula ex cera alba, & ligetur sic, ut comprimat carnem sine dolore tamen, interponendo lanã aut cotum inter uinculum & sphærulã. Quòd si locus inflãmetur, inungatur iugurca oleo rosacco omphacino. Sin aũt cõsolidetur nobis inuitis, fiat puluis ille descriptus in libris de Subtilitate, ad carnẽ nariũ, & in collo uesicæ exedendã, & imponatur sub pila: quia lõgè melius est pcipitato, à quo omnino cauẽdũ est, qa offendit respirationẽ. Et hæc de tertia intẽtione & auxilio fontiũ generaliter dicta sint.

Deueniendo modò ad pprium casum, periculũ est ne ex fontib. ulcera prauè euadant, nõ solum iuxta dicta Auicẽnæ, sed etiã Hipp. & ne materia uniuersim ad locũ cõfluat, & crura inflent. Sed tñ si purgato & siccato bene corpore hæc fiant, nullũ imminet periculũ. Tandem si nec per ista curet morbus facta missione sanguinis, & iam sublata tympanite, & prepurgato diligentissimè corpore cum medicamẽtis etiã ualidis, ut pote cũ catapotijs aggregatiuis, uel melius cũ hiera, quę excipit colocynthidã: dico aũt hierã Galeni factã cũ additione colocynthidæ, uel melius cũ frequẽti expurgatione medicamẽtorũ superius descriptorũ in tẽpore autumni, uel alio uere sequẽti, adhibeat quartum genus curationis, quod exustione cõstat. Cuius cum locuplex mẽtio fiat apud Aetiũ & apud ipsum solum, placuit, ne ut dici solet, bene dicta uertẽdo malè ut rẽ faceret suã, ascribere ipsius authoris propria uerba, quæ sunt: Iuxta mediũ cõmissuræ clauicularũ utrinque una crusta inurat, cũ cautione tñ, admotis manib. distẽta cute, ne aspera arteria oblædat. Deinde alię duę paruæ iuxta carotidas colli arterias, infligendæ paululũ sub mento utrinque unà, incũbẽtis cutis tm̃ perustione facta. Inflĩgẽdę aũt adhuc aliæ duæ sub mamillas inter tertiã ac quartã costã, rursumque aliæ duæ retrorsum uersus inter quintã ac sextã costã. In medio etiã pectore unã inurere oportet, & iuxta principiũ ossis pectoris, quod à capitis gladij similitudine Xiphoides Græcis appellatur: supra os ipsius uentris unã simili modo, & adhuc alias duas inter octauã & nonã costam utrinque unã. Tres etiam retro inurendæ sunt crustę: una iuxta medium dorsi, reliquę duę ab utraque uertebrarũ parte, paululum infra mediã crustã. Omnes aũt infra collũ inustas, mediocriter latas esse cõuenit, neque ualde in superficie consistentes, neque rursus nimium profundas. Vlcera autem crustarum satis multo tempore fluida per mittere oportet.

Hæc igitur de morbis principaliorib. quæ etiã alijs annexis magna ex parte conueniunt. quia tamen adest tumor in crurib. qui ut dictum est, posset uehementius augeri, & ubi ad superiora contraheretur, afferre periculum uitę, ideo etiam de illo aliqua dicere cõuenit. Et manifestum est, qđ debet reponi in capitulo hyposarcæ, non ædematis: quia cura ei cõuenit hyposarcę principalius q̃ ędematis, igit̃ debet reponi in capite hyposarcæ. Nã cum hyposarcæ cura sit fermè ea quæ ascitis, ut Auicenna refert, ædematis aũt ut astringentib. & repellẽtib. utamur, ut docet in tertia quarti, & cũ uinculis & cũ spõgijs ex aceto uel lixiuio impositis, & cũ aqua caulis

& ciceribus & nostra ætate utuntur caliga ex corio canis, & multum conferre solet: quæ nihilominus, ut dixi, hic nō conueniunt. Conueniunt tamē confirmantia mēbrum, uelut lotio ex uino nigro, in quo libanotis, saluia, betonica, sal & sulphur incocta sint. Sicut ē diuerso non conueniunt quædam, quæ soli hyposarcę sunt propria, ut cucurbitulæ, quę aquā extrahere solent. nam cum membrū sit imbecille, plus trahitur materiæ ad locū, ꝙ possit euacuari ex tali sectione: ideo in talib. fit error prior priore. Ideo ego cum curarē cauponē quendā ex hyposarca, abstinui ab hoc auxilio, quamuis Aetij. Ex auxilio aūt Aetij licet ab initio uideant̄ leuari omnes, tandē perijsse uidi: & si tempus esset, declararem causam huius, ideo nō cōuenit nisi robusta adhuc parte. Est igitur medicamentum hoc. R. fructuū iuniperi maioris, quæ planta est cedro similis, & fructus ęqualis fructui cupressi ℥ ij, aquæ ℔ iij coquant̄ donec redeant ad ℔ i, & fiet aqua illa rubēs, de qua capiat ℥ iij cum ʒ iij fructuū iuniperi minoris, & cōuenit in alijs dispositionib. dictis. Prouocetur quoqꝫ sudor, & fontes & aqua ligni, etiam huic dispositioni ualde auxiliabuntur, exterius aūt applicetur hoc. Recipe foliorum lilij in clibano siccatorum, thuris, styracis siccę, absinthij, calami aromatici, spicę nardi, musci adnascentis coniferæ arbori, & est herba minuta odorata ualde, singulorum ℥ i, fiat caliga ē spongia, & superfuso hoc puluere super alligetur, & iuuabit multum. Hęc existimo satisfactura, & si rectē obseruentur: ac ad unguem, Deo dante, spero sanitatem recuperaturum, saltē magna ex parte. Sed si deliquerit uel minima ex parte, sciat quid Galenus dicat dū de tabe agit: & si quæ clara minus uidebūtur aut absoluta, medicus sunt cum sit peritus & expertus supplebit. Talibus enim, ut inquit Galenus, multa eorum arbitrio sunt relinquēda. Atqꝫ hæc forma est consilij mediocris. nam magnum construximus in causa Pontificis Amulthonis: parui autem hoc erit exemplum.

CONSILII PRO LABORANTE difficultate spirandi Finis.

CONSI-

CONSILIUM generale, pro fluxu sanguinis coercendo.



RIA esse cõstat cõsideranda circa sanguinem fluentẽ immodicè coercendum: locus, causa, auxilium. circa locum duo, uel ex qua parte, ut ex similibus instrumentis. Ex similibus, quia uel fluit à carne, quod rarò contingit: uel uenis, qui maior est: uel ab arterijs, & est difficillimus, & tunc succedit ratione compositionis in arterijs & uenis, ut sint paruæ uel magnę, & ita sunt iam quinque modi.

Sed ex instrumẽtis etiã est, quòd locus uel subijcitur oculis, uel tactui, & non oculis, id est, quod manus potest attingere, uel nõ potest: uel est ualde profundus locus. exemplum eius qui uidetur loci, dum è uulnere fluit: exemplum dum pertingimus manu, ut in hæmorroidibus & fluxu sanguinis narium: exemplum cum nõ pertingit, ut si ex uẽtriculo, iecore: exẽplum ualde profundi, ut in pulmone & renibus, ut Galeni utar exẽplis. sunt igitur ductis quatuor in quinque iam xx modi.

Circa causam illa est uel apertio oris uenę, uel erosio, ut in ulceribus: uel diuisio uenæ. Hæc uerò duplex, aut tota diuisa, & est incisio: uel pars, ut plerunque est, & uocatur sectio. Sed uterque horum modorum, & etiam erosio fit à causa exteriore uel interna, ut iam sint septem modi, erosio scilicet uiolenta, & à causa interna, & ita de incisione & diuisione, ut sint sex modi: deinde apertio, & erunt septem modi. duo qui sunt à causa interna diuiduntur in tria, uel à multitudine, uel à malitia humoris, uel à motu seu caliditate.

Sed cũ erosio cõtineat malitiã, erunt duplicati modi à sectione & incisione tantũ: qui cum essent quatuor, fiunt octo, additis igitur tribus fiunt 11. hos igitur si duxeris in 20, fient modi omnes quibus profluere potest sanguis à corpore 220. Ex his sunt in carne seu ex uenulis 44. hi sunt faciliores. Inter hos tñ difficiliores sunt 11. qui fiunt in profundo loco, & ex his insanabiles, ꝓpemodũ unus q ab erosione interna: ex 33 reliquis difficiles omnes, q ab erosione, & sunt sex. igitur in carne difficillimus, unus ꝓfundus cũ erosione, inde alij sex ex erosione nõ in ꝓfundo loco: & decẽ in ꝓfundo loco, nõ ex erosione. His ꝓportione respõdẽt, sed deteriores 44 in uenis paruis: adeò ut unus sit ꝓpemodũ insanabilis, sex alij difficiles, sed nõ cũ tanto periculo: reliqui decẽ cum magno etiã periculo, reliqui 27 faciles.

Succedunt his 44. ab arterijs paruis longè deteriores, & respõdẽt primis, adeò ut primus sit penè insanabilis, sex alij nõ cũ paruo periculo difficiles etiã, alij decem cũ maximo periculo difficiles, pòst qui sunt ex uenis magnis 44. Vnus est absque cura, itẽ 2, qui fit in mẽbro nõ subiecto tactui,

itē alius omnes: is cū imminēti morte, reliq 27. cū maximo periculo, & uix sanari possunt. Modi tamē 44 qui oculis subijciunt, facile sanant in cōparatione ad reliquos, post 44 alij quibus saltem specillo auxilia admouere licet. Modi uerò 44 arteriæ diuisæ magnæ 33 sunt mortales, id est, qui nō sunt extra: ex 33 lethaliores, & præsentem magis afferunt mortem, qui in locis iuxta cor uel spinam dorsi, & ita patet ratio prædicendi, item curandi, quæ difficilliores morbi auxilijs ualidioribus curari debent.

Intentiones duæ curatiuæ sunt generales, auertere influentem sanguinem, & prohibere fluentem: & in omnibus his præsupponitur, ut tollatur causa antecedens. Diuertimus secundū directum inter iecur & locum lęsum si remotus sit, uel si locus lęsus sit propinquus iecori ultra iecur: ita quod semper uel iecur uel locus unde diuertimus, sint in medio nūquam locus ex quo fluit sanguis. nam tunc plus attraheret, ex duobus uerò modis in loco remoto, ubi sanguis fluat diuersio fiat iuxta iecur: si aūt propinquo, ultra iecur. & hæc etiā conuenit, si à remotis fluat, ita ꝙ si fluat à remotis primò debemus incipere ultra iecur, deinde inter iecur & locum lęsum in propinquo cum loco iecoris. si aūt fluat ex loco propinquo iecori, fiat retractio ex loco ultra iecur.

Quòd si sanguis ex arteria fluat, idem in corde obseruetur quod in uenis: de iecore diximus, & semper ex latere patientis loci. Sed prohibitio fit tribus modis, uel cum his quæ à proprietate agunt, uel locum implēdo, uel partes diuulsas iungendo. Quæ implent uel aliena materira implent, uel sanguine ipso, uel carne uel eschara. Ergo in uniuersum sunt sex modi, horum quatuor trifariam adhiberi possunt. nam escharotica solum super locum adhibetur, uel igitur intus, uel extra, supra locum uel è directo loci fiunt 14 modi auxiliorum. Quędam autem habent intentiones plures simul, agam tamen de singulis seorsum.

Primus modus est sistentium à proprietate sanguinē applicando extra è directo, & est iaspis oriētalis ualde uiridis cum sanguineis guttis magnus: et si nesciat locus, applicet sup iecur in sanguine uenarū sup dextrū hyppocondriū, in arteriali super cordis apicem inter quintam & sextam costam, ascendendo ab ultima spuria.

Super locum ex proprietate agit stercus asininum, ego tamen addo acetum: & sit siccum illud: & melius, quod Maio colligitur. Itē herba sicula, quæ in xxiiij horis consolidat: & est quasi similis anetho.

III. est sistēs à ꝓprietate intus, & est lachryma cerasii, itē cortex oui tritus. Quartus modus est cū eschara, & est ut sup uenā cādēti ferro eschara: excitet, & est potēs ualde, sed oportet ut uena uel arteria nō sit multū ꝓfunda.

Quintus modus est ut extra uenę partes iungant. hoc aūt fit duob. modis, subitò, & cum tēpore. subitò fit tribus modis, cū digito cōprimendo, & uocat bucelatio, donec sanguis cogat. secūdò ligāndo arteriā uel uenā iā à carne liberatā. tertiò fit incidēdo uenā per transuersum. dicebat Galenus: Concidit caro, & cōprimit os uenę, & ita sistit. dico etiā quod in bu

celatione

celatione fit compressio loco eius cũ puluinis paruis constringendo. Sed consolidatio, quæ fit cum tempore, fit cum auxilijs, quę infrà dicam.

Sextus modus est, ut istud fiat intus accipiendo: & hoc fit cum conglutinationibus. & in hoc genere sunt lachrymæ omnes fermè, & thus & gariophylli incogniti. pro his uiribus & symphitum & mucilagines omnes, & gelatina & cibi glutinosi, ut caseus recens, pedes porcellorũ, itria.

Septimus modus est eorũ, quę exterius applicata, interiora ulcera cõsolidant, & hæc parũ faciunt: si tamen aliquid iuuat, est exẽplum ex symphito & luto armeno.

Octauus modus est implẽdo aliena materia: & ita facimus exemplũ ex gipso & glutine piscium, & non est melius.

Nonus fit implendo sanguine ipso omnia quæ refrigerant actu potestáue, uel cogũt. Igitur primò aqua frigida assiduè superimposita bolus armenus orientalis, lemnia terra, aqua plantaginis: apud Galenum hęmatites non ille uulgaris, sed optimus, & herba camæcissos uocata uinca pro uinca materno sermone, acatia, hypocistis, citini, portulaca, polygoniũ. Eadem uerò inseruiunt intus exhibita, uel è directo loci apposita, sed cum modico aceto, ut uirtus in profundũ possit penetrare, & ita patet decimus & undecimus modus.

Duodecimus fit cum his quæ carnem generant, & est auxilium Galeni, primo cũ thure, aloe, & pilis leporis. consolidant & sarcocola, unde illi nomen inditum. strenuè quoq; lachryma abietis, item mastix. eadem ut dixi, etiam cõsolidant uenas in pueris, & arterias quandoq;, aut generant aneurysma. Omniũ præsentaneum auxiliũ afferens ad hoc. R. lachrimæ abietis, ℔. i. masticis, sarcocolæ, thuris añ ℔ s. aloes epatici ʒ viij. destillent per cineres calidos, oleum ita ut non uratur. Aliud s. hypericonis cũ herba ℥ vi. fructuum balsaminę ℥ iiij, terbentinę claræ, id est, lachrymæ laricis (nam fermè idem potest cum abietina) ℔ i, croci ℥ i, gariophyllorũ ℥ is. misce cum ℔ vi olei ueteris: & maneat in sole per xl. dies caniculares, uase bene concluso: & ut sit antiquius, oleum eo redditur melius. Eadem hęc sumpta intus sanant, & apposita extra in directo aliquid faciunt: unde patet decimustertius & decimus quartus modus.

Ex his licet complicare has intentiones: nam singularia ipsa sunt infinita.

Consilij pro fluxu sanguinis coercendo Finis.

HIERONYmi Cardani Mediolanensis medici Consilium pro Mantuano lepram patiente.



RO declaratione huius morbi sciendum est, quòd elephã tiasis, lepra, scabies, impetigo, pruritus, leuca, & alphos quæ est uitiligo, fermè eiusdẽ sunt generis, differuntq; tum magnitudine, tũ proprijs quibusdã differentijs & magnitudine, præsertim elephantiasis differt à cæteris, adeò ut sit carcinoma uniuersale: omnes tamen hi morbi conueniunt in quibusdam, in membro affecto: quia in omnibus cutis afficitur, & quòd sunt fœdi & contagiosi, licet aliqui parum, aliqui uehementer, & sunt omnes cronici & endemij, propaganturq; à maioribus in descendentes, & ideo uocantur hæreditarij. Elephantiasis autem est morbus, qui nunquã curatur: hic autem morbus non est elephantiasis, sed est lepra Grecorum: quod facilè dignoscitur, quia cum sit profundus, differt à scabie & alpho seu uitiligine: differt etiam à leuce, quæ est albaras Auicennæ, quoniam non est cum defœdatione cutis alba, imò potius tẽdit ad rubedinem. differt etiam à pruritu, quoniam ibi non est permutatio ulla in cute, quantum ad substantiæ & calorem, aut formã: sed ab impetigine, de qua maior est dubitatio, quia impetigo est parua lepra. ergo cum hic morbus sit difficilis, debet appellari lepra & non impetigo. conueniunt isti affectus, quia ambo sunt cum pruritu profundi, serpunt, sparguntur circum circa, fiunt ex humoribus adustis: sed differunt in hoc propriè, quod impetigo fit ex serosis ad mixtis crassis, lepra ex crassis admistis serosis, & hæc omnia colliguntur à Paulo Aegineta in initio quarti libri à primo cap. usq; ad 6. Fiunt ergo hi duo morbi (quoniã in horum alterum necesse est ut cedat affectus hic) ex materia crassa & melancholica, & serosa, exustis cutem inuadentibus, ac profundius se immergentibus, tum sese in ambitũ spargentibus cum pruritu. Aetius autẽ libro xiij. cap. 134. dicit, quòd lepra fit ex tenaciore ac crassiore ac magis atro humore, & est magis aspera ad contactum, & pruritũ inducit, & non penetrat, nisi cutem & squammas magnas gignit: & ideo potest uocari scabies maior. nam nisi hoc signo ab ea differt, & licet circa hoc multæ essent dubitationes: qui tamen non librum intendimus componere, sed consilium conscribere, ideo properamus ad curam: tum eo magis, quòd omnes autores in hoc concordant, quòd iste morbus est sanabilis, & quòd auxilia quæ uni conueniunt ex his affectibus, conueniunt omnibus. Et constat, quòd talis morbus, ut dictũ est, est elephantiasis minor. sed est una regula generalis, quòd quæcunq; curant maiorẽ morbum, curant & minorem, si sint ad unguẽ unius generis, uelut quæ curant comitialem,

tialem, curant etiam incubum: ergo quæ curant elephantiasim, curabunt multò magis hanc lepram. & hunc morbum esse puto, de quo Moses agit in Leuitico, ubi uidetur distinguere lepram. quæ est elephantiasis Arabum, à scabie & lepra Græcorum tribus signis, mutatione pilorum, & quòd caro sit depressior, & quòd morbus indies augeatur, tunc enim est elephantiasis. & si unum horum signorum deficiat, tunc maximè attenditur incrementum & diminutio morbi, & quòd caro ipsa uiua appareat seu detegatur. ibi etiam facit duo genera lepræ, corrodens, & non corrodens. & locus ille uerò est difficillimus, in uniuersum tamē etiam post curationem uult eradi pilos, & lauari uestes: & nemini dubium est, quòd ubi morbus sit cutaneus, mundicies multū cōmodi affert. Scriptum est etiam in Deuteronomio: Curatote in morbo lepra, diligenterꝗ operā date, ut eis quibus uos Leuitæ sacerdotes ex meo præcepto instruent, pareatis.

Cap. 13.

Cap. 23.

Igitur ut ad rem deueniam, cum omnis cura constet ex dignotione morbi, sed longè magis ex dignotione causarū, oportet causam scire ipsius lepræ. cum ergo causa sit humor crassus, & lentus, & melancholicus, item serosus exuctus: sciendum est, quòd si serosus sit atque abundet, tunc est cum pruritu maiore: sin autem materia crassa solum sit, pruritus minimus aderit, sed dolor, & sanies & fœditas maior: quicunꝗ etiam morbus fuerit cum pruritu, facilius soluit̄: ubi exiguus sit, aut nullus difficillimè. & hæc est causa, quòd hic morbus non potuit ad hanc diem usꝗ curari. nā cum nō negetur magno pruritu materia est crassa, lenta & multa, tū quia à primordio uitæ, anno scilicet fermè quarto eum cœpit inuadere: tertiam causam esse oportet uel prauitatem humoris, uel ualde fixam qualitatē in mēbro, generante uel recipiente, uel utrunꝗ. omitto nunc regimen prauū aut aërem non aptum curationi.

Quæ autem suadent curationem fieri posse, sunt genus morbi: quod ut dixi, per se sanabile est. nam sola elephantiasis in hoc genere insanabilis est: deinde quia est iuuenis, annum agēs uigesimum primū uel circa, & est terminus incrementi secundum longitudinem: deinde quia est pinguis, & satis bonę temperaturę, est etiam tēpus uernū: & etiam quoniā nō sunt tentata auxilia magnifica & præclara usꝗ nunc, neꝗ omnia neque præcipua: & quoniam quædam inuenta sunt nostris temporibus, quæ à proprietate agunt & erant ignota antiquis, uelut quæ illinuntur arterijs. his sex causis uidetur omnino morbus esse sanabilis: quæ tamē ostendunt difficultatem, sunt prolixitas ipsius morbi. nam uidetur iam decem & septē anni exacti, ex quo laborat hoc morbo: & etiam quia, ut dixi, caret pruritu, & quia serpit & est profundus, propter quod uolunt etiam leucen esse insanabilem: & quia curatus fuit diligenter, & non potuit sanari, licet non cum ualidioribus auxilijs, ut dixi. non enim omnia tentata sunt ualidissima auxilia, sed quædam solum: concludo tandem, quòd Deo dante, sanabitur seruatis seruandis maxima cum diligentia, tamen & longo tempore: & licet reuertatur, tamen ijsdem auxilijs occurendo

poterit ex toto sanari: & ita quod fieri non poterit in una uice, fiet in pluribus.

De causa patet, quòd sunt duo membra: unum, quod generat & mittit, & est iecur: alterum, quod recipit, & est cutis. Est etiam triplex cura uera, quæ sanat morbum, & quæ fucata est tegens illum, & quæ mitigat ipsum. nam ipse conqueritur maximè, quòd morbus ille ascendat ad collum & faciem, unde deturpat eum. Ergo cura ipsa qualiscunque sit, per regimen uictus, per topica uocata, & per medicamenta fit. Sed primum id uidendum, postquam duo esse membra in causa diximus, iecur generans & mittens: & cutim, quæ recipit. An igitur maius uitium erit in cute, an in iecore? istud scire expedit, cum enim medicamenta paria esse debeant uiribus, ipsius uitio cōstat oportere nos scire quanta pars pertineat ad iecur, quanta etiam ad cutem.

Videmus enim in his morbis aliquando medicos frustra niti in mittendo sanguinem, in purgando corpus, in regimine ordinando, quæ omnia tandem parum aut nihil conferunt & in nihilum reducuntur. Adueniente autem aliquo qui cutem unguento illeuit, sanantur: & contrà, aliquando accidit ut multis medicamentis cutis illinatur, nec tamen sanatur æger, at purgato corpore & sola uictus ratione curantur. Rursus in aliquibus necessarium est utrunque, oportet igitur scire quid maximè sit in causa. Istud autem maximè & facillimè cognosceretur, si auxilia adhibita sciremus, & à quibus leuatus est morbus, & quæ nihil prorsus contulerunt. Clarum est autem, quòd cum cutis, ut dicebat Galenus in libro de Morbis, nullas penè habeat uires, non attrahendi, non expellendi, non retinē di, non concoquendi, id non contingere propriè uitio cutis, nisi quatenus ipsa est læsa, & ob læsionem natura transmittit excremēta ad illam. Quomodo ergo medicamenta, quę illinuntur, poterunt curare lepram, impetiginem, scabiem, cum (licet restitutis uiribus) ipsa non possit repellere humorem noxium: sicut neque infans sanatus ex morbo magno, non propter hoc poterit ferre pondera magna, quia non potest restitui ultra gradum proprij roboris? & ideo stat dubitatio magna, an scilicet materia quę ibi redundat, transmittatur ex alio loco corrupta: an sit alimentū cutis, quod corrumpatur & transeat in materiam coniunctam? Et uidetur generaliter saltem, quòd debeat esse materia, quę transmittitur: quia alimentum non potest esse adeò copiosum, ut sufficiat subministrare materiam similibus morbis. Ex aduerso non curarentur medicamētis exterioribus adeò facile: & etiam quia uix fieri posset, ut tanta copia humoris redundante, aliæ partes intus non laborarent. & uidetur ex his quæ scripsit Galenus in tertio Methodi de ulceribus, quòd malus affectus in carne subiecta & in cute sit causa impedimenti sanationis & consolidationis in ulceribus. & ita dico de hoc morbo, in quo licet non appareat solutio continui manifesta, proculdubio tamen est occulta. Et etiam alia ratio persuadet, quia talis morbus serpit ad proxima, ergo fit uitio partis patientis potius quàm iecoris.

coris. Sunt & alia iudicia, puta contagium & facilitas sanationis, quæ iudicant esse uitio cutis potius quàm iecoris. Concludo ergo quòd hic morbus maximam partem causæ habeat in carne subiecta, & in cute: sed principium tamen & originem in iecore. & si quis mihi obijciat difficultatem sanationis, respondeo, quòd etiam ulcera chironia difficulter sanantur etiam propter solius partis dispositionē: & maximè, quia ut dixi, non sunt etiam sine uitio totius.

Deueniendo igitur ad uictus rationem, manifestum & quòd cum excrementa hæc sint tertiæ coctionis, partim scilicet quæ sunt loco alimenti ipsarum partium affectarum, partim secundæ scilicet ipsius iecoris, & est humor transmissus per uenas & arterias ad cutim, quasi natura decernente, & ideo uerisimile est, quòd pars istius morbi semper maneat: & est illa quæ fit uitio cutis alia magnam mutationem recipiat, modò multum crescens, modò non, sed quasi in eodem statu permanens: constat alimenta quę assumunt̄, debere parū nutrire, & non multū. cuius tamen oppositum plerunq; medici dum existimant, dum iuuare credunt nocent. similiter non debent esse temperata, ut communiter dicitur, sed contraria qualitati causæ morbi. Diximus autem, quòd causa morbi est humor exustus, serosus & crudus, ergo cibus debet esse exquisitè cōtrarius, & hæc est sententia Galeni in libro de Cibis boni & mali succi. In hoc igitur nihil melius est usu ptisanæ hordeaceæ sine sale, & carnis testudinis. his enim duobus præsidijs tantum curari similem morbum in Domino Francisco Gadio, ordinis sancti Augustini ex ea congregatione, quę Canonicorum uocatur, & ꝙ appellabant illum Regem. Conualuit autem in sex mensibus, cum passus esset morbum biennio, adeò ut tæderet illum uitæ, nec postea unquam redijt. Modus ergo ptisanæ talis est: Hordeum infundatur in aquam multam, xij horis coquatur donec disrumpatur, tundatur, cribret̄, coquatur cum iure pulli, uel testudinis, donec non amplius ampullas emittat, quod post tertiam horam uix contingere solet: id autem in uase terreo. Testudines autem in aqua diu coquantur cum modico aceti albi, croco & boragine, & perseueret in huiusmodi cibo saltem per sex menses, interim tamen poterit uti perca pisce elixato cum eisdem. Item beta & malua in cibis, & lactuca. poterit etiam adhibere omphacium seu agrestam, item succum aranciorum. poterit & uti carnibus pullorum cum plantagine assiduè, ita ut plantago ponatur in omnibus cibis, in quibus ingreditur caro. Caueat generaliter ab omnib. multū nutrientibus, & ideo ab ouis & lacte: solum caro testudinis, pulli, auiculę omnes, hœdi etiam. caueat à caulibus & caseo, omnibus salitis, aromatib. omnibus, croco duntaxat excepto: piscibus nisi squammosis & paruis: non utatur melle & sacchаro, licet moderatè uti cancris: uti potest ꝓprietate potius quadā ꝗ̄ manifesta qualitate aut substantia conuenientibus. Vinū sit album, leue, clarum: sed si biberet aquam, longè melius esset, cuius est descriptio. R. liquiricię recentis ℥ vi, radicis thamariscę ℥ ij, passularū ℥ iij, aquæ ℔ iiij: coquantur ad

consumptionem tertiæ partis, coletur & utatur pro potu, & si uult dimittere liquiriciam, potest augendo quantitatem passularum & thamarisci. Est aũt thamariscus arbor in Italia nota, nascens in ripis fluminum minuto folio, fructu & flore muscoso, id est, tenaci. & generaliter aqua in hoc casu cum non attenuet, uino melior est. Circa somnum utatur prolixo & nocturno, non diurno. Circa aërem eligat clarum, tenuem & calidum potius quã frigidum. dormiat non in plumma, sed super tomentum sericeũ: mutet sępe uestes, & præcipuè indusia. non exerceat se à cibo, sed in mane solũ & si sudet, permutet lineũ indusium, & interiorem uestem (quidam uocãt diploidem) abstineat à coitu, nisi quantum necessitas urget, & curet ut habeat beneficium uentris singulo mane. De fructibus conceduntur quę uẽtrem soluunt, ut pruna, & cerasa: & quæ urinas mouent, ut flagra & pepones & cucumeres, cocti tamen.

Quod ad intẽtiones curatiuas, primũ R. succi cassię nouiter extãtis ℥v. origani, fumi terræ, seu fumarię pulueratę añ ℈ij: misce, & cũ zucharo fiat bolus, capiat per horã ante cœnã. Sequenti mane capiat ℥iij serapij ex infusione fumi terræ, cũ aqua lactis, decoctionis fumiterrę, sequentib. aũt diebus capiat infrascriptum sirupũ. R. seminũ sesami ʒi. comedat cũ modico panis, deinde bibat ℥ij sirupi acetosi simplicis, cũ modico aquæ plantaginis: & post uiginti dies, si urina fuerit concocta, accipiat hoc medicamẽtum. R. cõfectionis hamec bene cõfectæ, & succi cassiæ añ ℥s, sirupi de polipodio ℥is, aquę decoctionis infrascriptæ ℥iiij. misce, capiat in aurora. R. mirabolanorũ nigrorũ ℥i, hypericonis, origani añ ℥s. sebestẽ numero xij. infundantur in ℥xij aquę lactis, per decẽ horas, inde bulliãt parum: colet, capiat calidũ in aurora. Hoc peracto mittatur sanguis ex basilica brachij dextri, deinde sequenti die ex basilica brachij sinistri, extrahendo singulis uicib. ℥viij sanguinis. Post hęc bibat qualibet hebdomada semel hoc. R. seri lactis ℥lx, epithymi ℥i, hellebori nigri ʒi, cinamomi ℈ij, mellis ℥ij. infundantur omnia per duodecim horas, inde coquantur ad consumptionem tertiæ partis: coletur & bibat calidum. & cum assumit medicamentum, uel hoc uel sequens, non comedat usque ad horam uespertinam. sequenti autem die assumat hoc. Recipe succi brassicæ, aceti albi optimi añ ʒvi, cedriæ ʒij, hæc inuenitur Venetijs, sumat ergo tepidum in aurora, & bis in hebdomada. Vbi ubi aũt exacti fuerint quindecim dies, ita ut bis sit repetita purgatio, quater uerò medicamentũ, bonũ erit ut assumat ligni decoctũ, per quod ut spero, incipiet sanari. erit autem eiuscemodi facile.

Recipe ligni Indi rasi electi ℥xv, radicis thamarisci minutim derasæ, sic ut schidia abijciantur ℥vi, aquæ ℔ xviij infundant: horis xxiiij inde bulliant ad consumptionem medietatis in lebete ferreo, & coletur, & de hoc capiat ℥viij, aut saltem vij singulo mane, calidum in aurora: uel hora una post ascensum solis: & integat se pannis tenendo uultum sub culcitra, ita ut sudet. Interim uerò bibat de hoc in mensa, sed frigidum, cum priores septem uncias, quantum potest ferre, calidas ebibere oporteat. Cibus uerò

uerò sit panis, & uuæ passæ: panis quidem ad uncias quinque, passarum uuarum quantum libet. Tum uerò à frigore & exercitatione atque alijs, à quibus solent cauere qui decoctum hoc assumunt caueat: cum uerò octo exegerit dies, fluxeritque sudor cum uirium robore, suadeo ut octo horis à prandio, quatuor autē ante cœnam sex uncias calidissimi illius decocti assumat, ac denuò sudet, atque ita perseueret xxx non ultra dies, non minus autem quàm xxv. His peractis cassia nigra purgandus est hoc modo.

Recipe succi cassiæ nouiter extãtis ʒ vi cum modico succi fumi terræ & saccharo: fiat bolus, capiat ante cœnam. Bibat autem per annũ ter, quater, sexies, in mense hanc aquam. Recipe sanguinis porci recentis ℔ iiij, plantaginis ℔ i, ranarum sine capite & cute ℔ ss. cancrorum chelas & caudas mundatas pondere ℔ ij, lapatij acuti, radícum cum folijs ℔ ij. destillentur omnia in uase secundum artem, & de hac aqua capiat ℥ iiij singulo mane, & sudet si potest: nam calidum præbibere oportet. Cæterùm & ex priuatis auxilijs hæc duo sunt. Primum. Recipe uiperas ueras, cuius sunt quasi canini dentes: & abscissis capite & cauda, ad tres digitos coquantur in pauca aqua admodum, deinde contundantur, deinde cum furfure & farina pinsentur, gallinisque tribus aut quatuor edenda prębeãtur: cumque id factum fuerit per quindecim aut uiginti dies occisæ gallinæ, & exenteratę, atque deplumatæ, coquantur iuxta morem, & ius illud bibat, & carnes edat, & post modum quiescat in lecto, donec exciderint crustę. Secundum præsidium est.

Recipe lapidis cęrasei (uocant lazuli) puri, & bene colorati ℥ i. teratur, & in polinem reducatur, per linteum cribratus lauetur aqua uicies, deinde infundatur in aceto scillitico, optimè per tres dies: deinde expresso aceto siccetur, deinde per tres alios dies in succo thamarisci: inde expresso succo & siccato lapide, rursus infundatur in succo plãtaginis eodem modo per tres dies, & de hoc sumat à ℈ ij ad ℈ iiij, redigendo in formã boli cum oxymelite scillitico, & pòst bibat mulsæ ℥ iij. præparatur autē hoc modo. Recipe mellis puri ℥ ij, aquæ ℥ vi. misce, bulliant ad cõsumptionem medietatis, despumando semper: coletur & capiat, ut suprà. Et rursus ex compositis, quæ intus assumuntur est decoctio Auicennę huiusmodi. Recipe mirabolanorum nigrorum & citrinorum añ ʒ ss, amis seu ameos & assæ odoriferæ, id est, belzoi añ ʒ v. aquæ ℥ xxxvi uuæ passæ lotæ & mundatæ ʒ vi. coquantur ad consumptionem duarum tertiarum cum ℥ ss. mellis puri: coletur & exprimatur & bibat totum, & continuetur quadraginta diebus. Conferunt etiam catapotia, quæ uocantur pillulæ Indę, & pillulæ cochiæ. est etiam facillimum auxilium, quod consulo ut faciat, & est hoc.

Recipe uiperas duas magnas, & abscissis capitibus & cauda incidantur minutim, & ponantur in olla cum sale, ita ut ponatur area salis, deinde area è carne uiperarũ, inde area salis denuò, atque ita alternatim imponēdo etiã radices rumicis seu lapathi incisas minutim: deinde tegatur olla cum tegmine fictili, quale est olla, & cũ creta concludatur, & ponatur in fornace

lapidum, ubi lapides coqui solent per tres dies: inde extrahatur, & sal ille sit in usu ferendo ipsum: & si non placet, sic dissoluatur in duplo aquæ, & abiecta omni fece siccetur, teratur & sit in usu. Expedita purgatione xxxx dierum, uel assumptione aquæ ligni, deueniemus ad topica. nam in his autores omnes medicinæ sanationis spem totam reponunt hoc modo.

Primum imponemus ipsum in balneo aquæ dulcis seu putei, apponemus quadraginta cucurbitulas, & nō sit aer multū calidus: aut si nimio plures uidebuntur uiginti, & postq̄ sudauerit, detrahemus sanguinē ex singulis, secūdū q̄ ferre posse uidebitur, & postmodū inūgemus hoc unguēto.

Recipe succi ocimastri, & est planta similis folio ocimi, nascens iuxta muros antiquos & sepes, folia habens similia ocimo, sed in ambitu serrata, flores purpurei, seminis capitula qualia hyoscyamo, radix torosa, unde è genere galiopsis esse creditur, odor foliorum & seminis teter. ex hoc igitur succo pari pondere ceræ atque olei fit unguentum, quo illiniri debet post balneum & cucurbitulas. Inde tertio die ad balneum redeat, & rursum illinatur unguento, atque ita omnia peragantur, quæ in primo præter cucurbitulas, usque ad quinque circuitus: in quorum ultimo etiam rursus uiginti cucurbitulę applicentur, intermedijs autem nequaquam. Semper autem ab inunctione lectum ingrediatur mundis linteis, & dormiat: quod si ferre non possit balnei teporem & cucurbitulas, modicum panis & martij panis comedat anteq̄ balneum ingrediatur: lectus antequam in eum se conferat, caleat, & bene tegatur.

Aliud unguentum. Recipe scabiosæ, ellebori, nigri lilij, allij, lanariæ herbæ, corticis iuniperi an̄ ℥ij, terantur optimè, inde exprimatur, inde addantur aquæ uitis, quæ solet excidere à ramis præcisis tempore Martij ℥i, styracis liquidæ ℥ij, pomatæ ℥iij. coquantur miscendo semper, donec redigantur in formam unguenti: & dum remouetur ab igne, addantur lactis ficulnei ℥ij. misce, fiat unguentum, quo ungatur totum corpus loco prioris, ubi ex primo non sanatus fuerit. Aetius putat adipem nigri arietis sufficere uel solum, quod non expertus sum. Verùm nostrum hoc unguētum est, quo ego cum quatuor socijs à scabie, quæ erat è lepræ genere, quā passus fuerā xxvi annis, sum liberatus sine ulla purgatione, sine balneo, ita autem uiximus ut ex proposito ꝓ morbo contra medicamentū luctari uelle uideremur: erant mei familiares omnes adolescentes, ego quinquagesimum excesseram annum, Lugduni in caupona genio indulgebamus. existimabam mihi turpe esse quòd non scabie omnes, sed elephantiasi laborare uideremur, crustæ prçaltæ latę usq; ad collum & caput ascendebant. uerè illud dici poterat: Alijs medens, ac ipse ulceribus scatens. Causa erat, quòd marinis piscibus, quos ego libentissimè edo, nec Mediolani copia est, assiduè uescerer, præcipuè uerò asellis: qui cum recentis sint optimi succi, ita saliti sunt pessimi. nam id minimè absurdum est. hœdina enim caro ut optima est, *ita salita pessima.*

Ergo uisum est, ut aliquo auxilio occurrerem. fortè autem dum ascen

derem

derem in colle quodam, perspexi tithymalum: abundabat enim ubiq;, excogitaui igitur è casu auxilium, fuitq; huiuscemodi. Recipe sulphuris uiui ℥ij, salis ℥is, lachrymæ iuniperi, qua utũtur bibliopolæ, ellebori albi añ ʒij, succi tithymali ʒiij, aut etiam amplius. apponebã aũt totam herbam contusam pondere ℥i olei è lini semine ℥s. terantur exquisitissimè, inde coquant̃ super cineres donec redigantur in formam unguenti, pòst exprimatur, & reiecta fece, inungantur statim, detersa aqua à balneo, sub poplitibus, & interiora cubitorum, & iuxta talum, & iuxta carpos manuum, & sub alis, & plantę pedum, & loca omnia patiẽtia in aëre calidissimo, seu iuxta ignẽ post cœnam, diu confricando loca, & copioso unguento: inde ingrediat̃ lectũ calentem, & tegatur pannis. hoc autem à prandio uel à cœna, fiatq; alternis diebus donec ter fuerit unctus. hoc neq; purgatione, neq; uitæ regimine indiget, adeò efficacissimum est. Forsan quæret aliquis, & iure, cur tandiu distulerim sanationem hanc? Causa fuit, quòd morbus hic perpetuò uariabatur, & quòd mihi familiare est nihil agere donec cogat, tum ꝓpter multitudinem negotiorum, tum etiam propter consuetudinem: tum etiam, quia existimabam morbum hunc me prę̃seruare à multis aliis morbis, quibus suspicabar me esse paratum propter diuturnarum hęmorrhoidarum spontaneam sanationem. Aliud physicum auxiliũ ex xij libro nostro de Subtilitate. Lauet̃ ter in balneo infantis primogeniti, quo balneo solent obstetrices abluere quicquid sanguinis est menstrui. Laudãtur prætera cuminum Aethiopicum & syderitis herba in potu sumpta. atq; hęc puto sufficere, etiam si multo grauior esset morbus. Si quis tamen ad ualidiora transire uellet, sudet in balneo sicco exerto capite cum suffumigio bituminis, salis, ligni cupressi, lachrymę iuniperi, thure, betzoi, myrrha, agalocho, rore marino, amaraco, styrace, santhalis, musco coniferarum arborum, lachryma eleni, ladano, cortice mali medici, & rosis, omnibus uel aliquibus.

CONSILII PRO MANTVANO lepram patiente Finis.

HIERON.

HIERONY-mi Cardani Mediolanensis medici, Medicinæ encomium.

EMO, ut opinor, facilius artem aliquam laudarit, quàm qui in argumentum inciderit per se abundans, splendidũ atq; illustre: nemo melius, quã qui quod laudare proposuit, bene nouit: nemo uerius q̃ qui tractauerit exercueritq;, ob hæc omnia, artem medicam & facilè & bene ac uerè laudare me posse spero. Quòd si modò neq; eloquentia neq; facundia illa polleam, quæ tanto operi sit necessaria, nec colores illos ac fucos, qui à rhetoribus addi solent, adijciam: meminerint qui hæc legent, tanto formosiorem futuram orationem nostram his ornatis externo apparatu, quanto naturalis pulchritudo commentitia atq; fucata præstantior est. Etenim cum oratio per se clara & splendida futura sit ob artis excellentiam.

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Nam seu ad Deos artis origo referatur, autores fuisse existimantur pater & filius, Apollo scilicet & Aesculapius, si Ouidio credimus, dicenti:

Inuentum medicina meum est: opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Seu ad quoscunq; alios prima est inter omnes, & cũ ipso humanitatis ortu initium cœpit: nam nihil antiquius esse potuit ea causa, propter quam inuenta est, scilicet morbis incommodisq; mortalium: non nitar rationib. ut ostendam quàm antiquus fuerit Aesculapius, quàm uetus prosapia Hippocratis. nam metuo ne potius fabulosa esse illa dicatis, quàm de uetustate dubitetis. Itaq; his omissis, quæ minus necessaria sunt negocio nostro, q̃ dubia, ad ea quę illius pręstantiã ostendunt, quãq; mortalibus optãda sit, transeamus. Ea uerò in triplici genere collocanda uidentur, scilicet utilitatis, pulchritudinis atq; nobilitatis. Vtilitatis duplex mihi genus esse uidetur: tum ut humano generi, tum ipsis qui eam exercent, maximum afferat emolumentum. Ipsis quidem mortalibus tantũ certè affert, ut neq; re ipsa, neq; exemplo ulla alia ars possit ei cõparari. Quid enim maius homini contingere potest quã morientes ad uitam reuocare? quod fecisse cũ plurimos medicos constet, etiã mortuos suscitasse quosdã prædicãt. Aesculapiũ em̃ & Hippolytũ & Tyndaridẽ à mortuis ad uitã, tum Aesclepiadem clarum medicum quendam à rogo reuocasse referunt. Quinetiam alios maius quid morte passos, ut dæmonio malo obsessos, resolutos, hydropicos, carcinomate laborãtes, suspiriosos, calculosos, tabescentes, luxatos, leprosos, cæcos, surdos, obliuiosos, claudos, syderatos sanasse melius est, & ipsa quotidiana experientia frequens. Dij quidem hac in parte sola tyrannis potentiores sunt, quòd cum tyranni solum obesse possint, dij ipsi etiam prodesse queant. Quamobrem & partem illam qua ipsi præ-

stant,

ſtant, etiam diuiniorem eſſe atq; illis propriam conſentaneum eſt. Quid cum in quibuſdam morbis adeò præſentem artis huius opem ſentimus, uelut in anginoſis, ſynochis, coliciq; dolorib. ubi ſanitatē morti coniunctā perſæpe uidere licet? Quamobrē & à Dijs tractatam, & eos qui tractarunt pro Dijs habitos hoc ipſo inuēto, diuosq; ipſos ea indiguiſſe, nihil mirū uideri debet. Omitto fabuloſa de Apolline, ut dixi, & Aeſculapio. Chriſtus, quē nemo addubitat Deū fuiſſe, nihil maius egit, nihil frequētius q̃ quòd medicinā, ſed ſuo more (diuino ſcilicet) exerceret, ægros omnis generis ſanando. Idq; etiā per ſpiritū ſanctum diſcipuli uerbis docet dicens: „ Aegrotat ueſtrū aliquis, aduocet eccleſiæ ſeniores, qui eum in Domini no „ mine oleo ungant: pro eoq; ſupplicent: & fidei ſupplicatio ægrū ſeruabit, „ eumq; alleuabit Dominus. Ille idem, ubi Dei nomen deponit, quaſi ex ho „ minibus unus medici aſſumpſit. Sic etiā ex ueteri lege Heliſæus Naamanum Syrum à lepra: angelus Tobiam à cæcitate liberauit. Extant & quotidie tabellæ in delubris appenſæ, illorum qui diuinis uotis etiam diuina ope liberati ſunt à morbis: ut opus ipſū ac finis in nullo ab his quæ à Dijs impetramus, diſſentiat. Hominū uerò qui artem exercuerunt, atq; ob id à uetuſtate diuinitatis nomen & opinionem promeruerint, neq; exempla deſunt, Chironis, Machaonis, Podalirij, Hipp. aliorumq;: adeò ut parum abfuerit quin Paulus & Barnabas ob id à Lyſtrēſib. pro dijs colerētur: ſed mos etiam nunc manet. Beatos enim ac ſanctos uocamus, atq; in Diuorum numerum referimus, quorum ſupplicationibus ſanitatem languentes adipiſcuntur. inter quos non minus ullo alio Rochus, uir pauper, ubiq; colitur: ut conſtet opinione hominum nihil tam eſſe diuinū, quàm hominum ſanationes. Quinimò & diui ipſi hac arte indiguiſſe, non ſolū eam exercuiſſe uidentur. Homerus,

Τῷ δ' ἐπὶ παίηκον ὀδυνήφατα φάρμακα πάσων. ἠκέσατ' ——

De Marte loquens. Ad quos alludit Virgilius de Venere, dum ulneratū Aeneam curare ſtudent, dicens:

Hic Venus indigno nati concuſſa dolore
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Quaſi etiam minores dij aut ope huius diſciplinæ indigerēt, aut non ſine ea uellent quemq; curari poſſe. Quinimò cum Aeſculapius in templo Epidaurio ferretur languentes per ſomnium ſanare, aut admonere de ipſa ſanatione, nō aliud faciebat q̃ ut conquiſita illis ac præcipua auxilia oſtenderet. Sed à fabulis rurſus (ſi modò fabulæ ſunt) ad Diuos noſtros redeamus. Ipſe Paulus, qui etiam mortuū ſuſcitauerat, Timotheo uiro ſancto ſcribens, iubet ut uinum ob uentriculi imbecillitatem aſſumat: adeò uerò hoc magnifacit Beatus Auguſtinus, ut parendum medicis aduerſus etiā conſtitutiones ſuadeat. Occaſionum uerò maximarum rerum, quæ uel ope medica reſtitutæ ſunt, ut in Alexandro Magno, per Philippū medicū: Athenienſibus ab Hippocrate, dum peſte laborarent: in Auguſto, per Antonium Muſam: ſeu perierint, uelut cum per morbum C. Caligula ſeipſum & imperiū Romanum peſſum dabat: & cum parum ante noſtrā

ætatem malè curato Bartholdo, militum classis Venetæ præfecto, res non solum Veneta, sed Christiana inclinauit, Turcica euecta est (ne longius repetam) neque ulla ars magis fœcunda est: nec si exempla referre uelim, dies ipsa suffectura sit. Sed neque minus ipsis professoribus utilis, quàm languentib. aut etiam his qui sani, quoquo modo illius ope uti uolunt. Seu enim nomen seu diuitias aut amicos parare uelis, disciplina nulla melius aut uberius præstare potest. Omitto rationes, quæ omnibus manifestissimæ sunt, ad ipsa exempla uenio. Adeò uerò in quibusdam horum claret, ur non solum præcellat, sed sola sit. nulla enim ars esse uidetur, imò neque potentia ulla aut dignitas, quæ sine inuidia, sine iniuria sineq; offensa benefacere possit, quemadmodum ars medica. Diuitias quæritis? hæc dat & tantas & tam repentè, ut si exempla referre uelim, fabulas narrare uidear.

Omitto antiqũa, quæ Hippocrati Artaxerxes obtulerit, quæ Phalaris Polycleto Messenio dederit: aut quæ Alexander Magnus Critobulo sanato Philippo illius patre, quæ Democides à Polycrate Samiorum tyrãno, qui etiã aureas compedes à Dario Persarum rege accepit: quantũ Crinas opum moriens reliquerit, cum iam uiuens proprijs sumptibus urbis muros instaurasset: quodq; Erasistratus ab Antigono curato illius filio sexagies mille aureos philippeos acceperit, duorum tantum exemplorum quæ paulo ante nostram ætatem contigerunt, meminisse sat erit. Thadeus Florentinus non nisi quinquagenis aureis coronatis in singulos dies pactis extra urbem proficiscebatur. Idem cum ad Honorium Pontificem, eius nominis quartum uocatus esset, centenos pactus est. Et tamen longè breuiore spacio quàm trium mensium decies mille accepit. Recitat Philippus Cominus Argentorati princeps Iaquem Cotierum in quinque mensium spacio præter pinguem Epicopatum, accepisse quinquaginta quatuor millia aureorum coronatorum, à Ludouico Gallorum rege, eius nominis undecimo: cum tamen Rex ipse eo morbo obierit. Sed ut mihi uidetur non hoc donum fuit, quod quasi ui, uel metu extorsit: non merces bonæ ualetudinis, cum ut dixi, rex ipse obierit, sed latrocinium. Quin etiã medicorum familiam, quæ nunc in tota Hetruria regnat, à medico quòpiam ortum habuisse uerisimillimum est. Quamobrem hac arte etiam ad regna paratur aditus. quo fit, ut etiam nobilissima sit. neque reges ob id eam exercere puduit. Hermes Trismegistus Aegyptiorum, Ponti Mithridates, Arabum Sabiel, Gyges & Sabor Medorũ: fuit & Mesue regis Damasci nepos. Sed nõ tam laudabile est à paucis probari, quàm ab omnib. Ab omnibus dico, quoniã quæ diuinis scriptis & sapientia immensa probantur, omni laude digna prorsus sunt. Inde illud Iosuæ Syrachi: Medicum suis premijs affice, ut habeat ea quibus opus est: nam eũ creauit Dominus. Est eñ à supremo medicina, & à rege stipendiũ accipit. Medici scientia caput extollit, ita ut proceribus sit admirationi. Dominus creauit ex terra medicamenta, quæ prudens homo non fastidit. Nónne

ligno

ligno dulcuit aqua amara, ut eius uis ab hominibus cognosceretur? Ipse " scientia hac donauit homines, ut suis miraculis gloriam cōsequeretur. Per " hæc medetur, eorumq́ dolores tollit. Ex his & compositiones facit sepla- " siarius ad suauitatem, & malagmata ad ualetudinem: nec ullus est eius o- " perum modus, ea est ab illo per orbem prosperitas. Fili, in morbo tuo Do " minum ne neglige, & ipse te sanabit: amoue culpam, rectas habe manus, " & ab omni peccato cor tuum expurga. obmoue suaues odores, & simila- " ginis monumentum, opimumq́ libamen, ut qui non conferas, & da me- " dico locum, ut pote cuius autor sit Dominus: neúe à te discedat cum eo sit " opus. nam & ipsi Dominū orant ut sibi lenimentum secundet, & uitę cau " sa sanationē. Qui in creatorē suum peccat, incidet in medici manus. Hoc " testimonium. quo magis demiror eos qui præceptis neglectis, exutaq́ om ni ob quæstum & ambitionē prorsus humanitate, cum pro diuino opere carnificinā exerceāt, sperare audeāt ut uel minimæ portionis huius laudis sint participes. Sed hęc mittamus, quæ omnibus bonis notissima sunt: uo bis uerò si boni, si sapientes, si artis periti non estis, frustra conabor persua dere. Ad institutū redeamus, nō solum præconijs diuina scriptura medici nā extollit, sed ipsis operibus atq; pręceptis. Quid illa antiquę legis institu ta, ne carnib. animaliū, quæ ungulā nō diuisam haberent, nō suillis, nō suf focatis uterent? de auiū quoq; delectu, ac cæterorum eduliorū, de elephan ticorū separatione, de tot balneis & abstinentia à Venere tempore fluxus mensium: nónne hæc omnia præter animæ repurgandæ cōmoda etiā ua- letudini bonæ corporis ad amussim cōueniunt? Simile est apud nos præ- ceptū illud, quo diebus duob. in singulas hebdomadas (ita uocāt spaciū septem dierum) à carniū esu prohibemur. Nobis etiā pręceptū est ieiunij quadraginta dierū: q; qui negligūt p luxuriā & impotentiā, sępe magnis calamitatib. morborū, imò & intēpestiuę mortis opprimunt. Sed nō solū sacris scripturis, uerū etiā poëtis, oratorib. philosophisq́ cōmēdat Hom.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Et Aristoteles in primo de Republica: Et patrifamiliàs & principi Reipubl. medicina magis q̄ ars parandarū diuitiarū necessaria est. hac enī res habet, illa bona ualetudo. Nemini dubiū est modesta laude, ut solet eā omnibus artib. prępo suisse: cum cōstet magis necessariā esse patrifamiliàs bonam ualetudinem, q̄ rem familiarem: & principi in Republica bene ua lere, utilius sit quā opulentam habere Rempublicam. Et Plutarchus in li- bello de Bonæ ualetudinis præceptis: At medicina (inquit) sic est de nu- " mero disciplinarum liberaliū, ut politię splendore iucunditate nulla sit in- " ferior. Porrò mercedem magnam abundè addit sui studiosis, nempe cor- poris salubritatem ac prosperam ualetudinem. Cicero maiore medicinam honore dignatur, cum omnia ad illam referat commoda, quæ uitiatis ani mis aut corporibus aut casibus adhibentur. Vt illud: Ita sum leuatus, ut " Deus mihi aliquis medicinam fecisse uideatur. Vel id: Quibus autem arti " bus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut "

medicina, architectura? Talia multa nõ solum ille, sed & quisq; fermè egregius autor de hac diuina arte prædicat. Verũ maiora sunt testimonia, quæ à miraculis artis sumuntur, q̃ quæ laudibus autoris. Vespasianus igitur Imperator, ut maiorem diuinitatis opinionem nancisceretur, Imperiũq; sibi & filijs stabiliret, medicę artis exemplo duos curauit infirmos. Quod etiã à Pyrrho factũ legimus: & nunc Gallorum reges imitantur strumas solo tactu sanantes. Refert Erasmus, nostri seculi magnũ decus, Calceranũ medicum potione quadam purgata, magna uermium multitudine hominẽ à dæmonio, quo Germanicè loquebatur, cum nunq̃ Germaniã inuisisset, liberasse. tanta est huius artis uis, tanta excellẽtia. Nõ audita, nõ scripta referã, quæ ego uidi, quæq; peregi solũ recitabo. Laborabat mulier doloribus intestinorum assiduis, nec prodesse uidebantur fomenta, non lenia medicamenta, non excogitata uiuendi ratio: adhibuimus catapotia, triginta octo dẽtes exclusit, rursusq; numerũ aliũ nõ paruũ, erãt tñ è glutino sa pituita. Ita hæc diuina ars nõ solũ corpora à morbis, sed animos etiã à superstitiõe liberat. Quo minus demiror patrẽ Galeni somnijs admonitũ ut filium medicinę traderet, Hippocratẽ ut ad Democritũ sanandũ pergeret, atq; alia sexcenta huiusmodi Deorũ curæ argumẽta de hac sacra disciplina. Cacodæmonas propellere multi profitentur, sed quotusquisq; sine sulphure, uitis albæ aqua, alijsq; eiuscemodi acriorib. ac efficaciorib pharmacis? Vt manifestum sit uim inesse arti, & dæmonas morbos esse, sed occultioris cuiusdam naturæ. Iam uerò uidemus quid ipsa per se omnib. externis ornamentis auxilijsq; nudata polliceatur ac præstet. Finẽ enim eius bene ualere nemo negat: hoc q; tãti est, ut neq; diuitię neq; gloria, nec potẽtia, nec filij nec amici, imò ne ipsa quidem sapientia aut uirtus, ubi hoc ipso destituamur, nos beatos efficere queat. Finge hominẽ morbo graui atque insanabili ad mortem properantẽ, quid illi bonum, quid dulce aut iucundũ esse aut uideri, aut saltẽ conditionis acerbitatẽ lenire potest? At medicina dum morbos amouet, dum uitę hominẽ restituit, omnium bonorum, omniũ uoluptatũ, quas per illã consequimur causa est. Quid alijs cõtigerit nescio, patrẽ me filiosq; meos superstites ob peritiã artis medicę illius, ac meam planè scio. Pręter enim quod in rudem medicum facilè impingere fuisset in tam difficillimis ac penè deploratis morbis, multo uerò facilius, imò certè in minus diligentem: nunquã sanè in quenquã, qui simul tã bene & artem, & naturæ nostrę propria nosceret, incidere potuissemus. Quamobrem cuique expediret propter se suosq;, etiam si medico uti uellet, artem ipsum tenere: ut quæ medicus perperam non ex arte, aut per incuriam, aut usui suo suo[...]ue, aut naturæ incommoda licet ex arte delinquit, corrigere possit. Quæ etiam causa est, ut plerique optimorum medicorum modò non supra modum auidi sint, diuitiarum & ambitionis, aut casu aliquo pereant, ad extremam senectutem ac satis incolumes perueniant. Nam Hippocratem prope centesimum, Auenzoar etiam ad centesimum trigesimum quintum annum peruenisse, constans omnium

opinio

opinio eſt. Cum igitur hac una diſciplina tot & tam magnis incõmodis obuiam eamus, procul poſita deuitemus, ingruentia auertamus, iam oprimẽtia proturbemus, inſidentia expellamus ſiue domi ſiue foris, ſiue in ipſo itinere, à naſcentibus, à nondum natis, à pueris, adultis, iuuenib. ſenibus, quippe quæ illius incõmoda adeò minuat, ut apud Ciceronẽ in Catone melior ſit conditio ſenis præſcripto uiuentis artis medicę, ꝗ adoleſcẽtis luxurioſè ac nequiter (ita enĩ apud illũ Cato de ſe ipſo gloriatur dicens: "Sed tamen (ut uos uidetis) non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus: non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, nõ clientes, non hoſpites. Et rurſus: Nemo adhuc conuenire me uoluit, quin fuerim occupatus. Poteſt enim exercitatio & temperantia, etiã in ſenectute conſeruare aliquid priſtini roboris quænã utilitate illi conferri poterit? At dicetis, Romani tamen hoc tanto commodo ſexcentis annis carere uoluerunt, nec unꝗ fœlicius uixere ꝗ cum ſine medicis ciuitas fuit. Nec perpetuò defuere Senatus conſulta, quibus medici philoſophiq; ac mathematici ex urbe tanquã peſtes noxiæ exigerentur. Qui mos etiam nunc apud Turcas uiget, & tamen gente illa nulla ferocior, nulla felicior, nulla numeroſior. Cato quoq; & Plinius eiuſdem artis ſunt ſcriptores & accuſatores egregij. Adrianus etiã Imperator illud uulgatum reliquit moriens:

πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπόλεσαν.
πολλοὶ δ' ἰατροὶ τὸν βασιλῆ ἀπόλεσαν.

Videntur etiam morbi ad perfectionem animi facere. Et Platonẽ referunt quęſiſſe locum in urbe minus ſalubrem, in quo habitaret: quoniã exiſtimauerit robuſtiore in corpore animi uires magis langueſcere. Hæc & talia multa à paradoxis parũ abhorrentia, quę magis defendi ſolent ad artis oratorię uires oſtentandas, ꝗ quòd uel uera ſint, aut ueris ſimilia, digna reſponſione non exiſtimans, præteribo: atq; illos potius ęgros eſſe iubebo, deinde felicitatẽ ſuã prædicare, animiq; fortitudinẽ extollere ſinam. Quãquam, ꝙ ad Platonẽ attinet, nihil minus credendũ ſit ꝗ ut ex habitatione morbũ quæſierit, cũ mille modis alijs morbi cauſas quærere potuiſſet: nec familiares amicos, clientes, diſcipulos in idẽ conijcere periculũ, atq; ꝑdere. Sed ſi modò uera hæc ſunt, forſan hac ratione deuitare frequentiã uoluit, ipſe ſibi cõfidens propter eximiã omniũ abſtinentiã. Itaq; ut cunꝗ res ſe habeat, omnia potius ſunt excogitãda, ꝗ quòd inutilis ſibi atq; alijs eſſe uoluerit. Quinimò potius hac ratione ſtudijs ſuis operã dare, atq; libellis ſuis quos quotidie factitabat, incũbere. Romanos uitaſſe medicinã, cũ uitando illã maximè obſeruauerint, nego, medicos cõcedo: ꝙ & Turcę factitãt. nam & inediã ſeruãt, & catapotia deuorãt, elijsq; pręſidijs artis utunt, uelut etiã uenæ ſectione. Itaq; maluerunt artẽ imperfectã habere ſecurã, ꝗ cũ periculo in tãta hominum perfidia perfectiore frui. Quanꝗ perfectio ad paucos peruentura foret, fraus in multos. Hęc ratio Romanorũ ac Barbarorum plerunꝗ, quę nõ in artis uituperationẽ, ſed artificũ ſolũ cedit. Poſſẽ me excuſare de inculto æuo, de rudi gẽte, de ferinis morib. ſed nobis à ueritate ipſa diſcedere haud licet. Qui uerò illud adducũt ex ſacris literis,

Fortitudo mea in imbecillitate perficitur: uerbum ἀσθενεία non rectè interpre
tatur, ut quidam imbecillitatem: alij absurdius infirmitatem, etiã pro infir
mitate morbũ intelligentes, cum nullus Apostolorũ aut discipulorũ in Sa
cris literis unquam̃ legatur ægrotasse. sed uerbũ illud ut à Paulo interpretandũ
est, infortunijs seu calamitatibus: quales explicat, carceres, uerbera, accusa-
tiones, cõtumelias, atque eiusmodi. Quod uerò ad exercitationẽ attinet (hoc
enĩ secundũ est genus eorũ, à quibus nobilitatis, decoris, utilitatis ac uolu-
ptatis ratio sumi debet) nulla in parte alijs inferior artib. est. Vbique habet quod
agat. torpet Imperator sine milite. Iuriscõsultus inter arma silet, nec nisi ma
gna cũ mole librorũ cõsulere potest: pscriptos habet limites, inter quos iu-
dicet. neque enĩ affinib. aut cognatis litigãtib. iudicẽ se potest exhibere. Pro-
uocationẽ habet iudicis sententia, tametsi iusta, medicorũ consulta nõ ha-
bent. Raro Iuriscõsulti de uita, medici semper de summa rerũ tractãt. Vi-
tari potest iudicũ dominatio, cõposita inter partes lite, sed nõ cũ morbis
pax aut induciæ uel pacta intercedere possũt. Auxiliũ medici die noctuque
præsto nobis adest, beneficium sine offensa, lucrũ uoluntariũ nõ extortũ:
gratia principũ, fauor populi, amicorũ multitudo, existimatio, opes, diui
nitatis opinio. Rhetor friget apud plerasque nationes, nunquam in eadem causa
ab omnibus probatur: sæpius iniusta quàm iusta consulit, innumeris occa-
sionibus impeditur. non sine multis uerbis, non sine magnis studijs, nõ
absque ingenij excellentia, ad memoriæ tenacitate, denique non sine maxi-
mis animi ac corporis æstubus ad gloriam ascendere potest, aut finem su-
um obtinere. Medicus ubique inuenit præsidia, seu ex horto dum spaciatur,
seu inculus locis dum iter agit, seu domi, seu apud pharmacopolas. Me-
diocre ingenium, mediocris memoria, labor mediocris: modò recta uo-
luntas non desit, nec plus uelis quàm possis sufficiunt. Obijcies intempe-
stiuos labores, uigilias, iudicia quorundam peruersa, qui etiam bene acta
perperam quasi inconsultò facta calumniantur: inopinatos præterea ca-
sus, insidias aliorum medicorum & maledicentiam: tum quod maximum
est, assiduam & seruam operam, adeò ut miserior sit quacunque alia arte.
Quin etiam uersari perpetuò inter fœda & tristia, ut olim seruorum tan-
tum esset officium. Sit ita sanè. nónne omnia hęc quę uidemus, quæque ob-
scœna & fœda uocas nobiscum ferimus, intusque habemus? Neque triste est
uersari cum conualituris, sed iucundum: nam morituri presbyteris relin-
quantur. Reliqua nulli contingunt, nisi ei qui per imprudentiam labitur,
aut qui uitam & eius commoda pro ambitione & lucro uenditat. mihi
inquam totis triginta annis, quibus medicinam exerceo, uix triginta ui-
cibus, imò ne tot quidem, hi casus obtigerunt. non seruietis ullis, si artẽ ea
integritate exercueritis, ut illi potius quàm nostra opera utunt, nobis seruiãt, quàm
nos illis. Pręterea cognouerint uos nullis pecunijs adduci posse ut seruia-
tis. ergo integrũ cuique relinquit, uel legitimè artẽ exercere, nec cuiquam seruire:
aut seruire, nec legitimè artẽ exercere, sed obiter & pro illius fine proposita ua-
na gloria, ambitione opibusque. Iudicia uerò imperitorũ uulgique ac uanas

obtrectatio-

obtrectationes quisnám unquam effugit seu hac seu alia in arte? habet ta-
men hoc cõmodum medicina, quòd terra celerrimè, quicquid euenerit, si-
nistri obtegit atq; occultat. Ei uerò qui peritus est, nihil horum uix in tota
uita bis absq; certa prædictione, adeò ut liber sit ab omni culpa, euenire po
terit. Porrò de assiduitate & serua opera non contendo, habet omnis di-
gnitas, omnis uirtus, omnis diuina operatio, secum coniunctam assiduita
tem. Cœli nunq; ab opere suo cessant, non natura, non mens, nõ Deus de-
niq; ipse: quid miraris ergo eum qui medicinam rectè exercere uelit, perpe
tuò quasi operi mancipatũ esse? Illud solum quod paucissimi animaduer
tunt, forsan malũ est, extremo morbo cognoscere ac scire se moriturũ. Sed
huic malo (si modò malum est mori probo uiro) multis modis occurrit.
Primũ, quòd multi absq; morbo intereunt: deinde, qđ breue est illud mœ
roris spacium: demũ quòd unicuiq; si libeat, uitare hanc curiositatem li-
ceat, nec lotia inspiciendo, neq; uenas tentando. Ergo de exercitationis cõ
modis hæc sufficiãt: quę ut nõ mediocri admiratione digna sunt, ita quic-
quid in cõtemplatione repositum est, planè diuinum est. Est aũt hæc tertia
pars & non minima laudis eius. Quærit medicus, an morbi, an sanatio-
nes à Deo immittantur, quemadmodum facit Hipp. sursumq; mentẽ di-
rigens Theologus euadit. Idem quid sit anima, an mortalis an immorta-
lis: idẽ quid astra possint, & eodem modo an ab illis morbi sanationesq;
pendeant. ab ijsdẽ enim utrumq; fieri, à quo alterũ eorũ fiat uerisimile est.
ita motus siderũ, & exortus considerans, atq; occasus, tẽpora quoq; geni-
turarũ ac reditus nõ mediocrẽ astrologiæ partem tractat. Inde ad uentos,
anni constitutiones, pluuias, serenitatẽ aut nubes siccas, frigora caloresq;
Metheorologicum dicetis exquisitissimum. Rursus cum domorũ cõside
rat structuram cõmodaq;, architectũ peritissimũ. Quibus uentis exponẽ
dæ fenestræ, porticus, atriũ: quibus lignis constare debeãt ædes: quæ cubi
cula aut cœnacula, & quomodo construenda, ut hyemali sole tepeant, ęsti
ua aura refrigerentur. Mitto coquorum artẽ, q̃ penitissimè oportet ut no
rit, totq; alia quæ nunc enumerãdo potius ad ostentationẽ protrahi ora-
tio forsan uideri posset, q̃ necessitatis causa recitari: hæc solũ adijciã, quæ
ad medicũ tantũ pertinent, eiq; sunt propria: quorũ scientia adeò admira-
bilis est, ut unus medicus plura scire uideatur, q̃ uniuersi alij artifices aut
philosophi. Quid em̃ maius dici apud mortales aut excogitari potest, q̃ ho-
minẽ unũ non solũ noscere plãtas omnes ac fructus tũ lapides, metalla me
tallicaq;, pisces, aues, serpentes, quadrupedia mẽbraq; illorũ uniuersa: sed
generationẽ tũ illorũ tũ etiã eorum animalium quę insecta dicuntur? sed
formã & regiões ubi nascãt, quæq; optima pessimaúe sint? & q̃ maximũ
est, uires, secretasq; potẽtias ac miracula? Vt si hac in parte medicus philo-
sopho conferatur, uideatur sanè philosophus paruulus, uiro comparatus
Nónne medicus herbas, arbores, fructus, semina, flores solus depingit?
solus quid possint nouit? atque idem in omnibus quæ terra producit fa-
cit? Quid dicam post modum de dissectione illa admirabili corporum

nostrorum,

nostrorum, deq; notitia usus uniuscuiusq; partis? Ille solus uim etiã elementorũ nouit: ille morũ perturbationes etiã sanare docet: nõne hæc (ingenuè fateamur, q̃ manifestissima sunt), ꝑpè ad diuinitatẽ accedũt? Quid subtilissima illa pulsuũ atq; urinarũ cognitio, ac adeò admirabilis, ut multi eã esse negent, in qua cũ natura ipsa cum ipso rerũ opifice (sed tñ id mementote, omnẽ humanam scientiã umbrã quandã esse, cum ad diuinã immensitatẽ cõparatur) cõtendere uelle uidetur? quid dicã de diuinis medici periti oraculis in prędicẽdo, cũ & mortẽ & salutem, & tẽpora & qualitatẽ adeò norit, ut nullus uates, nulla Deorũ respõsa mereant̃ illis cõferri? Quãobrem & de quorundã improbitate queri licet, qui & hoc tantũ miraculum non solũ in seipsis ob imperitiam perire sinunt, sed etiã ex tota arte adimere conantur, audentq; inficiari, quod illi ob ignorantiã & auaritiã ac superbiã efficere nequeunt, neq; fieri posse, nec artis ipsius partẽ esse. Accessit huic tanto spectaculo ac tã præclaro inuento quorundã nuper strenuissimorum Heroum (ita enim merentur appellari) laboribus facunda oratio ac latina, ut nihil nunc suauius aut iucundius legi possit, ut uerè nunc huic disciplinę Horatianum conueniat:

Et prodesse uolunt, & delectare poetæ.

Quorũ princeps fuit Nicolaus Leonicenus Vicẽtinus, post quẽ sequuti ex Germania, Gallia, Anglia Italiaq; multi alij: Laurentianus Copus Andernacus, Cornarius, Rheginus, Linacer, Cruserius, Vasseus, Gerardus Rota, Felicianus, Fichardus Crassus, Syluatrius, alijq; plures: ut nec Sicilia huius honoris expers fuerit Balanio suo interprete. nemo in his requirat ordinem, nemo se prætermisũ querat̃. Sed ut nobis in mentẽ uenit, ita retulimus. Ob quę cõmoda & iucundã lectionẽ hæc disciplina iã à nullis pretermitti solet. Memini uidisse Andreã Alciatũ, nostrę ętatis magnũ lumẽ, operã dantẽ Galeni libris. Quid Erasmus? Budæus? Rhodiginus? partim Iuris consulti, partim Theologi: omnes facundia Græca latinaq; uiri ornatissimi, & qui suorũ laborum præclara monumenta posteris reliquerunt. Sed & antiquorũ, ut Aelianus autor est, Pythagoras, Plato Aristotelesq; medicinæ operã dederunt. Quęritis forsan qui nám hac in disciplina uiri claruerint? nimis apertum est q; ut referat̃. Quis nescit Hippocratẽ illius fuisse principẽ, cõtinua successiõe ab Aesculapio deducta: Donatũ quoq;, si uera filius eius refert, ab Atheniensib. ciuitate & statua. Proximus illi Galenus imperatoris medicus: cuius pauciora extant monumẽta q; uellemus, plura q; credere fas sit, hominẽ potuisse scribere. Post quos Græcorum, Arabum & Latinorũ magnus numerus est illustriũ uirorũ: nec nostro æuo desunt, qui suis laboribus, industria diligentiaq; aut amissa iam recuperarunt, aut etiã scriptis suis ad artẽ multa adiecerunt. Itaq; ob hęc tot tãtaq; priuilegia à nobis laudari, & à nobis ac ab omnibus inter diuina munera consecrari meretur.

MEDICINAE ENCOMIVM FINIS.

HIERON.

HIERONYMI Cardani Mediolanensis medici in Calumniatorem librorum de Subtilitate, Actio prima ad Franciscum Abundium S. Abundij, Commendatarium perpetuum.



ECTE' quidem ac iure meritò existimasse uidetur Empedocles duo esse rerum naturalium principia, quorum alterum bonum, & ad construendum accõmodatum, quoque omnia repararẽtur ac florerent: alterum malum, ad destruendum solum paratum atque idoneum. Nanque id tam apertè in cunctis rebus humanis & naturalibus conspicitur, ut studiosè inter se hæc principia certare perpetuò uideantur. Etenim assiduè ortum & interitum, incolumitatem & morbum, lætitiam atque tristitiam, serenitatem & nubes, abundantiam ac penuriam, sexcentaque huiusmodi in dies singulos succedere sibi inuicem alterna uice uidemus. Iam modò florebant artes, bonæ literæ maximum susceperant incrementum, honos magnus eruditis ac studiosis habebatur, tot rerum insignium notitia accesserat, ut aurea ætas restituta uideretur, possentque maiores nostri pueri ad præsentes collati iustè appellari: cum ecce subitò uersa rerum omnium facies, ac cuncta simul relabi ceperunt, non honos studiosis, non præmia eruditis, non cultus artium ac disciplinarum, nõ quies ulla à uexationibus conceditur. Quin falsa ueris, infima summis misceãtur, atque idem existimatur, esse & haberi, uerba & res ipsæ, disciplinæ & artes reconditæque scientiæ, cũ sophisticis argutiolis ac cauillationibus. Id factum est non tam bellorum horum implacabilium importunitate, quàm ambitione eorum qui resurgentem undique lucem diuini muneris conãtur extinguere. Atque exemplo Herostrati, qui templum illud deleuit, cuius ne minimum quidem angulũ ædificare sufficiens fuisset, hi egregij uiri ingenium, doctrinam, Deorum dona, ac hominum commodis destinata, ad euertenda bene inuenta dirigunt. Nam cum quedam artes, imò potius disciplinæ sint, quæ hoc præcipuè obtineant, ut de omnibus alijs artibus satis bene atque ornatè dicere possint, ut prima philosophia & grammatica, uerùm principaliter dialectica atque rhetorica: quidam in his iustè plus quàm deceat exercitati, non secus ac qui messoria falce ad iugulandos homines utitur, ad inutiles disputationes, contentiosasque calumnias, quas Galenus toties ac tam acerbè insectatur, nec tamen quantum ipsa res merebatur, præstare potuit, incommodo magno ac iactura bonarum disciplinarum abutuntur. Vt non absurdè dubitarit ipse rhetoricæ ac eloquentiæ pater Cicero, an facũdia plus commodi ac incommodi ciuitatibus afferret: scilicet quòd cognosceret,

has artes quæ in nullo proprio uersantur subiecto, nihilq́; aliud quã disceptare efficacius docent, non secus ac condimenta, sal, oleum, acetum, moderatè quidem adhibita cibos efficere suauiores, at si immodicè immisceantur, nihil esse nocentius.

Ergo hac confidentia fretus calumniator quidam, dum moliri suo marte nihil quàm audet, opus nostrum de Subtilitate demoliri aggressus est, sperans ut reor futurum, ut mutuis altercationibus hominibus inclaresceret. Neq; enim uideo si aliquid lectu dignum sua industria, & quod hominibus esset utile ac sine contentionis periculo, sine liuoris suspicione, & absq; metu infamiæ, cur non tot horas potius (quas ualde multas consumpsisse haud dubium est) quãdoquidem maior, ut dici solet, appendix sit principali) aliquo in præclaro subiecto collocauerit. Quinetiam audiui ipsum hoc uirulentiæ genere usum esse, ut primum libros de Futilitate inscripserit, quanquam postmodum mutato consilio, aut amicorum suasu propriam inscriptionem restituerit. Itaq; ut ut res se habuerit, uel non admodum iudicio ualuit, uel liuore quodam uictus est, uel ut tantus non sit, quantum sui illi gnathones ferunt in re literaria necessarium est. Sed ego omnia malim in melius interpretari, sit diligens, acutus, eruditus sanè per me licet, hęc bono etiam animo & reipub. literariæ iuuandę studio ista conscripserit (quanquã ego non adeò acuti ingenij me esse fatear, ut omnia hæc simul esse posse uideam) quid illum adegit rogo ut calumnijs ac criminationibus tum maledictis absq; offensa, imò etiam absq; cognitione hominis ulla me incesseret? aut in prœmio tum epistola laudaret effusissimè, in toto opere me argueret, atq; damnaret? quasi uel sui ipsius oblitus, uel quod certum est ad calumniam & iniuriam irrisionem quoq; adiecerit? Deniq; quo consilio etiam de religione his turbulentis temporib. me accusare nititur? an hæc sunt præcepta philosophiæ? an hoc est rationibus uelle uincere? annòn hæc sunt uiolentissimi inimici, aut uirulentissimi animi indicia manifesta, uelle in ius hominem uocare de fortunis, de uita, de fama, ob disceptionem à me, sed ab ipso institutam, inchoatã, absq; ulla inimicitia, nullis iurgijs, nullis odiorum seminarijs præcedentib. nõ accusatus, non lacessitus ipse prius? Quæ si adessent, adhuc de hoc facto laudari non posset, excusari forsan posset.

Quid postmodũ de iudicio dicas, disputaturus de naturali philosophia, toties Aristotelis atq; Auerrois innixus principijs atq; autoritati, apud quos supposita, quã illi probant mundi æternitate, à Christo diuinitas, & ab omnibus spes remunerationis bonorũ atq; malorum aufertur, audet me de impietate insimulare?

Sed maior est integritas atq; sapientia horum censorum, quàm illius liuor. Norunt eñ alia esse quæ sensib. innitens, homo dijudicat: alia quæ nequimus attingere, & in quibus hallucinamur, quæ quãto minus sunt probabilia, tanto sunt magis uera. Et quanquã priora his repugnent, quis tamen non libenter etiam audiat de illis disceptantem? imò etiam rideat,

cum

cum sciat quãtum aberret uis nostra, ac quantũ sapientia humana ab ipsa rerum serie declinet, uelut si astronomus quispiã peritus confidentem sensibus Epicureum de solis paruitate audierit, num irascetur? num damnabit eum? an potius dicet, & ego ni aliter compertum haberem, ita credere. Cæterùm irrito illius conatu delectabitur. At quod ad me attinet nullus tam nobis infensus fuit, qui nos aut de improbitate aut impietate calumniari, nedum accusare tentauerit. Tametsi enim apud nostros & ob inuidiam, & ob quam illi uocant duriciem, alius quispiam nequiror rusticitatẽ appellare malit, quæ uerè nihil aliud est, quàm omnium malorum hominũ odium, omnibus sum inuisus, cum neminem palàm me amare professus sim, nullus tamen horum criminũ reum me fecit unquam, quod & uita, & mores, & scripta ab omni talium suspicione uacent, & plus apud illos pudor quàm liuor ualeat, aut odium. Vt enim ego tametsi quenquam non accusem, multos tamen arguã, quòd nimis iustè ambitioni, auaritiæ, maledicentięque studeant, neminem ignorantiæ, quod ualde paucis in hac urbe medicis iustè obijci posse intelligam, & ita illi ab his abstinent calumnijs, quas si obijcerẽt, potius suã nequitiã quã meę uitę labẽ testarentur. At inuentus est homo in terrarũ finibus mihi non solum & consanguineis meis ignotus, sed penè etiã urbi, uel nomine ipso, qui in me nõ lęsus talia fingit. Sed audi quo consilio? quáue diligentia? Testatur primum nec se secundam editionem libri mei uidisse, quæ anno tamen MDLiiij, atque in eius initio publicata est, ipse anno MDLVij suum edidit opus: si addita esse aliqua existimauit, cur utilitatis publicæ causa non addidit censuram suam? Sin autem emendata credidit, quæ prius emissa forent, cur maluit uideri castigator eorum quæ castigatione non indigebant? Verùm intellige (si modò, ut credo, uera refert) quid uoluerit, & quo consilio id egerit, tantum illi inerat studij ad accusandum, ut timuerit ne quæ accusauerat, ego prius correxissem, laborisque præmium amitteret. Vides modò hominis naturam & ingenium, ob quam causam credo impressor, homo minimè stultus satis parcè nec pro more suo opus illud impressit. Quis enim ferat hominem edentem accusationem, seu malis castigationem in primam editionem, cum iam diu (triennio siquidem ante) secunda ab ipsomet autore euulgata sit? Hic ergo cum quatuor commoda sibi quæsisset, ex hoc tanto labore nullum assequutus est. Cupiebat mecum disceptare: non impetrabit: elogium enim mihi præ foribus est: tempus possessio mea: exigua portio illius mihi est, & maxima charitas, ex Galeni præcepto, omnibus, ut non disceptationibus sophistarum, sed in solidis studijs atque operibus ipsis laude dignis consumendum sit. Satis est in scholis Dialecticorum & sophistarum. Professor Dialecticæ uel Metaphysicę uiginti coronatis apud nos conducitur: Medicinæ & philosophię naturalis sexcentis ac mille, atque etiam amplius, atque iuremeritò: cum hæ disciplinæ, quæ nihil certum docent, sed ad solam ueritatis inquisitionem spectant, eatenus sint legendę, atque in precio habendæ, quatenus homo eò perueniat, ut enthymemata

memata ac syllogismos rectè construere norit, captionesq́ue uocum uitare, nec non generalissima illa significata quorundam nominũ intelligere. Vlterius si procedas, hominẽ ineptum reddunt, ut qui confidat dum de omnibus acutius q̃ par est ac locupletius disputare nouit, absq́ue propria sciẽtiarum, in quibus disceptat cognitione se eruditum uideri, absq́ue labore, scientemq́ue absq́ue scientia. at dices, Ad ueritatem tamen inquirendam hæc utilia sunt? Apage, nequaquã hoc dicebat Galenus. sed illi propriè, qui in mathematicis exercitati sunt, ueras rationes à falsis ob consuetudinem declarandi norunt. Videmus Chrysippum, qui gloriabatur se certaturum cum quouis mortali in dialectica, quiq́ue optaret Deum quempiam cum illo congredi atq́ue disputare in ea arte, quàm ineptè concludat, quamq́ue facilè superetur cum sua argumentorum multitudine, cumq́ue tanta copia authoritatũ à Galeno in causa de membrorum principatu: ut illa logicæ immoderata exercitatio potius obfuerit quàm profuerit. Vidimus nostra ętate Marium Nizolium & M. Antonium Maioragium, postquam immodicè his communibus locis, his argutiolis operam dederunt, quid profecerint. At contra Budeum, Alciatum, Erasmum, Vesalium, Brasanolam, Fuchsium, Cornarium (dij boni) quæ splendida ingenia, quanta authoritate uixere? quàm magnifica opera reliquere? Diogenes rectè dicere solebat: Qui inter pueros semper uersatur, à puero parum differt. Num Galenus, Ptolemæus, Archimedes, tum ipse Aristoteles dialecticæ parens his argutiolis innituntur? aut potius solidas declarationes quęsiuere? Deinde quo exemplo rogo tantũ opus conscripsit aduersus nostros de Subtilitate libros? Carpsisse aliqua frequens fuit exemplũ Aristotelis maximè tũ Galeni. Totum librum euertere longissimo alio libro inusitata, non solũ apud antiquos, sed etiam æquales ætate autores, res est. Atq́ue id iure, nam magnus liber si ineptias continet, solum sufficiet admonuisse lectorẽ, paucis in exemplum reprehensis: sin bona atq́ue utilia, quomodo qui tot nouit, in omnibus potuit aberrare? Reprehendit me de latinitate atq́ue id iurè, nam de causis linguæ Latinæ scripsit ipse. Sed tamen deposito pignore certabo neque grammaticè, nedum latinè ipsum loqui. Præcisè pro ad unguem, alterat, particulari, penetratione ac innumera eiusmodi (ut totus liber his plenus sit) penitus intimæ barbariei argumenta sunt. Qualis hic censor, quale hominis ingenium, quæúe amentia, cum, quæ ipse admittit, quo totus liber suus refertus est (est enim ab initio ad calcẽ, ut si quis alius, totus planè barbarus) frustra & sine causa in alijs reprehendit? quæ tñ etiã si adessent, nõne illud uulgatum admonere poterat, omni carere culpa debere eũ, qui in aliũ dicere paratus sit? Accusat me quòd ex Agyrtarũ imposturis plurima conuasarim, tot calũnijs atq́ue iniurijs, quot sunt uerba. Sed sit ita, modò quæ scripsi uera esse fateamur, num putat paruum esse an mediocris iudicij uel industriæ, uel laboris aut uulgaris sapientiæ inter tot falsa paucula uera deprehendere, seligere, causamq́ue illorum adijcere: an refert unde ueritatem ipsam expisceris, an ut dicebat

bat Vespasianus Imperator, aurum ex urinæ uectigalibus collectum urinam olet. Ita ergo (quod tamẽ à ueritate maxime alienum est) si ex Agyrtarum experimentis pauca sint adiecta, etiam si uera sint, pro imposturis habenda sunt. Sed ualeant hæc omnia, nec ullius sint momenti, duo sunt quæ omnino me præpediunt, ne possim, etiam si uelim, illi respondere, & quibus uale dicere nequeã. alterũ est, ꝙ occupatus sim nimis in rebus humano generi utiliorib. nec sufficiat tempus, quod ab exercitatione medẽdi superest his negocijs, adeò ut & hoc ipsum paucum quo scribo cogar à curandi officio non leui certè dãno rei pecuniariæ subtrahere, quãto minus ut ad respondendum tam longæ næniæ suppetat. Nunc enim tres libros Cõtradicentiũ, qui duob. editis proximè succedunt, perficio, & quatuor libros de Vrinis nouã prorsus inuentionẽ, atq; innumeris experimẽtis cõprobatam, rem sanè qua nullam aliam sciam mortalium generi utiliorem, per quam multa millia hominum, qui secus perituri forent, singulis annis seruabuntur, magno medicorũ gloriæ incremento cõscribo, atq; simul Hymnum Deo finem hoc anno scribendo impositurus his libris: quibus cum nihil maius efficere me potuisse fatear, nec maiore diligentia aliud quicq̃ conscripsisse, coronidẽ laboribus meis honestissimã imposuisse arbitror. Vno enim eorum corporis salubritati, quantũ ullo alio libro cõsultum est: altero animæ trãquillitati ac splendori, ut nihil maius excogitare potuerim, cum etiam in utroq; non dubitem & industria & diligẽtia, & rei tractandę inuentione, & quod omnium maximũ est, numinis auxilio ac gratia me ipsum in omniũ aliorũ librorum, prętereq̃ Artis paruę medendi cõpositione, quã etiã anno præcedente perfeci, longo interuallo superasse. Nam neq; quenq̃ uel mediocriter expertum medicũ futurum existimo, qui prælectis his libris intellectis, diligẽterq; consideratis, nõ quasi prodigiosas prædictiones atq; curas in singulis morbis effecturus nõ sit. Nec quenquã adeò malum, & perfractæ uitæ mortalem, modò in eo aliquid ratio humana possit, qui moribus atq; pietate optimis aut cuiq; ueritatis egregio amatori simillimus non euadat, atq; adeò efficaci ui mutare hominum mores potest, ut ne boni fiant, si qui student, prorsus ab illius lectione abstinere coganť. Hęc sunt cõmoda quę hoc labore supremo Deo dante humano generi pręstiturus sum. An igitur par est his relictis ad respondendum longissimæ fabulæ, & maximè intricatæ disputationi me cõferre. accedit alterum ꝙ ex hac tã longa, quam futurã uideo contentione, nihil decorũ nobis, aut utile humano generi successurum spero. Sed ut apud Socratẽ, eia Xantippe, eia Socrates, dicẽtes, cõmuniter fabulæ spectatores nos irrideãt. neq; ẽm in hac sua ῥαψῳδία nisi tricæ, sophismata, maledicta, iurgia, calumniæ, inueniri poterunt, & tum legendo tũ respondendo non solũ ego, sed & lectores ipsi tædio potius q̃ uoluptate afficianť. Quid ergo causæ est ut rescribã. nec ẽm in re ipsa iuuamur, cum nullũ ipse in tam longo opere experimẽtum adijciat, quod erat operis ipsius propositum, & id de quo loquutus sum, cũ successurum aliquẽ qui hanc tractationem

aucturus esset prædixi: nec disputatio ipsa uoluptatem legentib. sit allatura, ut duorum cõmodorum quæ lectio præstare solet, scilicet: Vt prodesse uelint & delectare poëtæ: nullũ in hac responsione subsecuturum uideã. Id etiã tertio loco me à rescribendo auertit, quod si omnib. respondere uoluero, nimis longũ opus conficere nulli usui futurũ cogar: si aliquibus tãtum, existimabunt inuidi quæ prętermiserim, ob id prętermisse, quia respõdere nesciam. Et licet existimaturi sint aliqui me uictũ, atque certamini impare: ita sit, malo aliquid amittere quam spoliari. Est euulgatus liber suus, est noster, lectores facilè iudicium ferẽt. Quid si me mortuo perdidisset liber ut credidit: nũquid torqueri debeo nunc, ne aliàs in futurũ id accidat? aut queri quod nõ perpetuus sim, aut tueri scripta mea ualeã? Equidẽ si bona erunt, tuebunt docti, cõmunis hominum cõsensus, princeps aliquis bonus, genius quidã: si mali, nec opto, nec è re mea est, aut meorũ aut humani generis ut supersint. Victus es? fatebor. quid amplius uis? à maximo uiro uictus ero, qui iã quatuordecim uolumina Exotericarũ exercitationũ cõscripsisse gloriat: cum nulla alia tñ prodierit in lucẽ, ab ultima editione uidetur inchoasse. forsan & ab hac si abstinuisset, parum detrimẽti acceptura fuisset respub. literaria. Intelligo & simili argumẽto cõtra Erasmũ cõscripsisse, ut huic monomachiæ uir strenuus ac miles egregius assuetus uideat. Sed illã uidere nõ licuit, nescio an Erasmus, qui & ipse his certaminib. nõ parum gaudebat, illi rescripserit. Verũ utcunque res cedat, malo iacturam facere gloriæ quam tẽporis. Pigeret quod inter tot occupationes mensem absumpsisse, nisi me delectasset mirũ in modũ uiri acumẽ, sales, scõmata: nescio an alijs arridebit? Vnum tñ optassem, quod cum de causis linguę Latinæ cõscripsisset librum, ut latinè saltẽ scripsisset. Secundum quod sperauit, ut reor, & multo minus obtinere potest quam primũ est, ut ego iurgijs secum cõtendã, quod tã à natura mea alienum est, quam ut uideo illi familiare. Turpe mihi uidet philosopho iurgijs agere, Christiano cõtẽdere, probo uiro criminari quenquam, me dico senescẽti iã ac uiro graui ineptè cõuicia in alium ingerere. etenim malo malè audire quam dicere, iniuriã pati quam inferre aut reddere. quod quanquam admiratiõe dignũ sit ab Aristotele in Rhetoricis præcipi, tñ pręcipit. cũ puer essem audiebã: Cõtra uerbosos noli cõtẽdere uerbis. Negat se iurgijs acturum, ab iniurijs abstinere se prædicat. Quid prohibet ne ego illũ in ius uocẽ atque de mẽdacio agã ex lege. De ętate quoque, titulo de interrogationib. nõ semel, sed per quacunque pagina ter si cõmuni nostro cõputemus? o uirũ egregiũ, & morib. his illustrẽ. At Pliniũ asinũ appellasti? illud male habet, quod & ipse purus cũ grãmaticus esset, imò ne grãmaticus quidẽ, qui tot cẽsuris ad linguæ latinæ candorẽ redigi per tot illustres uiros maximis cũ laborib. nõdum potuerit, de omnib. disciplinis scribere ausus sit. Hos ego uiros tñ non odi: sed temeritatẽ incredibilẽ in tãto mentis stupore, reprehendo. at asinum appellasti? Galenus hoc tã sæpe facit, ut quasi iubeat rudẽ inscitiã sic mulctandã, imò etiã nomine molaris lapidis. Sed timet ut uideo exẽplum, uix enim è grãmaticæ scholis progressus, ubi tot scuticæ, erro

resque

resq́ grãmaticæ contẽpta latinitas torquet eũ, ausus est scribere de omnib. & tñ gloriat̃ de uirtute ac nobilitate. Itaq; uirtutẽ, ut uideo, appellat inuidere, criminari, maledicere, conuiciari. nã aliã uirtutẽ non deprehẽdo in eius cõmentarijs, nisi forsan frigidã quandam urbanitatem, cum etiã uita eius incomperta mihi prorsus sit. At quòd nobilis sit credere uelim, cum sit ex descendentibus dominorum Patauij Veronæq́, qui sibi in principatum asciuere, è quibus unus Canis Sigorius fratrẽ occidit. Nostrã familiã licet constet iam quingentis saltẽ annis fuisse patriciã, annisq́ septẽ atq; insup mensib. octo non tyrannide, sed electione dominatã urbi Mediolanensi, seu Cardani simus, seu Castellionei (nam eam familiã etiam Pontificem maximũ Celestinum quartũ, uirum optimũ, ut Platina alijq́ testant̃, habuisse certũ est) nõ tñ in numero laudũ repono, sed oneris potius, malimq́ bonus ac prestans maiorib. perditis atq; humilibus, q̃ è splendida atq; innocenti familia perditum & degenerem. Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra uoco. Sit itaq; stirpe quãtumuis clarus, mihi sufficiat Hieronymũ esse Cardanum, quanq̃ nõ negauerim ob nobilitatẽ in honore habitum obseruatumq́ etiã ab æmulis fuisse. Verùm scio existimabit ob hec tã acerba illius maledicta me sibi iratum esse, & eum odio nõ leui prosequi? Sed fallit̃ maximè, imò eum nõ parũ diligo, primum quòd quę in me dixit potius atrabile affectus, seu ob longa studia, ut ipse fatet̃, seu ob incõmoda atq; uexationes, quibus nunc æmulis omnes eruditionis cultores nimis quã uellemus affici solent, quã certo iudicio ac ex uoluntate dicta existimem. Tum uerò & illud plurimum facit, quod hæc maledicta in me nemo qui me nouerit dicta putabit, quoniã mihi nõ conueniunt. Est etiã Christiani uiri officium amare inimicos suos, hoc enim expressè Seruator pręcipit. Natura etiã atq; instituto ad hoc maximè paratus sum, ut neq; irascar, neq; ab iniuria cõmouear. Turpe quoq; mihi esset qui tam pulchrè in libris de Arcanis æternitatis de non ulciscenda iniuria perorauì, etiã si quis magnum malum acceperit, nunc ob sola uerba irasci ac uelle talionẽ reddere? Quinimò expertus sum etiã hanc uiã contemnendi iniurias, nec ulciscendi esse utiliorem, atq; ita plerunq; est. Deinde dicam ut philosophus ille, non hęc dixisset ni uera essent, forsan quæ mihi crimina obijcit uera sunt? & multo maiora? neq; enim ego uel ille qui nimis magnis affectibus laboramus, ego φιλαυτίᾳ, ipse ἐριδείᾳ, uerum discernere, ac rectè dijudicare possumus. Ergo alij iudicabunt, quorum sententiæ potius standum arbitror quã irasci. Deinde sint omnia hęc uana, cur odio habere aut succensere illi debeo, qui mihi tam multiplicem præbuit utilitatẽ? tametsi magna ex parte nolens forsan fecerit? Sed etsi nolentem ex parte non fecisse scio, nõ tamen quòd nolens effecerit, scire possum. quæ uerò incerta sunt, in meliorẽ partẽ trahere ingenui hominis est. Itaq; audi rẽ: primum cum oblatus fuit liber, quædã parum fausta mihi euenerant, quę quanq̃ nullo modo me torserint, iã diu eñ non cõmoueor his certis rationib. adeò ut omnes etiã æmuli mei admirent̃, fateanturq́ ꝗ scriptis docui

melius etiam factis præstare, nihilo secius neq; lætabar. Sed accepto libro, ubi tot nugas, tantam hominis inconstantiam, tam absurdas reprehensiones, tam stultas interpretationes, tot præter propositum dicta, tantam barbariem in nouo Cicerone animaduerti, coactus sum præter omnem consuetudinem meam ridere effusissimè. neq; enim cõtinere me poterã, adeò ut id cum assiduè facerem, animaduertissemq; domesticos meos omnes admirari, ne existimarent me insanire, anagnostas ipsos legere iussi: qui tametsi, ut ego, non adeò riderent, attamẽ maximè admirabantur, præcipuè magnitudinẽ operis, barbariem & obliuionem. Inter reliqua ut caput de Dæmonib. legerent imperaui, in quo me reprehendit tanq; fabulas narrauerim, deinde ipse longè plures ex mẽdaci Græcia omnib. notas, atq; paterna lõgè absurdiores annectit. Atq; ita totus liber huiusmodi farina cõspersus est. Quis rogo possit continere risum? aut q̃ magis opportunè in hoc tẽpore poterat offerri? Et potero ego hominem hunc odisse, quẽ existimo nectareũ mihi poculum obtulisse? absit. Deinde me certũ quasi reddidit, quã parũ profecturi sint post obitum meum, qui cõtra nos scribent, si quãdo aliqui scripturi sint, quãdo uir hic qui adeò cõtentè cõscripsit, quiq; noue fermè annos in hoc opere cõsumpsit aduersus librũ non absolutũ, non emendatũ, tam parũ profecerit, tã infœlicẽ exitum habuerit, cum nunc iã primũ absolutus, demũ etiã castigatus in publicũ proditurus sit? An hoc paruũ munus, securitas ex hoste quæsita? Erat & tertium nõ leuius his cõmodum, & in quo multum sperabã si affulsisset, scilicet ut emendarẽ ex illo si qua reprehẽsione digna inuenissem: nã distuli hoc cõsilio editionem hanc ultimã, cum iã esset absoluta castigatio, recepiq; librũ suũ Idibus Ianuarij MDLVIIJ liberalitate ipsius H. P. ad quẽ libros excudẽdos denuò extrema manu apposita remittimus. Sed huiq; in hac parte uoto meo fraudatus sum, neq;. n. uel uerbo fermè adiutus sũ. Demiraberis forsan? & παράδοξα existimabis, quę nõ sunt. Sed si intelligas, iã fateberis & uera esse, & minime preter fidẽ. Primũ eñ cum tractatio sua uniuersa duas obtineat partes additionẽ & reprehensionẽ, ex utraq; nõ parũ iuuari sperabã: at in utroq; deceptus sum. nã de additione, cũ neq; Aristotelẽ, neq; Galenũ, neq; nos secutus sit, q uera à falsis, aliena à nostris distinguere solemus, farraginẽ inutilẽ cõposuit. Si eñ uera falsis miscent, audita expertis, aliena proprijs, necesse est ut nihil fide dignũ sit. Etenim etsi in centũ præceptis quatuor tantum falsę sint, semper tñ timere debemus, ne unũquodq; illud sit q falsum est. Quãobrẽ eã rẽ cuius causa maximè sum laude dignus, scilicet q nomina eorũ à quib. accepi adijciã, ut sciãt q legũt, quantũ fidei adhibere debeãt singulis pręceptis, & ne illi etiã ꝓprijs inuẽtionib. fraudent, homo hic generosus uituperat. In reprehẽsionib. etiã parũ ꝓfuit, qđ & mathematica omnia, sicut totũ fermè primũ librũ, & multos alios sicco pede trãseat, & naturalia pleraq; reliquerit, qm̃ in illis fucũ sciebat posse deprehẽdi, atq; ita totũ opus intactũ reliquit. nã hęc duo genera solũ sunt, quę experimento subijciunt, at ipse cũ deuitauerit experimẽta, quãtũ potuit, ne fucus deprehenderetur,

hẽderetur, totã reprehensionẽ uanã reddidit. Nam cætera quæ adijciunt, & in quibus insistit, nõ ad subiectã rem quicq̃ pertinet, sed sunt modi tradendi, in quibus etiã adeò prolixus est ac ligitiosus, ut fructum ex ea lectione non capias, ni uelis ei obsequi. nam contradicendo ad rauim deuenies, at si obsequaris, parendum erit illi non lectoris utilitati. Est enim ea in opinione, ut quemadmodum in pueris instituendis ab ipsis elemẽtis omnes sectãdo quisquilias, debeamus in singulis quæsitis hærere. At non ita censet Galenus, non ita processit Hippocrates: scribimus doctis, non imperitis & nihil uulgare. Adde quod mirum est, in ipsa etiã latinitate benedicentes, ut aberremus cogere uult, reprehendit enim noua exercitatione gestuosissimum his uerbis: Atrociorib. ac penè tragicis uerbis, minus ut opinor usitatè uocas gestuosissimtum. Quæ tñ uox in eo proprio significato à Columella & Plinio usurpat. Verũ si quid modò attigit, ad rem adeò infœliciter cessit negotiũ, ut nihil in naturali philosophia ac mathematicis sani conscripserit, quinimò & absurdissima & experimẽto repugnãtia. Tertiũ q̃ cõsequi posse sperauit, est ut eruditus in qualibet arte haberet, qđ neque ut uideo successurum illi est: nã si de experimẽtis, obstat ratio superius dicta, quòd uera à falsis non selegit. Si de artiũ peritia detrahas (quantũ per hoc opus licet) medicinam, mathematicam, & naturalẽ philosophiã, & uide quid ei relinquatur. Id neq̃ cauit, quod cum duo proposuisset, ut nostra euerteret, sua ostentaret: nostra non rectè euertit, alia quæ ostentet omnino non habet. Vltimò etiam sperauit, ut fama æterna suboriretur, atque opus perpetuò maneret, quod ut eueniat illi opto: uerũ melius forsan est, ut cum scriptorib. animalium uel bibliothecæ historiam conficientib. paciscatur, & exoret ut illum aliquo loco reponant. Accessit his tot incommodis & erratis admirabile quoddã dictu, & incredibile: scilicet quòd nõ nisi paucis in locis ex tot, in quibus me arguere conatur, intellexerit quid dixerim, adeò mens eius contradicendi studio flagrans offuscata est. nam dissimulasse nõ crediderim, quod illi non mihi dedecori palã futurũ esset, & cum summa turpitudine coniunctũ, arguere quod non intelligat, & reprehendere quod non dicat. Huiusmodi unum exemplum in quinta exercitatione proponã, quod ibi ter fallat, atq̃ his lapsibus quibus interpretando librũ eũ decipi conspicuũ est. In uniuersum iniurijs certare, ut alienũ à probo uiro & sapiente nostrisq̃ morib. est, ita nõ tegere qualis sit hic calumniator, & timidi esset & fraudulenti, ut qui, quantũ ad me attinet, p̃mitterem tot horas perire hominib. in perlegendis tã inutilibus nugis. Itaq̃ ut ueritati nõ desim, pro infinitis calũnijs, quas in me confinxit, solũ qualis sit tribus uerbis ostendam. Imperitissimus, stultus, malus. Quòd imperitissimus sit ostẽditur, quoniam ubicunq̃ artium præcepta tractat, aut mathematicę aut medicinæ, uel naturalis philosophiæ, ne uel illarum prima elementa quidem attigisse deprehenditur, sed solum uersatur in dialecticis, primaq̃ philosophia, & grammatica quadam à se confecta. Stultus, qui ubi deprehendi posse certò sciebat, non tacuerit, qui nouem

annos in calumnia sola unius libri nec antiqui consumpserit: quicꝙ nouo omnino exemplo singulis chartis quater aut quinquies, si generali ratione computatio ineatur, se laudet. Malus, qui tot uerè inuenta, lectu iucunda, usu mortalib. cõmoda conetur delere, sensum peruertẽdo fucis rhetoricis, sophisticis argumentis, deprimendo, mẽtiendo, maledictis, iniurijs, crimi nationibus, etiã de impietate accusando, cum tñ ipse pro his quæ destrue re nitit̃, nihil substituat. Inde etia subornauit sycophantã, qui ꝓ illo de me malediceret, ut unus histrio duorum scurrarum personas ageret: pessimo adeò exemplo, ut ad huius hominis importunitatẽ nihil addi possit. De miroręꝙ Gallos, tum magistratus eum ferre, quanquã de Gallis fateatur tã bene se aceptum, ꝙ̃ miles à rusticis, apud quos hybernat. nec intelligit se il los non dãnare, sed suos se prodere mores. Medicus eñ ni omnino pessi mus uir sit, omnib. pręterq̃ apud alios medicos, apud quos inuidia labora re consueuit, maximè acceptus est. Adeò ut nos qui acerba natura sumus, quicꝙ inuidia nõ leui laborauimus, nihil tamen præter offensionem ex uer bis clandestinè prolatis, & non negatis, sed non oblatis sponte honoribus ab his expertus sim: cum alijs autem non solum omnino sine iniuria, sed etiam gratiosus uixerim.

At uideo quid tandem dicturi sint nõnulli, errauit improbus: sit licet optimè te tueris, nulla illi superest spes pręmij tanti laboris, barbarè loqui tur, causam non habuit contradicendi, omnia tibi & plura ꝙ̃ uelis conda namus: sed tamen ille tecum disputat, te urget, te interim rhetorẽ ex philoso pho agis. nihil ad obiecta respondes? Omitte igitur alia omnia, & tuere tua, ne uideantur mortales à te decepti. Quid agam, obtemperabóne? cũ tanta temporis iactura? an omnino obdurescam atꝙ silebo? nihil curãs famam, nihil autoritatem conscriptorum librorum, nihili faciens, quòd multi tanquam constanti exemplo ineptiarum mearum, etiam librorum aliorum lectionem sint neglecturi? Ita sumus, ut dici solet, inter Scillam & Charybdim. Sed condonemus aliquid occasioni, faueamus nobis, fauea mus gloriæ, si qua est nostræ, consulamus hominum utilitati, consuetu dini tribuamus aliquid: sic agamus ut si gloriam cõtemnimus, illud tamẽ effugiamus, ne uideamur totum mortalium genus uoluisse decipere, qđ impostor hic nobis palàm adscribit. Nec existiment nostrę authoritati ni mium tribuere, rationib. errare illum ostendamus. Sic etiã exẽplo in poste rum cõsultum erit, ut si quis eis similis quispiã tale ausus fuerit, homines dicere possint, Si hic uiueret, tu nullus esses, necꝙ adeò te iactares. Vidi mus alios, qui multo maiore conatu idẽ aggressi cũ nihil profecerint, etiã uituperationem non leuem apud homines consecuti sunt. Difficilè est cõ tra ueritatem pugnare. si ille uiueret, ut olim aduersus alios modico labore omnia hæc quã sint falsa ostenderet. Denicꝙ ne hunc hominem, quamuis nihil ob suam improbitatem mali non meritum, contemnere uideamur, qui tanta spe scripsit, tantisqúe laboribus, qui uel hoc ipso dignus est, ut & rescribas, quòd dignatus est tuum opus diligentissimè legere,

nec

nec semel, sed sæpius: & qui, quãuis iurgijs agat cõtra te (potius forsan ꝓfessorum grãmaticæ consuetudine, uel etiã natura propria, quã licet furca expellas, inde recurret, ꝙ liuore uel improbitate ulla inductus est) nihilominus effecit, quantum per ipsum est, ut dici uulgò solet, ut uel uiuas dupliciter, & in tuis & in suis scriptis, aut saltem in alteris eorum. Vincat ergo hęc opinio apud me nunc quãuis non leui incõmodo, sed illud minuemus certa ratione. Primũ abstinebimus ab omni iurgio ac cõtumelia, ne illum imitemur, sufficiat solũ inuidiæ huius uiri admonuisse lectores, qui potius uoluerit nescire quã nescierit: quod exemplum adeò freques est in illo, ut uix ulla pagina ab hac labe sit immunis. Abstinebimus & ab his quæ in secunda editione, quam iam tot annis antequam librum ederet uidere potuit, emendata & commutata sunt: in quem errorem scio multos esse puerulos, qui non incidissent. Pręteribo & ea in quibus actionem cum re commutat, ut in quarta exercitatione. nam ut eius uerbis utar, Cõdensatio & rarefactio motus sunt locales, igitur densitas & raritas ab actione ad rem. talia sunt absq; numero. Cauebo etiam ne quod semel reprehensum est pro exemplo, ubi in similem lapsum incidat, amplius reprehẽdam. nam, ut dixi, doctis & studiosis, non alijs scribo, quibus unum exemplum pro omnibus, in quibus eodem lapsu decidit, sufficiet. abstinebo & à defensione latinitatis, cum ipse barbarè adeò loquatur, ut pudeat scriptoris causarum linguæ latinæ. Ab historijs omnibus suis, quoniam neq; ueræ neq; falsæ dici possunt, cum neq; se uidisse affirmet, neque rationes adducat, neque à quo acceperit, cauebo etiam ne in similem errorem suo incidam: sed non est omnino similis. Ille reprehendit, quæ non intelligit: nos reprehenderemus, quæ non dicit, neq; dicere existimamus, cum an sint uera non doceat. At neq; de his contendemus, quæ ex sacra pagina oppugnat: turpius enim illi est in alieno foro litigare quã mihi non respondere. Relinquam & scommata & sales suos non Aethiopicos sanè, sed ex fimarchia potius. Et quæ contra alios disputat, & in quibus digreditur, quæ tã multa sunt, omittam. Similiter quæ pauci sunt momenti, quæq; alieno nomine scripta sunt, nec à me uel iudicio uel ratione comprobata, illa enim ad autorẽ pertinent, & cuiq; inter eos liberũ erit iudiciũ facere: & quę ab illo non cõstanter oppugnantur (quorsum enim in tãta temporis angustia nouos hostes adiungere) prætermittam. Itaq; his omnib. & iuremeritò relictis, quæ uel ad me non spectant uel ad rem tractatam uel simili exemplo iam semel confutata sunt, uel quę alieni sunt fori, uel in quibus redarguendis plus esset sumptus quã utilitatis lectori, tantam farraginem rerũ & uerborũ paucis paginis sic bene comprehensurum spero, ut nihil penitus, in quo suspicio erroris etiã apud illũ, si paulo cõsultius (nõ ut libros antea ipsos uelut mus super farinã) rimari uelit, relinquat. Sic igitur incipiemus.

Hac in parte nescio quid magis demirer, an stuporem, an liuorem, an ineptiã: deducit me ad Subtilitatis interpretationẽ ex Cicerone, cũ ego nõ de uerbo librũ faciã, sed de significato, ꝙ ego ex primo hoc nomine tãq̃ 1

proximiorẽ

proximiore huic multò quã sua intelligibilitas, qua homo latinissimus ac Ciceronianus pro intelligentia utitur. Et tamen in peculiari uerbo, licet & facilè est circunscribere, sensum illum in subiecto totius artis non licet, ꝑpterea declaraui quid intelligi uellem, satis gnarus concepui meo deesse exquisitissimum nomen. an ergo decebat me totam unam tractationem mutare propter unius uerbi interpretationem Ciceronianam, & accommodare me dictioni? an potius dictionem significato tantus sapiens uiderit? Etenim parum uidetur hic assuetus lectioni Galeni, qui toties clamitat non debere nos de uerbis litigare, modò de re constet. Et suus Petrus Mantuanus, cuius se discipulum gloriatur nõne in scriptis reliquit, optare se ut una esset tantum lingua materna, & ut omnia uno uerbo possent explicari. at hic uult res & conceptus etiam in subiecto totius libri seruire nominibus. Et ut ob inopiam nominis cogamur totam tractationem mutare ac confundere, uel ab ea penitus abstinere. Ob hoc igitur tantam rhapsodiã congerit. Vtrum autem subtilitati sic intellectæ unus conceptus respondeat? dico quòd sic, nec est purè homonymum, sed potius paronymum, uelut ens, de quo constat esse scientiam supernaturalem. Sed hæc longiusculè, ut intelligant homines & qualitatem ingenij illius, & fundamenta quibus innitit. in posterum ita consulam breuitati, ut tamen apud eum qui talia curat nihil desit, modò in eo non desideretur diligentia, quam exhibere debet quicunq; tam cupidus est huius experientiæ.

2 De ordine sum secutus Genium siue somnium, atq; is optimus est, ut in secunda editione docuimus. Criminari autẽ ordinem cuiq; licet, nec expositoribus Aristotelis ullus communiter placuit. Hic est campus qui sibi placet, quoniam in eo optimè se potest exercere, at si facilitatem doctrinæ exigimus, nullus est aptior.

De miror quod nolit à nobis notissimis inchoare, sed ubi dispar ratio non sit, & ubi paruum discrimen notionis à prioribus. itaq; ab elemẽtis non mixtis. Species putat esse mẽtis notiones, cum sint ea quæ falsò nobis apparent: imagines quas barbari imaginationes, ita in ipsa latini nominis interprætatione decipitur uir, qui nihil aliud profitetur, exinde tot commenta molitur.

3 Deum esse causam ut formam, fatentur: mundum efficere plurimi negant, quoniam semper efficeret. Sed hæc in libris de Arcanis æternitatis, quæ hic non dicuntur. Sed homo acutus etiam procemia insectatur.

Simili lapsu, sed longè fœdiore prolabitur, dum intelligit finiri mate-
4 riam, id est, interire, rursus (uacuo aucto) cum existimet illud esse debere, cum non intelligat Geometram supponere latus minori angulo, suppositum esse æquale aut maius supposito maiori, atq; ita ex hoc deducit ad id, ut fateamur partem toto esse maiorem. sic & nos. Syllogismus igitur post quam illum docere planè ut puerum cogor, sic constat: Si uacuum est, augeri constat in immensum: igitur materia quæ ęterna est, finiri etiam potest. Consequentia secunda est clara, nam ubi uacuum est, materia esse non

potest:

potest: si igitur quod sequit̃ impossibile est, igit̃ & assumptũ, quod est Vacuũ est. at dices, non statim sequit̃, Vacuũ est, igit̃ in immensum potest augeri: nam homines sunt, nec tamen augentur in immensum, & aer & alia. hoc erat, circa quod iustius dubitare poterat. Sed est altius ut uideo, quã ut ipse etiam si uellet (nam plura contradicendi studio & accusandi etiam facilia non assequitur) intelligere uel deducere posset. Sic autem se habet: Si uacuũ admittatur, cum nullum habeat contrariũ, nihil repugnat totum locum sublunarem illud occupare, quia repugnantiam non cõtinet in se, ergo æternitas materiæ non esset necessaria, sed fortuita, quod esse non potest. Nec propter hoc dico, quòd uacuum possit occupare concauum lunæ: hoc enim aliud longè est ab eo quod materia non sit necessaria, quia uacuo nihil repugnat ut augeatur in immensum. Ita non æternitas materiæ, sed necessitas illius tollitur. Sed tamen hac sublata, etiam tollitur æternitas ipsa: quia, ut dixi, omne æternum est necessarium. In illis ergo paucis uerbis continebantur tria enthymemata, & ideo potestate tres syllogismi concludentes propositum. Sed hęc ut dici solet, non sunt pro dentib. suis. Et huiusmodi est totũ opus hoc de Subtilitate, & libri de Varietate rerũ: ideo consultius fecisset, si ab hac prouincia abstinuisset, nec semetipsum deturpasset. sufficiat autem, lectores semel de hoc admonuisse.

Vellicat formam: at si dico, homo ad omnia paratus est, nónne intel 6
ligitur indefinita, ut dialectici uolunt, nõ solum pro plurib. sed etiam pro utili? Tofus non generatur uera generatione, quę est uiuẽtium solum, sed coagmẽtat̃: generari tñ uerbo utimur, quòd uulgaris significatio ad id extendat̃. Non erunt tria principia, imò ad generationem concurrit materia ut subiectum forma generantis ad pręparationẽ, anima aũt se ipsam exhibendo efficit. Quæ uerò disputat contra animam mundi, perlegas eorũ responsiones in libris de Arcanis æternitatis, quia est res prolixa, & quæ peculiari indiget opere: & non ut ab ipso obiter tractatur, cum non solum philosophiæ naturalis principia, sed & diuinæ non parua pars, & eorum quæ sensibus subiacent, ratio pendeat. Pariter & alia eiusdem exercitationis ad eandem doctrinam pertinent. Ob idq́; supersedeo hic, nisi quòd admonere illum nolo eius quod adeò firmiter negat, scilicet animam esse in corde solum, cum id dicat Philosophus in libro de Iuuentute & senectute in initio. Επεὶ δὲ περὶ ψυχῆς ἐν ἑτέροις διώρισαι, καὶ δῆλον ὅτι οὐκ οἴονται εἶναι σῶμα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἀλλ' ὅμως ὅτι γε ἔν τινι τῦ σώματος ὑπάρχει χορίῳ φανερὸν. Interpretetur modò ut uelit, nunquam obtinebit quin illud apertè uelit Aristoteles, ut anima sit in aliqua parte corporis. Id etiam ostendimus in libris de Rerum uarietate, atq; alio modo etiam euidentius demonstrari potest.

Mouet anima mundi principium internum, ut ab aliis quę extrinse 7
cus sunt, non ut pars moti.

Motu raritatis, quæ uia est ad corruptionem: aliqua enim est quæ nõ 8
corrumpit, & tamen natura eam refugit, quòd uia sit ad corruptionem. Motus à raritatis causa tardus semper est. Inter tabulas aut perpetuò est

aer, uel si non est, non fit motus, sed impeditur, quia deest. Et id ipse infrà affirmat, quasi nos irridens, qui negamus non esse aerem. Quod ad motũ necessarium est, & tamen trahitur pars inferior, quia amoueri non potest: non tamen ascendit, ergo ascensus grauis etiam in aqua ꝑpter raritatem impedimentum motus, non motus.

9 Dicit ignem nostrũ esse ignẽ elementarẽ condensatum, & ob id calidiorem, sicut glacies est aqua condensata, & ob id frigidior. Pulchrum dictum, & specie plausibile, sed omnino falsum. nam glacies manet, & non depascitur, sicut nec aqua: at ignis noster neq; manet, uel momento & depascitur, ergo nullo modo est idem specie cum elementari. Si elementaris depascitur, quæro unde alimentum? huic argumento debuerat respondere, quod à me adducitur. Ex quo patet, quòd cum deuenitur ad res manifestas, & quæ sensibus possũt dijudicari, falsus in omnibus deprehenditur. Sed ad singula.

Aer in concauo orbis Lunę non est frigidus aut obscurus, quòd frigiditas aut obscuritas sit aliquid, ideo cohęrere potest cœlo. Sol quia non dissipatur, conseruat calorem motu, ideo solidus est, ignis autem dissipatur. Aqua incalescit leui motu non ob motum, sed ob aerem qui illius partes motu ad superficiem deductas calefacit. De uentis Cypri & Rhodi quid opus est, cum in æstuario experiamur? qui tamen ualidissimi sunt, puri sunt, atque omnes frigidi. Vapor enim longo tractu celerrimè deductus, necessariò dissipatur. Fumus & calor ignis quo torretur caro, sunt ignis, & non lucent: at quomodo probauit unq; (fateor enim quod non luceãt) quòd sint ignis, & in extremo caliditatis: q̃ falsum est. Inde supponit multas propositiones, è quibus prima est euidenter falsa, ignis est corpus, id est, naturale uel elementum, nos enim sæpe diximus tria tantum esse elementa, terram, aquam, aerem. Quis dubitat, quod si ignẽ statuerimus elementum, quin illum sub Luna ob leuitatem, & quòd alia loca sciamus iam occupata, non essemus collocaturi? Deinde cum uinculis non possit lectores tenere, lacteis uerbis uult hic strenuus Peripateticus captare Sed interim tot declarationes à nobis allatas prætermittit: quòd aeris partes quando sublimiores, tanto sunt frigidiores, quòd esset ibi nulli usui. nã corpora quæ corruptioni obnoxia sunt, sunt solum propter generationẽ: at ille putat totum contrarium, scilicet quòd immortalia, quæ propter se sunt, non per se sint, sed fortuitò propter generationem. Imperfecta enim propter perfecta, non contrà. Qua in diffinitione elementi adduntur, petunt ut dici solet principium. Vt enim quod esset in concauo orbis Lunę, assumit quod sit elementum, ita ut sit elementum assumit quòd sit in concauo orbis Lunæ.

10 In ipso principio negat adesse id de quo arguitur, & quod fermè omnes fatentur, scilicet elementum utranq; qualitatem extremam obtinere. nã qui negant utranq; qualitatem maximam esse, qui pauciores sunt, dicunt alteram esse maximam, alteram maximæ propinquam, ut res ad idem quasi re-

si re-

ſi redeat, nec fatente illo quod petimus eſt amplius inſiſtendum. Quamuis enĩ pertinacem plus mouit eum rei ueritas inexpugnabilis, quã inſtitutum defendendi etiam in inferiore cauſa Ariſtotelem Ariſtotelicosq́;. Itaq; cum rationes non habeat, quibus aut conuincere, aut tueri ſe poſſit, declamatorem eximium agit ex philoſopho repentè factus. Vnum tamen ſubijciam in quo uideatur excuſatione dignus, quòd difficillimum ſit ueteres opiniones hominum animis diu inſitas eradicare. Quodq́; ut ait Galenus, facilius diſcipulos Chriſtiani à lege ſua ſubduxeris, quàm addictos in uerba alicuius ſectæ à ſuis placitis. atq; hæc ſufficiant pro omnibus illius declamationib. Vt tamẽ breui quod diximus declaremus: ſi calor nõ eſt qualitas extrema in aere, erit ergo humidum, quare in aqua frigiditas. quomodo igitur glacies aqua frigidior? Si dicas non frigidior, ſed ob denſitatem talis uidetur? Ergo ſumma frigiditas cogit? igitur omnis aqua glacies, quare & immobilis, & non elementum humidũ. Et quia torquetur circa cognitionem quid ſit ignis, & ob id tot abſurda dicit, nec poteſt ſe explicare, quatuor uerbis quamuis & aliàs dixerim dicam. Ignis eſt ſubſtantia corrupta ab extremo calore, ſicut glacies eſt ſubſtantia corrupta ab extremo frigore. Vel uerius, ignis eſt caliditas & ſiccitas extrema, corrumpens ſubiectum. Quòd etiam dicat unum eſſe elementum, dicimus eſſe tria. ſola enim terra eſt expers omnis qualitatis, & tamẽ non eſt neceſſarium elemento ut habeat qualitatem, qui non concurrit ad ullam actionẽ, ſed uelut oleum mirabolani, quod expers eſt odoris, aptiſſimumq́; ob id ad omnes odores. Verũ ob id terra hylen quaſi refert. Arguit contradictionem, quia motus accendit calorem, ergo non extinguit. Dixi quod motus in ſubiecto q; reſiſtat, quoniã reſiſtit. Videt experimentũ in aqua & lapide. Si de aqua dubitat, quoniam ſponte frigida ſit, de uino experiatur. Sed ſponte in his quæ uoluntate carent, nõ licet dicere? feci ut Vergilium ab infamia liberarem:

Sponte ſua ſandix paſcentibus ueſtiet agnos.

Reſilit ad primum librũ. In quo etiã animaduertendum eſt hunc egregiũ uirum in hoc & ſequentibus ſimulare ſe non intelligere, ut anſam accuſandi, q; alioqui habere non poteſt, arripiat. ita non abſimilis uidetur ei qui ſe caſtrauit ut uxorem offenderet. Quis neſcit in pyrio puluere tria accidere, per quæ ſphæra propellitur, raritatem dum è puluere fit ignis, qui locum ampliorem occupare nititur: inde condenſari præter naturam ob loci anguſtiã, atq; ideo appetere exitum, inde natura uincente rareſcere, tuncq́; ꝓpellere. at ille adeò inuoluit bene inuenta, ut ego non pro meis, quanto minus alius quiſq; queat agnoſcere. Et ideo fungit̃ officio ſepiæ, quæ turbat aquas ne uideatur. Aer impellit: atq; hic eſt motus quo aqua quieſcit. 11

In quo differt mutatio in qualitate à generatione uel additione, ſi nõ intenditur qualitas, ſed ſolum augetur? At hoc etiã ego non dico qualitatẽ nõ augeri. Sufficit quod intendat̃ ſeu additione ſeu aliter. Hucuſq; ſanè ſperauerã me cũ uiro docto diſputare: ſed cũ animaduerti illũ, ut credidit, 12

conuictum meis rationibus eò refugisse, ut concederet ferro extincto ferrum generari, iam illum elleboro prorsus indigere animaduerti. Atq; hic fortunam aliorum quotcunq; me accusare nixi sunt qui amentiam suam prodiderunt nactus est. Primum quis unquã audiuit ferrum generari ex aquæ frigidæ sola immersione? ubi omnes causas sustulit, & earum ordinẽ inter se, tum etiã cum effectu ipso. Deinde liceret ex silice aurum facere, nam exusto auro ex igne generatur aurum, ut ipse fatetur? ergo extincto silice aurum generabitur? nam causæ sunt eędem aquæ & ignis. deinde cum paulatim refrigerabitur, paulatim generabitur ferrum, atq; ita substãtia in eadem parte augebitur, motusq; uerus inerit, qualis in qualitate. Dispeream si resurgat Aristoteles, ni malit mihi accusatori quã tali defensori amicus esse. Et si non melius argumentum meum solui posset à Peripateticis quàm ab illo, iam pæana canerem. Sed illi dicerent in ferro ignito duas esse substantias, atq; imperfectam utranq;: quod neq; ignis suam retineat leuitatem, nec ferrum frigiditatem. Et quanquã hæc responsio argumento meo non satisfaciat ob absurda principia, quæ tueri coguntur ut Aristotelem defendant, non tamen adeò impudens est ut nostri calumniatoris, qui hæc deliramenta admisit.

13 In infinitum apud grammaticas progredi dicuntur, quæ nullos certos limites habent constitutos. Vnde proprij infiniti, quod grãmaticis ignotum fuit, ratio deducta est.

14 Vbiq; prodit suam imperitiã, uixq; ex centum locis septem rectè interpretatur. Meta non una est ut fiat ignis, sed tũ incipit hæc meta cum aerem uincere potest. Meta eundi in Gallias non una est: possum ire Taurinum, Lugdunum, Lutetiã, Rhotomagũ, meta tamen ingressus est Valentia, ex urbe nostra eunti. O præclaram redargutionem, argumentum solũ præbens, uel maleuoli omnino animi, uel stuporis maximi.

15 In omnibus est ea uis, sed in quibusdam non perficitur agendo, in quibusdam producendo miratur de lapide, sed magis de halinitro mirari debuit.

16 Vreret, non si elementaris esset rectè in hoc: sed si esset, qualis excutitur qui pabulo indiget proculdubio ureret, & si esset elementaris condensatus: at aqua non madefacit, quia cõmixta est, madefactio aũt non penetrat, calor penetrat, Galeno teste in libris de elementis. Deinde impudentissimè obijcit me negare ex chalybe uel ex porphyritide ignem generari, cum ego ubiq; adijciam etiam in prima editione non magis fieri, sed minus ex his quàm ex illis. Vide hic prorsus inexcusabilem stuporem hominis, aut improbitatem. Purum ignem nullum esse dico, id est, qui non sit in substantia, sed modo medicorum, in quo forma materię dominatur ut in flamma, secus carbo & ferrum ignitum. Admiratur dictum illud quod simpliciter uerum est si incalescit uehementi motu, uehementer incalescit. Est enim causa, ut dici solet, adæquata & propria (ut si quis dicat, Diuitiæ hominem beatum faciunt) per se est uera, nec tamen semper diues

beatus est. Ab accidenti enim ad rem quod dicunt ab abstractis ad cõcreta non ualet argumentum. Color uiridis est pulcherrimus, ergo uiridia pulcherrima.

Cum loquor latinè, hic philosophus Ciceronianus me reprehendit: si barbarè uellem, ut à sui generis hominibus intelligerer, accusaret. Vnus est modus quem solũ admittit, ut suo more scilicet pessimè loquar. Sed ego tũc diuinare non potui. Breuiter materia ferri formã ad se rapit & equi & absinthij: nec una conuenire potest alteri. & hoc etiã affirmat philosophus, formas sibi decernere materiã propriã: quę ob id secunda dicĩt, quoniam cum quantitate certa est materię primæ & qualitatibus. 17

Agit rhetorem facetum, cum argumẽta & responsiones desunt. Et q̃ fatet̃ Aristotelis fuisse sententiam, scilicet frigiditatẽ esse priuationem, & ꝙ Auicenna bene dixit, frigus ad operationes nihil affert cõmodi, in me reprehendit. Aqua nõ gelascit, quia frigus, ut dixi, est priuatio. Melius fecisset, si quæsisset cur ab aere, cum utrinq; sit priuatio? læ dimur à frigore, quoniam materia impediente peregrina impressio, scilicet calor abolet ur, at id sentitur ab animante, quod natura calidum est. Systolen, adeò rudis est hic uir, putat esse quietem, cum sit motus, scilicet contractio: eam Galenus fatetur expresè se sentire primo de Dignoscendis pulsibus. Vide ruditatem & temeritatem, ubi in tam paucis uerbis dupliciter peccat, & ita peccat ut nulla arte defendi possit. Quòd etiam dixerim sicca non posse humectari, & reprehendit, & se non intelligere fatetur: atq; id ubiq; ferme facit. Et uerè negat se intelligere, nam in sicco nullum est principiũ ut humectetur, nec intus nec extra: solum materia addi posset, sed non in iuuentute per nutritionem, quia deest principium: nec per generationem, cum iam sit antea genitum. at frigidum potest calefieri calore cordis, & reliquæ qualitates spõte se ingerunt defectu contrariarum, cum sint priuationes. & hic ut uideo dicet esse solœcismum? 18

Aetherem, id est, cœlum, quãdoq; aerem supremum significat, utrũque apud antiquos. Lapis frigefacit manũ, quoniam calor refugit, sicut tenebras lux oculi. Qui enim diu in tenebris uersantur, partem uisus amittunt. Sic mortem natura. 19

Tria sunt principia mixtorum, sed duo tantum prębent qualitatem: scilicet cœlum & aqua. 20

Ignis miscet corpora, id est, iuxta apponit, ut in cumulis hordeum cũ frumento, sed substantias separat: corrumpit enim, non ergo miscet, id est, non uerè. Ecce suam contradictionem. Ita hallucinatur semper in duplici significato. 21

Sicut & illud, quatuor sunt elementa, id est, partes qualitatibus elementis similibus, sed non extremo in mixto, non elementa quatuor cum sint tria tantum: nec uerè similibus, sed iuxta Aristotelis opinionem: nec elementa, cum non habeant frigiditatem extremam, nec calorem actu. Animalia quæ crudis carnibus uescuntur, breuis sunt uitæ ob incommo- 22

da quæ patiuntur, non ob uictus rationem : nam cornix & coruus etiam ipſo teſte diu uiuunt.

Cœlum habet qualitatem, quæ apud nos uocatur caliditas, ſicut lux
23 in urceo alterius modi eſt in pariete: nec ibi eadem patitur, & eſt ut ita dicã qualitas uiuifica ſicut calor humanus eſt in uipera calor exitialis. Non eſt ergo differentia tanqꝫ homonymi, ſed ſolum ratione ſubiecti. Qualitas tñ ipſa eſt eadem. Sic frigus in aqua gelu generat, in oleo concretionē. attamē qualitas principium eſt nõ expers qualitatis, & Peripateticorũ cœlũ. Pyrauſtæ nõ generant in igne, ſed in excrementis. Ignis enim tollit uim caloris cœleſtis, quæ eſt humida. Agens ſiccũ nõ generat in humido, quia ineptũ eſt prorſus natura. Ad fabulas conuertitur. Pulli non excluduntur à cinere puro. à fimo etiam in noſtris regionibus excludi poſſunt, ſed fallax eſt: tamen experiri liceret: à cinere nunqꝫ. Omnis calor motu indiget ad cõſeruationē, quia nõ niſi à cœlo: cœlum aũt mouetur. ꝙ aũt motu indiget, aſſumit. In ſeminib. eſt calor potentia, ſuo tẽpore fit actu, & exedit cum pabulũ non inuenit, & etiã auxilio aëris. Diſpar comparatio, ſi homo nõ haberet calorem, qui à corde influitur, refrigeratus non incaleſceret: ita nec aqua refrigeraretur, cum nõ habeat unde petat. Aer ex aqua gignitur propter neceſſitatem, quia ignis nihil generat. dixi aũt elementa eſſe hylę proxima, & quaſi non entia. Nec clarum eſt an ſolus uapor generetur, nos aũt in rebus quæ ſunt exigui momenti, nec adeò perſpicuè communem opinionem ſecuti ſumus, ne uideremur uelle interturbare ſtudioſos, non docere. Deniqꝫ quærit quid illud ſignificet inanis? μάντις fuit ut reor hic hypographus. Diuinauit inaniter multa te hic effutiturum, quod & feciſti, cũ tibi integrum eſſet lecta ſecunda editione uidere naturalis pro inanis.

25 De bilioſis uidetur mihi puer in medicina. Videat Galenum quinto de Tuenda ſanitate. Eſt enim illius inuentum.

26 Nulla illarum comparationum eſt ad propoſitum : nam cauſæ illæ licet habeant diuerſos modos producendi, in principali tñ ſunt una, at in generatione non eſt diuerſitas modorũ, igitur principium eſt unũ omnino. Deinde declaratio illa probat, ꝙ generatio hæc non ſit cauſa materiæ.

Non à frigore periere, ſed à calore imminuto. Dicit nõ uidiſſe apud
27 me declaratum, quare motus æſtiuum refrigeret aerem? non quod dicit ille, ſed quoniam calorem ex ſe non habeat, ſed ſolum à radijs ſolis, motus non recipit impreſſionem, ut nec manus à pruna agitata, quare neceſſariò refrigeraretur. Et hæc eſt cauſa ꝓpter qꝫ ſuperius dixi, quod cũ omnia ſolida motu inflãmentur, omnia tñ liquida refrigerari. Verba illa de calore meritò quemcunqꝫ torquere poſſent, & ſi alibi non minorem cauſam habuiſſet admirationis, poterat ferri illius procacitas à uiro, qualis ego ſũ. Accipe igitur ſenſum loci quem ipſe non capit. Duabus cauſis diximus aërē hic calidũ, altera quòd quoties euertere ſtudemus placita aliorũ, euidētius euertuntur ex conceſſis ab illis qꝫ ex his quæ illi negant: at concludere ſtudemus eſſe tantum duo elementa, quę mixtum generẽt: illi uolunt aërē

eſſe

esse calidum, igitur calidum esse aerem nos supponere oportuit. Dicitur & calidus comparatione aliorum elementorum, ut multa astra frigida, cũ enim sit tenuior nec natura nec longa consuetudine quadã ob conceptos solis radios, quæ uicem naturæ apud uulgus obtinet, non tam frigidus est ut alia elementa.

Rota illa etiam si exquisitissimè elaborata fuerit, non animaduertit 28
quòd manubrium tñ ab aere circumuertetur, & cum illo rota simul adeò stupidus est. Præterea omisso quod difficillimè in cardinib. ad æquilibriũ continebitur, non uertetur nisi lentè ob paucitatem aeris, & ita experimenta sunt contra ipsum, & ipse semet conficit suis argumentis. Prꝫter id enim quòd aer non iuuabit, etiam si aer non moueret, uexatus tamen & nimis densatus impediret, quo minus celeriter uertetur. Melius finxisset, ut digito ab q̃ manubrio, quem statim amoueret, circunduceretur.

Aer ut elementum est proximus hylæ, ideo imago cœlestis caloris ei 30
dominatur. Estq́ uerius uapor quàm aer.

Aer liber non corrumpit: conclusus non exedit, qui est in arcis exedit 31
& corrumpit: neq́ enim conclusus dicitur neq́ liber. Rupes uiuunt, at nõ respirant, ut nec plantꝫ, exigua est em̃ earum uita: & impetus qui etiam animalibus noceat. Sic & triticum quasi anima caret, corrumpit̃ in horreis eadem ratione qua in arcis panni. In aere si frigidissimus sit, non corrumpetur. huius habes exempla in libris de Rerum Varietate. At noster aer nõ talis est, neutiquam tamen calidissimus esse potest, ut hi qui ex calidissimo in frigidissimum transmutari posse existimant. Intercludere actiuè pro intercipere: passiuè etiam pro includi & occludi. Tacitus: Interclusa anima Cap. 11
creditur mortalitatem expleuisse. Hic ad emphasim interclusus aptius apponitur, q̃ si inclusus diceret. quod enim undiq́ intercluditur, inclusum dicitur, at intercluduntur animalia & aqua includuntur terra ac lapides, postquã ad has quisquilias descendere oportet.

Aconitum non mouetur, ideo metam non habet: non enim lædit, ni 33
si ut ita dicam, uolentes.

Argentum uiuum frigidissimũ, ubi destillatur, quia terreum est, fit 34
igneũ, sicut & later. Sulphur est aereum, quia ex humido cõcocto constat, ut dixi de quatuor partibus destillationum, quas elementa uulgus uocat, non quòd aer sit in illo. Corripiunt̃ sensim sicut & sol sensim uolat. Hoc mihi propriũ est, multa paucis & quasi cõtraria semper declarare. Sensim nobis uidentur hæc fieri, quæ tñ magnis progressibus fiunt. Sufficiat admonuisse, & quia libri nostri his pleni sunt præteribimus.

Terram quꝫ apud nos inuenitur synceram communi existimatione, 35
quæq́ optima est, nam solum ut matrem ad generationem concurrere diximus, caloreq́ solis cõcipere pullam esse aio. Syncerã ubi sit nescio, quare nec qualis sit. tu uis mecũ cõtendere de his q̃ experimẽto decerni nequeũt: ego nolo. Tu tibi uictoriã de rè nulli usui futura, atq́ omnino incerta talib. assuetus auferto. Sit alba, sit uiridis, sit nigra, mea nihil inter est. quã neq́

oſtendere potes, ne declarare quidem quòd talis ſit.

36 Ericam in libris de Rerum uarietate, qui ante tuos cõmentarios editi ſunt, appellaſſe me conſtat, quamuis non minor ſit lapſus metus in hoc ꝙ in illo, neq; enim adeò certum eſt. At ego, ut Galeno obſequar, de nominib. non contendo: modò de re quam ſanè docemus conſtet. Tu modò uel leporem, quod ea lepores ueſcantur appellato: per me licebit.

37 Neſcio quid cauſæ ſit quòd cum locum excitauerit, uerbaq; quæ antecedunt recitauerit, omiſerit quod in rem facit: Nónne ſtatim hæc ſuccedunt, ἀφανίζεσθαι δὲ καὶ ποιεῖν νύκτα, διὰ τὸ ὑψηλὴν εἶναι πρὸς ἄρκτον τὴν γῆν. Nonne hoc eſt conſpicuum non eſſe ſolem, imò noctem obduci ob altitudinẽ terræ ad Arctum poſitæ: cum antea iam dixiſſet ex eminentioribus ad Septẽtriones locis uberrimum concitat aquarum fluxũ: ibiq; parum profunda eſſe maria, cum alibi in gurgites præaltos effundantur. Neſcio certè cur uelit cum infamia ſua hoc adeò manifeſta diſſimulare, ut alteruter noſtrum inſanire uideatur: Sed hæc nimis. Inde neſcio quomodo etiam terræ rotunditatem exactã à Philoſopho comprobatam, à Ptolomæo declaratam, cõmentus, quid de montibus ac uallibus conatur infringere. uelut ſi quis dicat, turris prealtæ ſuperficiem non eſſe æqualem, quòd ei pulex inſideat: at montes ad terræ magnitudinem comparati, tum ualles non maiorem obtinent proportionem. hoc ipſo detegit ſuam imperitiam, ut non uideatur artium penetralia ingreſſus, ſed in limine ipſo cõſediſſe. Sic ubi ego propoſui altitudinem M. miliariorum, ruditatem rurſus ſuã prodit. Nam hoc proponitur ſe tuendi Ariſtoteli, non quòd ita eſſe poſſit, & tamen uel ſic conuincitur, ita peripateticus ille noſtra ſepia dignus, nihil nouit niſi adlatrare. Et ob id ipſi admirabilis uir uidetur, cum neuter declarationem noſtram intellexerit. Vnum uerò rudibus argumentum eſſe poteſt, illos nõ attuliſſe quicꝗ ad rem, quod nullibi quicꝗ cõmutauerim. Extremæ eñi dementiæ eſſet, ſi adduxiſſent: uel non reſpondere, ſi inualidum: uel non cõmutare, ſi firmũ: uoluiſſeq; cum integrum eſſet, mihi præſentibus & poſteris ſatisfacere pertinacia (à qua omnino natura & inſtituto ꝓcul abſum) omnes fallere, quod improbiſſimi eſſet hominis: & ſperare poſſe, quod ſummæ amentiæ foret.

39 Elemento præcipuè quatuor conueniunt conditiones, puritas, magnitudo generationis, principiũ & loci neceſſitas. Puritate ſeu ſimplicitate ex æquo fermè omnia hęc tria ſunt: terra, aqua, aer. Loco terra maximè eſt elementũ, quòd centrum mundi ſit: magnitudine aer, aqua neutro fermè, nã locus cum ſit inter aerẽ & terrã & incertus, quaſi non explet elemẽti conditionẽ: multo minus magnitudine, cum uix ſit ex trecentis millib. partibus una ipſius aeris. quis ergo audeat eam cum aere cõiungere, ut molem habere & ipſa dicatur, cuius ſit tam minima portio: At generationis principio maximè eſt elemẽtum, nã aer generationis principiũ eſſe poteſt, pars non eſt. terra neutro modo. Licet eñ ſit in generato eſt tanꝙ uas. Vas aũt naturæ modo, ꝙ undiq; peruiũ eſt, nõ artis. Indicio eſt ꝙ in aqua ſine

terra

terra multa nascuntur, in terra sine aqua nihil penitus, & multo minus q̃ in igne. Et si genitum inferatur in eam, interit. Et hæc est causa necessitatis mortis in animalibus & stirpibus, cum uas ipsum exinanit. Terra enim utraq; priuatione uitæ inepta omnino est, cum & coloris cœlestis & humidi elementaris prorsus sit expers, adeò ut hac ratione non mereatur elemẽtum dici. Quodlibet igitur horum trium cõmuni ratione simplicitatis dicitur elementum: de alijs tribus & non esse elementum & esse: & maximè esse dicitur. Veluti etiam terra generationis principio non est elementum: magnitudine uix est elementum, loco maximè elementũ. Hæc omnia sub illis paucis uerbis non solum continentur, sed & declarata sunt in proximis uerbis. Qui modus ac uis cum ubiq; seruetur, multis difficultatẽ peperit cum admiratione, at ipse cũ nõ assequeretur sensum, uel proprio ipsius testimonio cur ausus est contradicere? tantamq; operam ludere? Hęc igitur pro omnib. alijs dicta sint locis, in quibus ille contradictiones annotauit. Nam & Aristotelis phrasis eum docere potuit, quæ simili arte constructa est, quàm si ex uerbis solum expendere uelis, nulla locus contradictione uacabit, nec etiam in sacra pagina.

Simili lapsu cadit cũ proportio nõ excessus debeat cõsiderari, maio- 40
ris aũt quãtitatis portio eadẽ maior est. Suum exemplũ nõ est ad ꝓpositũ.

Discrimen inter opinionem Aristotelis & nostram, quod de fine agi 42
mus non efficiente. atq; hæc humilitas cursu aquæ minuitur. Ita in natura factum est ut quod necessario est, necesse potest, obice retundatur. Velut dentes necessarium erat crescere, defecissent enim, nec longiores fieri, fuissent enim inutiles, ideò crescentes atteruntur. Aristoteles autem ponit causam efficientem. Fluuij omnes naturaliter ad Meridiem feruntur: syncerè quidã, alij per anfractus, alij prœoccupant maris ingressum, quod ad Meridiem per se positum est, licet necesse sit partes illius diuersas cœli plagas respicere. Reflectuntur eñ sæpe à montib. & uallib. circumaguntur.

Montes altissimi nullam ad altitudinẽ partis terræ, uim habent. 43

Alia est ratio totius, alia partis. Si sol totam terram ambiret & medio 44
criter posset eam calefacere, tota esset aridior torrida, quia aliũde auxilium non reciperet? si minus quam mediocriter deterius ob frigus & aquas habitaretur q̃ Fimarchia ratione eadem. At ille non assequitur pondus. Auxilium eñ minimũ ad resistendum, ut Veneti dicunt, plus potest quã ualidissima causa quæ adiuuet. Ob hoc natura temperauit corpus nostrũ, nõ uniuersum effecit temperatum.

Aqua quomodo in imo terræ sit declaraui in libris de Rerum Va 45
rietate. hic nego, & tñ utrunq; uerum est. immixta enim manet nec fluitat. Itaq; uaticinatus est quæ aliquando dicturus essem, dum existimat recitare quæ dixerim. Quod autem terra sit omnium fundamentum, philosophi est, ideo non laboro. Cum & uerũ sit & ipse per fas nefasq; profiteatur se philosophum tueri.

Ego non intendo probare, quod falsum est, scilicet aquam 46
non

non generari sub terra. generatur enim nec deficit aer qui sensim trahitur: sed si generetur non ascendit. Quod scripserim ibi pro eo: ostendit rusticitatem importunitatemq́ suam, cum tam breui factus per tot negocia editus, secundo auctus, tertio sit emendatus. Cauit ne non emendatus prius in publicum prodiret ut haberet quod carperet. Sic quod non succuti ab aqua possit, assumit ad oppugnandum quod probare debet. De aquæ ascensu rē nō explicat nec causam, nā & aliter aqua ascendit: non cōpressa ut in primo libro, quamobrē nec generaliter. Sed uideamus an rectè doceat causam ascensus aquæ in montibus? Et patet quod non, nam etiā si mille libras aquę superimponas, ne uncia quidem altius digito q̃ ad libellam impulsa ascendet. Sic ille qui prodegit quęcunq; habuit Mediolani deceptus hoc falso supposito. Nam ad hoc admisso quis non uidet dari motū perpetuum, quem ille sperabat. Hoc ostendit uirū hunc sophisticis peripateticorū rationib. aliorum more insistentē, nugari cōtra eos qui experimētis & machinis res didicerunt. At aere ista fieri possunt, ut in Heronis machina declaraui. Ita ista Aristotelici cū ad experimēta se cōferunt seu cū medicis seu cū architectis aut mathematicis aut ueris philosophis qui certis principijs insistunt, aut artificib. uani semper deprehēdunt. Ecce uides hominē, & iudica: hucusq; duas per machinas molitus est declarationes, & in utrisq; manifestè falsus deprehendit: quam fidem alijs adhibebis?

Figura quinta.

48 Astaboram & Astanum Mela, Plinius & Solinus cū Nilo eosdē esse uolunt. Vnde patet quàm calumniosè agat, cum etiam parum intersit, nā fluuij oriuntur & occidunt, ut nihil sit perpetuū. ideo in talib. soleo sequi uulgarem opinionem.

49 Dicit quod ego dico litus boreale necessariò est, id est, quod Boream respicit, quādoquidē ipsemet fatet ortum esse ultra tropicū hyemalē. Vbi idem putat esse tropicum & circulū hyemalem, ut disertè loquatur.

50 Mare non mittit fontes nisi salsos, percolatur tamen aqua prope etiā tribus cubitis quę dulcis est. Nec negaui ex mari oriri flumina sed omnia, nec non emergere è terra, sed non posse ultra æquilibrium ascendere. Ita uera fateor, difficile est cum luctę imperito luctari. Accipit unam rem pro alia fermè semper. Quæ redarguit ne somniaui quidem, quæ dixi non attingit. Durum uidetur & id iure solum aquas mixtione dulcescere, & aquas puteorum Mediolanensium è mari procedere: & tñ humilius esse mare Ligusticum fateor. Hinc colligere potes hos falsos peripateticos nihil scire, sed nugari, quandoquidem ipse nec ullus alius potuit modum inuenire, quo aquæ à fontibus & in cacumine montium scaturiant, & quomodo dulcescant, aliæ autem salsæ è puteis hauriantur, & ex montibus nulla scaturiat salsa. Et ita nugantur impudentissimè. Sed audi modum qui unus est & simplicissimus, & uide quomodo in dictis nostris quæ ille putat adeò inuicem contraria esse, nihil penitus sit discors, & quomodo sub nostra breuitate plura lateant pulcherrima, & qualia sint, certè nunquā à sæculis inuenta ne cogar ut tu propria laudare. Is modus est, cū quo

omnia

omnia experimenta omnia nostra uerba cõcordant. Longiusculus fui ut breuitatem & orationis uarietatem, quam tu inconstantiam appellas, agnoscas: & quanta ubiq; non solum hoc in uolumine, sed in uniuersis nostris libris comprehendatur. *Et quia ob importunitatem plura dixi quàm* deceret, breuissimè, sed tamen lucidè rem ipsam docebo. Aqua maris uelut in spongia sub terra ubiq; exsudat, quibusdam etiam in locis lata uia procedit. atq; tunc salsa hauritur è puteis, ut ad Salam in agro Placentino, cum tamen plusquã C. M. passuum à mari quoquo uersum distet, & tunc nunq; sponte ascendit, unde nullus fons salsus ex infinitis fermè: si sit, necesse est in decliuiore à mari loco esse. Reliqua tota aqua quæ exsugitur, necessariò percolatur, atq; ideo dulcescit. Trahitur ergo ad superficiẽ à calore solis & pluuia, atq; ibi coactis ob frigiditatem in acumine montis uaporibus fiunt riui, qui fluunt ad humiliorem locum, ex quorum multitudine fluuij. Ascensus ergo perpetuus est, quoniam non solum calore syderum, sed terræ in imo exhalant uapores uelut in distillatorio uase. Materia igitur deesse non potest, ut quæ à mari suppeditetur, exhalationis causa etiam semper adest calor cœlestis, & uiscerum terræ frigiditas, lapidum & aeris in cacumine montium: ergo scaturitio perpetua, id est, ualde diuturna, quia sub sole, ut dici solet, perpetuum nihil. sed uerè nihil in elementari regione. Cum uerò uapores paulo altius attolluntur supra cacumina montium, fiunt nebulæ, inde pluuia. Hec autem duplici modo, uel ob uaporis abundantiam, & tunc etiam crescunt flumina: uel ob caloris uehementiam, & tunc tanto plus decrescunt flumina, quanto pluuiæ augentur. Ideo cum siccãtur fluuij, magnos imbres expectare oportet, quod & ratione efficientis causæ & materiæ conuenit & finis. Ita sapientissimè Deus hæc disposuit. Videas ergo in montium uisceribus perpetuum quasi fumum undique: quo cum tenuior pars solũ ascendat, tum quia ex percolata iam aqua dulcissimi fontes prodeunt. Et si omnino salsi ob maris propinquitatem ascendat, ut iuxta maris littus ac in fontib. insularum & promontoriorũ admixta puriore aqua ac dulci salsus sapor obtunditur, uelut & in pluuia aqua ob eandem causam licet non desit latet. In terra uerò non tam facilè oriuntur. fontes ni uel deriuentur, uel lapides propè sint, quoniam uapor non adeò cogitur. Ita rectè ergo diximus, supra fontes partem oriri ob maris aquam, partim ob transmutationem. Nec partim intelligẽdum est ad aquã referẽdo, cum sit uniusmodi generatio eius, sed ad causas generationis aquæ. In uerticib. ergo altissimorum montium (non compressa redundat, ut ipse adeò ineptè putat, nã nec perpetua nec diuturna esse posset) & in paruis insulis aqua dulcissima ac limpidissima perennisq; scaturire solet. En uides quomodo ueris principijs omnia experimenta, omnia nostra dicta consentiant: nihil falsum, nihil pugnans, nihil absurdum esse. Ipse aquam perpetuò, & terrã collocat extra locum suum, uim infert naturæ, opificem imprudẽtiæ arguit: & cum omnia hęc illi concesserimus, etiã ortus fontium nullam ueram causam afferre potest,

nec

nec mõtus aquarum, sed experimẽto manifestè contradicentẽ. Nunc usq; inauditam doctrinam declarauimus. Post ut hoc quod sensu patet uiderint, inuenient Aristotelem centum in locis dixisse, tractumq; per capillos nõ per uestes solum, cogent ut dixerit, quæ nec somniauit. Tribuere conãtur omnia antiquitati, cum tamẽ ex illo pauca scire possimus, partim quòd noui Græci erant, necdum artes & disciplinæ inuentæ, ipse philosophus tumultuosè hic & inde colligens in unum congessit, non potens afferre iudicium, nec ad ulteriora penetrare, stimulis etiã contradicendi, tum præsentibus occupationib. ob ambitionem impediebatur. Et optima quęq; ex illo in cauerna periere: quæ ad nos preuenere mutilata, corrupta, uix intellecta ob breuitatem & pondus sententiarum, argutumq; contextum, ac quod maius omnibus est ob energiæ & consuetudinis loquendi modum amissum, ut etiam Auerroes docebat in secundo Meteororum. Et tamen uel sic Aristotelem ipsum nõ negauerim rebus naturalibus maximum lumen attulisse ob ingenij peritię ac iudicij præstantiã, omnesq; qui ad hanc usq; ætatem floruerunt, utilitate doctrinæ longè antecelluisse. Vt uerò ad homines, qui ante nos fuerunt, collatus maximus fuit: ita ad eorum quæ in natura sunt arcanorum doctrinam naturalemq; disciplinam minus, & omnino quasi nullus habendus est, cui æstimationi qui non credit, prorsus stultus est. Et qui non perpetuò ante oculos habet, in infinitos ac turpissimos errores decidit. Ego uerò cum Galeno didici non Aristotelis ob læsas sententias, sed ipsam naturam omnium parentem præ oculis mihi statuere. Cui si Aristoteles uel alius quisq; rectè adblandiatur, nemo me ipso libentius adhæret, nemo gratior est in recitando nomine illius, per quem profecerim. Sin aberrare cernam, omitto non accuso. quod etiam facturus fuissem in Aristotele, ni claritas nominis eius illum prætereundo me imperitiæ reum fecisset. Itaq; rogo benigne lector, ex uno, in quo maximè uidebar non posse defendi, & ubi frustra tot calumnię intentatę sunt, omnia reliqua nostra metiaris. Atq; eadem arte & ab eodem artificice conscripta puta.

51 Legendum est id (& si non sit) supple membrum oceani: esse tamẽ mare aliquod quod cum oceano non conueniat. Mare enim paronymũ. omnes lacus à fluminibus fiunt manifestis aut subterraneis.

52 De æstu putat me ut ipsum scribere ubiq; quæ sciam & quę nesciã, sed postquam in possessione dicendi sum, rem de æstu in libris de Rerum uarietate diffusè tractaui, nec soleo nisi magnæ necessitatis causa, & tunc etiam duobus uerbis, quæ alibi dicta sunt repetere, nec incertorum causas assignare, nec in his quæ recito simplici teste, sed contestibus more Iuris cõsultorum fidem adhibeo, subscribente prius ratione. Ita multum, ut mihi uidetur, non more meo, laborat in incertis. Simile est illud iuxtà, Pariam celerrimè: nõ enim causam scire potuit, quoniam etsi post libros de Varietate librum exercitationum edidit, erant tamen iam ut conijcio sub prælo, quando mei editi sunt. Supponit enim falsum solem, quo ad opera in inferioribus

rioribus à Luna non pati, cum & experimentum & ratio & Astrologorum authoritas refragetur. Est enĩ dimetiens lunę quandoq; paulò etiam maior solis dimetiente. De philosophia utinã nõ alia in parte magis balbutiret, pspicua sunt hac in causa quæ sunt certa: quæ nondũ cõperta nobis, pro cõstantib. ubi cõfirmabunt eisdem principijs, uelut in cõmẽtarijs Ptolomęi modum construendarum artium nos ex illo docuimus, & ipsę in magna cõpositione demonstrabuntur. Demiror aũt qui quærat nouã generationem & modũ incremẽti, quẽ ego ipso eodẽ loco declaro. Sed me non iuuat prolixitas, at qui eum sequi uellet, omnia omnib. in locis repetere cogeretur. At nos quantauis diligentia breuitatem sectantes, & minimã partẽ eorum quæ accepimus solũ scribentes, maximã tñ molem librorum cõfecimus, quam legere uix possit homo longę uitę cursu toto.

Hic & duabus sequentibus, ut solet, non assequitur quæ dixerim, & tñ disputat. In LVIJ etiam nugatur & dissimulat se intelligere, quòd sæpe diximus elementa uiuere anima uniuersi, mixta uerò anima naturali. Cæterùm ut ad singula respondeã, in pręcedentib. legit tunc pro tum, cũ in utraq; Germanica impressione sic iaceat. Clarus est sensus, ni stupidus omnino sit aliquis, forsitan fuit error in Gallica? uel ut non potuit interpretari, cum uideret non constare sententiam? uel cõsulere exẽplar aliquod Germanicum? Sed similis sibi est ubiq;. Ita & illud aquæ calidę, ut calidũ à tepido distinguitur, ipse interpretatur ut à frigido distinguitur. Quod uerò adijcit de calore aquę in puteis, sciat id à me declaratum in libello de Aqua & Aethere. Quod ex uigesima quarta sectione problematum adijcitur, ꝓ me facit: quod aũt ex Hippocrate in libro de natura fœtus, ualde est in rẽ. Sententia illius est: Aqua in superficie terræ calidior est æstate quàm hyeme, in profundo contrà. Rationem adducit, quia terra hyeme densatur, & ob id concalescit: argumentum ducit, quod pelles in fasciculum coactæ atque constrictæ uruntur. Hoc nihil est contra declarationem nostrã. Quæ enim in imo terræ adeò profundę sunt, ut frigidiores uideantur æstate q̃ sit aer hyemis, hæ frigidiores sunt æstate quã hyeme: quod de his declaratio nostra non probet, sicut neq; Hippocratis autoritas nostrę declarationi non aduersatur. Sublimiores enim sunt aquę nostrarum regionum q̃ Hippoc. At nos de aquis generaliter, quarũ est usus, quæ æstate etiam ob id salubriores sunt intelligimus. 54 *Probl.2.*

In eãdem incidit foueam, putat me collegisse obiter, & non cognita exactè scripsisse, ideò quãuis uera afferat, quia tñ aliquot planè falsa sunt intermixta, ideò auctionem nõ faciunt. Quod de repetitione obijcit, nónne uidet in secunda editione sublatum? Porrò primam in septem mensib. absoluimus: quid ergo mirum cũ Flacco in tam longo tractu & scribendi celeritate semel obrepsisse somnum. Neq; hoc uitio, si modò uitium est caruere Aristoteles & Galenus. Nullus enim error repetitione leuior est, ut qui etiam nonnunquam utilis sit. 59

Cur in frigidissimis regionibus hernia gulæ nõn adsit, ratio est, 60

P quia

quia aquę illę magis concoctæ sunt: nam ut dixi, solum bituminosum est. cōcoquitur enī duplici modo aqua. In his etiā regionib. uix aqua utunt̄, sed zethum q̄ refrigeret, illis est in usu. In sequentib. usq; ad LXXIJ nihil cō tinetur, sed cum proposuisset omnib. cōtradicere perperam argumentat̄, quæ argumenta produnt uel supinam ignorantiam, uel malignitatem nō uulgarem: uelut illud de scutica sæpius repetitum. Sed hæc fuisse pędagogum docent, quod secus ignotum hominibus esse poterat.

72 Palea nō est candida ut nix. fieri etiam potest ut urat̄, sed difficillime, unde ille ut probaret experimētum in albo, quasi difficillimo ostendebat: nos experti sumus, quod uerū est uix possę accendi.

74 Frigiditas sola priuatio est, nihil ibi nisi calidum, quod lux, caliditas, motus, lumen, propria sint cœlo. Siccitas ibi nō est ut qualitas elementi: in quo Galenus redarguit̄. In sexta diuisione admiratur, quòd calor sit in aqua. quomodo ageret cœlum, si inferiora non reciperent? at receptus calor in aqua est ut lumen in superficie colorati. Ibi notat contradictionem argumentum solum stupidæ illius inscitiæ. A qua non habet calorem per se & ex se, ergo non concepit semina caloris à cœlo? argumentum dignū autore. In septima diuisione aliquid dignū consideratione adducit. Liquida refrigerantur motu, sed eadem rarescunt, & quæ rarescunt calefiunt, igitur refrigerantur & ca[illegible] fiunt. Dico aliud est de motu secundum impulsum, ut dum fluit aqua: non enim rarescit, ideo refrigeratur: at dum excipit lumen, mouetur à partibus non consequens partes, ideo rarescit & in calescit. Clarum est igitur hunc uirum semper labi, eodem lapsus genere, scilicet homonymia. In octaua cum ego loquor de raritate substātiæ, ipse loquitur de raritate compositionis, ubi pumicem & fungum adducit, qua si uelit homines dedocere quæ sciunt, docere quę nesciunt. De aere, de quo esset aliqua difficultas, transit sicco pede. Sed aer quo rarior, eo minus frigidus.

75 In quinta diuisione constanter dico sydera eodē modo esse calidissima, quo sunt splendidissima, Venus, Iupiter & Luna abundantia caloris ut etiam luminis: Canicula abundantia & magnitudine.

76 Admiratur de his uerbis: Cœlum quia nunq; cessat, & potentē ubique habet animā, ideò non fatigari potest. Imò dicit potius, quia non fatigat̄, non cessat. Nónne uidet quòd in mortalibus fuga indigentię est causa facultatis, in immortalib. contra est: essent enim imperfecta talia quæ à prima causa prodeunt, ubi nulla suspicio indigentiæ.


77 In secunda diuisione aberrat toto cœlo. nam non rota sola, sed & omnia quæ mouentur, iam incitata facilius & uelocius mouētur, quia aer primi motus, ut in secundo libro docuimus, adiuuat: alia ob situs mutationē, ut in curribus infixis terræ. Ibidem uides sordidam cōtumeliam absq; ulla causa. De mundo an sit sempiternus, debuit primum quærere quid per mundum intelligā, & librorum illorū editionē expectare. Decreuerā non accusare illū, atq; ita feci, repugno enī, nō oppugno, sed hic cogor ob Dei cultum:

cultum: illū em̄ eundem naturæ & pessimè dicit, ac si quis umbrā soli eandem affirmet. Ita in quibuslibet inconsultus semper fuit. Idem uerò pulcherrimè probat Aristotelis sui authoritate Deus & natura, ergo Deus est natura. Assensus est Pompeius Ciceroni, ergo Pompeius est Cicero.


Pudet me stuporis: ego primū nō affirmo minorē esse diuersitatē co 79
metę ꝙ lunæ. Si cōstaret, nō esset dubiū superiorē eā fore lunę. sydus illud, Dij boni q̄d ad diuersitatē aspectus, quę ratione mathematica pura cōstat.

Quod de Iride scripsimus, seruat phænomema, atq; in hoc postꝙ nō 80
aliud melius succurrebat, maluimus explicare Aristotelē q̄ damnare: haud nescij quod res ipsa pateretur graues difficultates naturales: nam quòd ad mathematica attinet, satisfactum est. Quæ em̄ obijcit ipse, absurda sunt, & non intelligentis. Quod enim dicat uidisse iridem incumbentem arbori, existimo non sanum fuisse. sed quia uerax est, apparuit hoc illi nō prope, sed ꝓcul & ob aspectus errorem. Cæterū approximare irridi ratione dicta omnino est impossibile. Neq; ex transuerso sic inspicere, ut quasi unū latus per aliud, seu è regione uideat: sic. n. sol & oculus & iridis centrū, & iridis latera essent in una recta. De interiore circulo, ubi debet legi exteriore manifestè, cū ordines uicissim mutatos ꝓfitear, & Aristot. ex quo desumpsi dicat, nō pudet criminari? sed uicit Pęana canat. Cæterū ꝙ ego croceum, Aristoteles puniceū uocat, uterq; bene. nā ego plures colorū species ꝙ ille posuit, etiā si librū de colorib. (quē suū nō esse pleriq; existimāt) illi tribuas. Constat etiā de re ipsa, nā iris sola, ut existimo, & cœlū colores retinent impermutabiles. his rursus oporteret adijcere paginā, ne in uerbis caperer, sed facessat cū suis calūnijs, ne pereat gēma charissima. De iridis insessu nō nę in secunda editione uidit, in qua maluimus etiā Aristotelē prętetire, cū nō probaremus ꝙ redarguere. nā neq; ipse affirmat. Porrò in tertia sectiōe adeò admirat̄ rē tā perspicuā? cū in tractatione colorum doceā ferrugineū aliosq; colores sine luce uocari, aliorum puta uiridis atq; niuei, quod parū lucis retineant comparatione: cum iam superius declarauerim omnes colores à luce constitui, illius esse particeps. Ita credo huic nugatori, quod mihi deest illi superabundat: scilicet tempus, nā tam rudē eum esse persuaderi nequeo. Duarum uerò figurarū, quas ponit in nona & decima sectione, quæ in decima est falsa, & cōficit seipsum. Elatius enim sit centrū iridis à finitore, si sol sit in eo, ergo plus medietate iridis uidet. Modò agnoscis perfectè hominem qui decipitur in matemathicis, ubi Aristoteles negat fieri posse paralogismū: quę uerò in nona, non concludit. Et quod uix ex declarationib. Monteregij in librū tabularū primi mobilis magno negocio erui potest, ipse parū in mathematicis exercitatus putat quatuor uerbis declarare, ut erubescā non mediocriter illius causa. Ego tn̄ studiosorū amore hic eā uolo subijcere. Ex xxi problemate Monteregij residuū maximè declinationis par. 66. min. 30. cū altitudine poli in nostra regione par. 44. min. 20. arcū subtensum habēt par. 39 min. 51. ergo ex usu ꝓblematis, quia ab angulo meridiani & eclipticæ detrahi debet, ut relinquat̄ angulus

eclipticę & finitoris, hic angulus est finitoris & meridiani per punctū illū trāseuntis. Habeo igit̄ angulū rectū, & angulū par. 39 min. 51 & maximā latitudinē: ponemus igit̄ ex dictis à Monteregio in quarta de Triangulis



a b partē æquinoctialis & b c meridiani ut uocāt circuli, ut sit par. 23 min. 30 & angulus a rectus & a c finitoris partē: angulum aūt c par. 39 min. 51. ducemus igit̄ sinum lateris b c per sinū cōplementi anguli c & productū diuidemus per 60, & exibit sinus cōplementi anguli a par. 27 min. 30. Sed ex his quæ in duodecimo libro de Rerum uarietate scripta sunt ,pportio sinus a ad sinum b. est ut sinus lateris b c. ad sinū lateteris a c. Ergo sinus lateris a c est par. 26 min. 5, & arcus par. 25 min. 45. ponemus igitur finitorē



a c d b in cuius cētro palā est nos esse & meridianū f g e h. cum igit̄ g e sit par. 26 min. 5 erit f g partiū 33 min. 55, at f e est par. 60 igitur sol erit in eo situ borealior nobis partib. ijsdē, scilicet 26 min. 55. Et cum est in meridie, declinat magis à puncto f. ipso e par. 20 min. 50. Igitur in ascēsu procedit ad meridiē par. 46 min 55, ꝙ facile est uidere in sphera. Ex hoc sequunt̄ quatuor correlaria, primum qđ dum sol est citra ęquinoctialē, nobis in ortu & occasu fiunt umbræ meridianæ. Secundū, quòd dum sol est in tropico Cācri, in ortu & occasu omnib. fermè Europeis fiunt umbrę meridianæ. Tertium qđ licet agnoscere ęquinoctiū certum ex ortu uel occasu solis absq; instrumento, cū parietē ad boreā rectè spectantē primo radio attigerit. Quartū, quòd cum multos uiderim homines impudētes, hoc tñ nullum uidi stultiorē, qui de rebus quas neq; ex cortice uidit, negocium nobis occupatis ad utilissima facit, solis cauillationib. ac sophismatib. tum grāmaticis argutiolis innixus, existimās profunda rerum suis nugis posse metiri, idēq; esse nugari & scire, nosq; ut illū temerè & absq; cōsideratione absq; iudicio scripsisse de quibuscunq; q̄ nobis in mentē uenerint. Ignoscat mihi qđ iratus hęc dico, quia mē adegerit ad perdēdā dimidiā diem in hoc labore, dimittereq; necessaria, cum sufficiat mihi tradidisse omniū rerū principia. nā doctis ego scripsi & ueritatis cultorib. ut possint se exercere uel aliorū doctrina uel nostris exēplis hiccinde sparsis. Tū etiā quòd genus hoc sophistarū, ut & Galenus faciebat, odio plusq; Vatiniano prosequor. Legat rogo totum illud suū opus quæso tā magnū, & uideat quē fructum capere possit cognitionis rerū? Sed solum salsè, acutè, subtiliter, subtilissimè, urbanè, facetè, ironicè contractio ac eiusmodi deliramēta: mirus sui encomiastes, q idē putat forsan profiteri se de subtilitate scribere & subtiliter. Parū per se recipiat & cōsideret uter nostrū ipsi Aristot. quē adeò imitari se ,pfitet̄, similior sit. Ducat tandē exēplū ab hac una tantū re quāti laboris, quātæ subtilitatis, quāti periculi errādi? Et cogitet omnia ea dē arte ab eadē mēte excogitata, & eadē profunditate recōdita atq; celata.

Si uellem adnotare errores, quale illud est amentiæ simile: quadratū

corpus

corpus pusillum ab omni latere circumueniri solis radijs potest. Nã si de fine umbræ loquatr̃, etiã sphęrę cõtingere potest, ꝙ tñ negat: si de cõtactus omnino impossibile. De pyramide etiã inuersa disperea si scit quid dicat, cum existimat totã posse simul illustrari. Ita nec probata prodit, nec tantũ est illi doctrinę ut sciat q̃d dicat. Oporteret. n. pyramidẽ illã habere infinitã penè tenuitatẽ, ut in tertia editione huius libri demonstrauimus.

Prodit stultitiam suam dum dubitationem quam propono ac bene 84
soluo, ipse quasi concedam reprehendit, & malè soluit cum prę oculis solutionem ueram etiam in prima editione haberet.

Quam stultitiam etiam auget, quasi non liceat firmo clauo Heliocaminum affigere. 85

Dioscorides non scribit ex hordeo solo fieri. Si contendat more suo, 86
sit hala Scotorum. Dicit quo humido uiuunt? Centies semina dicto pingui, ergo semper in homonymia uersatur.

Liquescit quod molle redditur, etiã si non omnino fluat. Simile illud 87
dum redit: emphasim uerbi non intelligit, plus est ꝙ̃ si dixissem, cũ redijt, quoniã hoc iunctum est, & liquescere & redire & redijsse declarat: quoniã reditu durũ factum est. Cuprũ, bitumẽ, uitrũ adducit. ducitr̃ cuprum saltẽ, dum liquidum est. Si em̃ nõ facile frangitur & cedit, duci potest: at cuprum non duci potest, non erit uerè durum, scilicet ex tertio genere argumentum declarat, sed non apud eum qui contradicendi studio inebriatus, quæ sunt ante oculos non uidet. Bitumen quis dicat ictui mallei, ut ferrũ uel plumbũ resistere? Vitrum cum duci potest scilicet liquidũ, non frãgitur, non potest duci, & multo minus quàm ulla alia res.

Nõne uidit in secunda editione meã sententiam planè explicatam? 94

Existimabat licere sibi hac in re liberè nugari more solito, quòd non 95
crederet quæ dicta sunt posse declarari, sed fallitur. Terra hæc sic præparata uel erit similis uel deterior uel melior simplici terra? non similis, nã absurdum uidetur, repurgatã mixtã, tum fermentescentẽ easdẽ ad unguẽ retinere uires, neq; deterior. nã tenuior facta & incorrupta attenuare sine calefactione, atq; incidere poterit, putredinemq́; minuere. Ostendit hoc (uocãt balsamum) ꝙ solo uino & oleo in seculũ sepultis cõstat. Itaq; uides hominis arrogantiã cũ insulsa temeritate, cũ etiã incertus esset an expertus forẽ.

Sectione septima. Ea sunt ubiq; non in quacunq; terræ parte, profundiora enim sunt, unde non ego inconstans, sed ipse errat, præsertim cum me ibi declarauerim. 98

Agit egregium rhetorem oues & boues & pecora campi, cum rationes desunt, ad has nugas se conuertit. Ibidẽ de Africæ parte disputat, quę ultra Aequinoctij circulum posita est. ibi qua parte Brasiliã respicit mare, excipit ꝙ est ei à meridie: at Brasilia ipsa quę ab oriẽte mari alluitur gemmarum insulas habet, ob abundantiã earum ita appellatas. Sicut & Melindę regnum, & Azaniæ & Arabia fœlix & Hispana insula: omnes. n. mare ab oriente habẽt, & gẽmarũ & auri & aromatũ sunt feraces. Sic uidet omnia 99

concordare, & adhuc audet hiscere. De Hispania (quod solum obijci potest) negamus auri uel gēmarum uel aromatū posse esse feracē: & hoc si ad supradictas regiones cōferat, argenti potest, ut & Germania. Plinius eam laudauit, quòd seculo illo quo Romani pauperrimi erāt, uisa est diues suo malo prouincia, quòd Italię cōparata aliquid auri gēmarum etiā gigneret. Sed neq; expilata tota prouincia auri copia apparuit, neq; post neq; nūc, neq; in posterū unq; apparebit, donec mutata rerū forma aliā quoq; inire rationē oporteat. Existimat enim hic uir nostras declarationes similes esse suis nugis: nos enim securè & tutò etiā pronunciamus de rebus. Caueat modò lector ne perperā, ut ille dicta nostra intelligat, in quibus falli facilè quisq; potest ob eā quę alias dicta est rationē. Sic & in sensu illorū uerborū (nec ab occiduis radijs) decipit: & ut uideo, profunditatem uerborū non assequitur, sed solum corticē. Quare si tandē sapere tantus natu incipere uult, legat magnā Ptolomei cōpositionē, & solū animaduertat assumptiones: similiter & illius libros de iudicijs, in quibus nos profundissimā rationē assumptionū declarauimus. nā illius exēplo & Euclidis tū Galeni duabus lineis in methodo totam rationem librorū cōdendorū uenati sumus: nec Aristoteles eam nesciuit, nec prętermisit, sed in eo adeò obscura est, ut nunq; ex illis operibus quisq; illā, etiāsi lynceus esset, expiscari possit. Tria enim sunt genera declarādi, rectū mathematicorū, diuisiuū Galeni, & participans seu reflexū, quod est omnib. difficilius Ptolomei. Quamobrē cū in omnib. uno ex his usi simus, neq; uolentes errare potuimus, nisi si qua assumpta essent, quæ uera nō essent. In quo diligenter cauimus, & experimento ipso & cōtestibus & ratione rursus in ipsis assumptis, & q̄ omnib. maius est nihil tanq̄ q̄ sit, sed esse possit, assumēdo. Vt nō dicamus quicq̄ simpliciter, sed quoniā ita est. Hoc enim necessariū & sempiternū, esse aūt fortuitū fallaxq; affirmatio. Mathematica uerò illa figura nihil arguit, nisi insaniā. Sed ne uerbis illum solum dānare uideamur, exponamus id qđ proposuimus (nec ab occiduis radijs, hæc aūt in initio sexti libri) ubi exoriente uapores maris in terrā deferuntur, cōcoqui possunt oriētesole, qui moderato calore sensim cogit & attenuat: inde usq; ad uesperā humor ille cōmixtus tēperatur purgato aere. at si dicas, in Hispania, exempli gratia, uapores è mari delatos uespertina hora cōcoqui posse? ostendimus ex nimio feruore siccitateq; solis occidui exuri terras, nō concoqui humorem. Sed nec à mātutino, cum nondum à sole sint educti. Sol em̄ impellit & aerē & uentos & uapores ante se: non solum eleuat. Vt aūt huius rei duo habeas experimenta clarissima, si terrā uespertina hora, dum sol uiget irrigaueris, arescēt omnes plātæ ob causam dictā. Quòd si id ubi iā sol deciderit agas, matutino demulcente luxuriāt plantæ. Rursus si areā ex occidēte plātarum delicatiorum seras, seruabis: si ex oriente nunq;, qđ occiduū solem excipiant, orientē non uideant. Ita hic egregius uir, quā utilitatem prętet humano generi cum suis sophismatib. intelligitis? q; ineptè interpretetur cognoscitis? Sic & ubi adeò amens est, ut accliuis & decliuis discrimen intelligere

telligere me non putat, pondus sententiæ euertit: ob accliuitatẽ descendit aqua, per decliuitatem descendit. Sed putat nos ut ipsum temerè conscripsisse hos libros. At dignus erat cui nihil responderetur, sed maluimus posteritati consulere.

Puteũ illum, si suo periculo experiret̃, intelligeret quantum intersit inter peripateticũ sophistã clamosumq́ litigatorẽ, ac uerè sapientem, qui res ipsas tractauit, principia nouit, meditatione nõ garrulitate expendit. 100

Hic sepia nostra inuenit ꝙ quærebat, scilicet rẽ ad rauim usq; litigiosam. Quis. n. docuit, in tertia sectione uinũ & aquã per minima misceri, cũ in qualibet parte deprehendatur utrunq; sensu: sensus aũt est certus index sensilium, ut habet̃ octauo Physicorum, ubi negat dari hos motus, qui sentiri nequeant. idemq́ alibi testatur. Vinũ aquæ superfundi debet, ut pars superior uinosior sit, quę hausta petit imũ uentriculi. In sexta decipit̃, oleũ densius est & tenuius, nec parum rore. Elaboratum enim pluribus mensibus multis instrumentis, ros in aere unica nocte. ideo uides hominẽ nesciẽtem prorsus quid garriat. In duodecima putat rursus fieri posse mixtionẽ ueram absq; generatione, nec animaduertit declarationẽ, quæ generaliter cõcludit: experimentũ etiã de linteo, ubi necesse est partes nõ esse uerè mixtas. Simili ruditate uult ab igne fieri posse: semperq́ supponit quod probare deberet, quodq́ falsum est. In tertia decima rursus homonymia decipitur, aut decipere conatur. Aristoteles de mixtione cõmuni loquit̃, nõ de ea de qua nos declarationẽ adduximus: ubi una sola forma corporis. Laborat pręterea in quarta decima sectione in duobus primũ, quòd lapides uiuere affirmẽ, cum ponã in illis formã elementi dominantis: at non in uiuentib. pono eam, sed mixtis, quæ ut dixi, non sunt uerè mixta. nam sic uiuerent, sed per crasim, aut aliter facta. Secundum difficilius est, quomodo cadauer à planta & os in cadauere à carne differat? De metallis nugat̃, nã uiuunt ut dixi. quomodo ergo tot fatuitates struit de plumbo & auro, cũ sint sicut cuniculus & equus? Sic de magnete. at de cadauere dico quòd talia fuerunt uerè mixta: & licet amittant animã, remanent tñ mixta, non tñ animata. & ideo patet, quòd sunt quatuor genera mixtorũ, & sunt omnia terrea uel aquea: quia sunt grauia. operatio. n. facit cognoscere formã. Qđ aũt aliqua sint calida, aliqua frigida falsum est. omnia eñ sunt per se frigida, nisi ab igne, ut calx: potentia tñ ut subijciuntur actioni caloris naturalis, dicuntur humida uel calida uel amara uel detergentia. stultum est aũt credere, quòd sint talia actu: sed ut limus igni expositus. at dicit, Videmus tñ quòd forma ligni est alia à forma calcis: dico quòd nõ nisi passiuè, nullam eñ retinẽt qualitatẽ actiuã, nisi elemẽti, ꝙ declarat̃. At mirũ est tot esse gradus? at magis mirum est in cœlo qđ apud peripateticos est, qualitatis expers esse longè plures. In quintadecima forma generatur uerè, quia materia pręfuit, si æterna fuit? dicimus tñ cõpositum generari septimo primę philosophię, qa nõ fit in materia res, sed ex materia. Sicut sphæra fit ex ære, & non in ære. Et etiã, quia forma si generaretur ex forma, non mixta ma- 101 Cap. 21.

 teriæ

teriæ diceretur forma generari, ergo si ex cōposito fiat cōpositum, generari dicetur? Sed tñ hæ subtilitates, ut pleræq; aliæ, quæ in uerbis constant, parum ad rerum notitiã momenti afferunt. scimus enĩ ut dictum est, qđ sola forma uerè nouiter generat. Ita philosophus magnas errãdi causas dedit. At in augumento alia etiam causa est, forma enĩ quę pręerat, partẽ aliã materiæ occupat, ideò extenditur & augetur. materiã aũt augeri est omnino impossibile, cum non ipsa augeatur, sed alia ipsi superaddat. At dicit, funditur, nõ augetur? lis est in uerbo, satis cõstat materiã nõ augeri, aut ergo nihil augetur, aut forma? In decimaoctaua sectione, negat omne q̃ generatur ab anima generari, q̃a ex aqua fit aer. negamus clarè ex aqua per ignẽ generari aerẽ, sed uaporẽ. Ex uapore fit aer à calore solis, qui species etiã firmioris uitæ generat. Ignis enĩ nihil prorsus generat: quod enĩ generatur, aliquomodo simile est generanti: at nihil simile est igni præter ignẽ, at hic est qualitas substantiã corrũpẽs, nõ naturale ens. Qđ uerò dixerim mixtionẽ omnẽ fieri ab anima, quis dubitat rectè dictum? cũ ita miscere ut forma nulla elementi maneat, ita augeri ut nihil sit qđ nõ augeatur, manifestum sit esse opus diuinum nõ solum animæ. Et lapides suã habẽt animã, suum calorẽ, at nõ sentitur. quid ergo, etiã uiperæ calore naturali carebunt? quia tactu frigidæ uidētur & plantę & pisces. In uniuersum hic nactus extremitate occasionẽ, ubiq; admirat, sed quid faceret si nostrã artẽ medẽdi paruã uideret, uelut illud: Et fluxus q̃ est morbus inanitatis, cuius causa est repletio: diceret, cur nõ distinguis, de quo fluxu dicas, cũ sint plura genera: deinde fluxus nõ id significat qđ existimas, scilicet morbum, nec si est latina dictio. deinde nõ omnis fluxus est ex repletiõe, sed quãdoq; ex imbecillitate, quãdoq; ex prauitate humorũ. Præterea quomodo potest esse morbus, cũ sit actio sola? & etiã si sit inanitas, nõ est ex repletione? si ex inanitate, erit potius symptoma quã morbus? uides quanta occurrãt uolẽti uellicare, sed tñ & latina est oratio, & nihil habet incõgrui aut falsi. Cur ergo nõ carpit Aristotelẽ? qui & ipse cũ breuis sit, multò plures pręfert cõtradictiones. At ille iã receptus est? at tu interpretare nos ex nostris, quoniã nõ ut tibi placeremus, rẽ uoluimus facere infinitã: & res ac experimẽta specta, uidebisq; nostra esse etiã multò ueriora, quia magis specialia. ille enĩ solũ in generalib. præceptis uersatur. Itaq; ut nostra intelligerent, uel ingenio acutiore uel ocio longiore uel maiore ueritatis amore opus erat. Ibidẽ nos arguit inscitiæ de Agalocho. risum mouet his suis ineptijs, qui nõ quanta de illo scripserim, antequam librum suum ederet, uidit.

102 Variari cõtendis formã, ut & arbores fateor: nihilominus ũtcũq; arborẽ cõpresseris, ramos à trunco & radice distinctos uidebis. De auro stultè putat ibi nasci: solũ id rarũ nõ admittit, id nos alias ante ipsum interaudita recẽsuimus, & tñ adijcit si scirẽ. Dubio sine aduectũ alias multis antea sæculis, indicio est paucitas & forma nimis exquisita, tũ puritas. Atq; hæc si uera sunt (nam alibi certum est inueniri) multi enim multa nugantur. In secunda sectione ignorat etiã orientalib. uenas inesse, quibus reddunt uiridiores.

uiridiores. formosis em̃ etiã næui pulchritudinẽ addunt. Qđ de lapidib. uesicę adducit, cõtra ipsum est: quia. n. nõ uiuunt, crustati sunt, ideo nõ crustati sunt q uiuũt. sunt. n. quidã, licet pauci natura tales: nã nec margaritæ uiuunt. In quarta sectiõe prodit imbecillitatẽ suorum principiorũ, nã quę à frigore cõcrescunt, calore mollescunt, nõ cõtrà: nã nec lateres. In quinta, sæpius homo sine culpa occidit, id est, plures homines occidunt. Velut Terentianum illud, Sæpe ex huiusmodi re: id est, ex huiusmodi rebus. figura est, postq̃ repuerascere oportet apud illum. Nõ omnis operatio est ab anima, loquendo de nutrice: nã mundi forsan: neq; em̃ descensus ustio, sed ꝓpria. ignis. n. ita urit ferrum, sicut & lignum, quãtum est ui naturæ suæ. At hoc nõ didicit ab Hippoc. ut etiã Galenus in libris de Elementis testat. Ideo argumẽtum hoc illud torquet, cui respondere perperã nitit, cum experimẽto respõsio sua nõ consentiat. Nec decepit me similitudo uerbi, nã res ex rebus nõ ab autorib. decerpo. quas post modum illis, si per eos licet accõmodem. Sic ergo in animalib. plantis atq; lapidibus ac metallis. In septima sectione, quæ sentit anima in sensum habẽtibus (nam de pisce sermo erat) eadẽ est nutrici: quoniã nullum animal uidemus (si cõtendas etiã in illis has differre) quod sublata sensus facultate nutriatur. Quid ergo uellicat, quod ei ad debilitandam declarationem non prodest?

Nugatur ut solet, nõ. n. est mõs, sed collis erat, ubi lẽnia terra effodiebat, nõ enim ullus lapis. Vnde dum labefactare conat, dicta nostra cõfirmat. Sic in quarta sectione tot errores, quot ut penè dixerim uerba. Sed cui bono? Qđ maximè fastidit, eius ignorantiã ostendit. Nã nihil grauius meo iudicio dictum est eo in libro, quo fit ut illum corticẽ solum & extimum quidem degustasse intelligam. Quòd si nõ admodum longa esset interpretatio & declarationes non paucę includerentur, subnecterem expositionẽ illorum uerborum, quæ uir prodigiosus contẽnit. At non defuturos spero, qui nunc uel saltem admoniti ea interpretari sciant. 103

In Scotia desunt arbores ob uim uentorum, nõ qualitatẽ. extirpant em̃ locis patulis, plura de hoc dixi aliàs, ꝑsentia nõ audita narrãs. De substãtia, Eu bene sit thesauro illi, per quẽ didicimus apud Quintilianũ solidissimã cuiusq; rei partẽ significari? aliter periclitaremur in pędagogio. In secunda sectione, sepia nostra ut fallat fallit, ruditatemq; suam prodit. terra illa non pura est. cum spoliantur à cortice uetustate in fodinis, aut extra illo carent. Si quis uideat decorticatas arbores, cum plerasq; uideat cũ cortice, an arbores cortice carere pronunciabit? At hic uir declarationib. prætermissis semper contradicit: ad eas nihil. at quomodo hic egregius philosophus naturã oblitã sui muneris facit? quã in omnib. operari per instrumẽta poterat animaduertere? saltẽ à nobis toties admonitus, cum uult uermẽ creare, sedem quandam pinguem congerit, atq; ex ea folliculũ, inde ouũ, ita de plantis: at hic nobilis peripateticus parum ut uideo, in naturæ contemplatione, Galeniq; eius admiratoris libris uersatus, imò ne aduertens quidem ad sui Aristotelis, quem tantum extollit, placita ordinem illius 104

lius uniuersum oratione sua ab ea sustulit. In tertia sectione geminata aduersatiua reprehendi ab eo non poterat, qui duplici negatiuâ propositione statim in quarta etiam sensum elocutionis uitiat. At is Græcorũ mos? Græci non sumus, sed latini. Hunc tñ sensum ut alios plerosq; attingere non potuit. Metallica omnia substantia terrea infrigidant primũ, & durius reddunt: quę tñ pinguia sunt, admodum successu tẽporis emolliunt, ut asphaltũ. Erat ne tantũ negocium hoc intelligere? addidi & si sicca, ut longè plura paucis uerbis cõtinere. In illa eñ orationis parte quã transcribit, prima frõte septẽ propositiões cõtinent, è quibus innumeras, imò totã ferme mixtorũ uim in corpora nostra deducere licet. In sexta diuisione me, quòd nesciuerim quid esset alumẽ rochę & liquidũ, adeò turpiter increpat (cũ Vannocius Biringurius, quẽ sæpius adduco, hoc abundè declarauerit, & Matthiolus: defendat uerò res hæc à Brasauolo) ut maledicendi ansam præripis uoluisse uideat. Quid si dicam liquidũ uocatũ, ꝙ dum conficit, metallorũ more liquescat, nõ ut scissile uel rotundũ lapidea forma eruatur? Tamẽ mens mea nunq̃ fuit hęc. Simile illud ꝙ nõ intelligit, ex quinta sectione argentũ subdulce est, iucundiq; saporis. Melioris etiã aurũ: sed nõ præstat. At alibi declaraui quomodo præstet, & libri antea editi erant. De Bitumine & Caphura satis in secũda editione quantũ oportuit dictũ, sed de experimẽtis quę adducunt, nescire se simulat hic uir amuleta nõ semper uires suas ostẽdere, quãdoquidẽ nec q̃ per os assumunt. Experimẽta etiã nõ facta sunt ut decebat, uel ipso teste à canib. etiã ad homines argumẽtũ nõ ualet. Certũ est ꝙ odor eius, ubi diu afficiat hominẽ, sitq; magnus, multũ obest Veneri. de attractione succi nusq; somniaui: festucã trahit ut alat. hæc. n. uiuẽtiũ opera, sed uelut ripæ à torrẽtib. fit eñ quidã æstus. Nõ omnia pinguia trahũt, quia nõ ignea. Aspalathũ adeò santhalo respõdet, & hoc succedẽte desijt, ut ipsummet esse credamus. in Italia arbos fuit parua, nunc cũ in India omnia sint ꝓceriora, & ex India nostrũ aduehat, nihil obesse magnitudinẽ huic sententię dixerim. De spinis manifestũ est, arbores plerasq; magnas, ubi in paruas degenerauerint, spinosas fieri. Species odor, color, usus cõueniunt: cętera nõ discrepãt. Qđ si nõ esse affirmes? nõ litigabo. Causas. n. hic rerũ quę sunt, aut quę esse possunt, ostẽdere decreui. Vtrũ aũt hæc ita sint, nõ cõtendo, cũ quę nõ sunt, & esse possunt alicubi uel aliquãdo erũt: & quę sunt alicubi etiã desunt, aliquãdoq; nõ erũt. Salẽ petrę gẽmã uoco, in Apulia effodit lapidũ aliorũ more, lucidus est & accendit ut ferrum. Sectione sextadecima facit natura aquam, nõ ex absinthio aquam. omnia natura ad generationẽ sui similis prona sunt, non tñ generant: nec sibi simile. Tribuit mihi quòd uelim Vsnen esse anthillidis genus: quod cum non dicã superfluũ esse, existimo si respondeã. Vbi ergo præteribo, sciãt lectores me ea quæ arguit nõ dixisse. In uigesima sectione reprehendit, quod se nõ intelligere fatetur: Duplex calor. Nec meminit calorem actu, ubi ad summum peruenerit ignẽ esse. at hic sursum fertur.

105 Argentũ uiuũ cogit ob contrarium: omne alienũ contrariũ est. Sicca

autem

autem maximè, ideo pro exemplo.

In prima sectiõe charybdis tumultuosa, cõfragosa, periculosa, nescio quid magis demirer? Mercurio si non placet electrũ, tribuatur hydrargirium. In quiuta diuisione uult xiloalen durum appellari, cum aurũ molle esse referam. In sexta sectione, sepia perpetuò dissimulat centies repetita, illam non esse ueram mixtionem, sed solum generatione fieri. In palma absurdus est, & supinam præfert ignorantiã. tres sunt arbores unà uiuentes, ut socij in eadem domo. Sed in hoc fauit natura plantis: & hanc cõiunctionem ille, non animalia admittunt. 106

Candidus colos nullus perspicuus ob nimiam lucem, quod alijs coloribus non contingit. 110

Plinius nõ id dicit, ꝗ ille præstabat. Sic semper miscet quæ nõ nouit. 111

Omnia extra propositum. Loquor ego de actione, ille de instrumẽto: ego historiam quæ sub oculis est affero, ille nugas Democriti. 112

Summæ imperitiæ argumentum, tam claram in fine primę sectionis sententiam interuertere. Hyacinthus ut amuletum prohibet ne fulmẽ occidat, atq; id genere auxilium medicum dici potest. ut de Pazar aduersus uenena, tantæ uerò noxæ resistere miraculo proximum. In secunda sectione quid garriat de rutilo, intelligere non possum: rutilare longe aliud est q̃ rutilum esse. Vergilius arma dixit rutilare, id est splendere cum quodã motu, quod pauci intellexerunt. Sic adamas. 113

Pili crassa, metalla tenui sunt substantia, nullum crassum splendidũ. Quid hoc? De equo alias hoc experimẽtũ docuimus, ꝗ ob nitorẽ, nõ splẽdorẽ accidit. Et si puer nascat̃ biceps, nõ ꝓpter hoc hominũ genus biceps esse dicemus, Giraffam nõ uidit, sunt. n. maculę ferruginęę, nõ purpureæ. 114

Os nõ restituitur, quia durum & termino cõprehensum, lapides in fodinis cũ crescere & multũ & breui spacio certũ sit, q̃d litigat argutiunculis? Nõ. n. eã in fodina habẽt duriciẽ q̃ extra siccati, necq; à tã leui ui agunt̃. 115

De lapidib. cũ hęc scribebã adduxi experimẽta quę me mouerũt. Verùm ut illa quoq; accesserunt quę nunc dicã, haud dubius sum scripsisse uerissima. Anno præterito cũ gemmã illã somniatricẽ ac uigilatricẽ digito uoluptatis causa indidissem, intra biduũ effectũ est ut aquã odire ac metuere uiderer, sic ut biberẽ cũ conatu. bona fortuna euenit ut nõ antea per plures annos necq; morsus essem à cane, necq; canes tractassem: nihilominus cum unde hoc mihi eueniret hæsitarẽ, gẽmæ recordatus, statim eã reposui, & intra dimidiũ horæ aspectũ aquę & potum absq; ulla repugnantia admisi, nec postea ausus sum illã digito imponere. At contra effigies illa Galbæ Imperatoris naturalis nigris lineis in Achate adeo mihi dulces somnos reddidit, ut repuerassisse uidear: tantam autẽ animi tranquillitatem adiecit, ut alius penè factus sim. De prudentia nõ dicam, ne me ipsum laudare uelle quis obijciat, atq; hæc omnia mensiũ quatuor spatio. Quod uerò odij Theologorũ meminerit, illũ satis noui qualis sit, eos nondũ sum expertus, unũ sat scio me hic neminẽ ex his infensũ inuenisse necq; Lutetię: 116

neq; egò quicq̃ feci aut dixi quo illos irritarẽ. Nunc forsan addita quædã ab alio quopiã inter ędendum me non solum inscio, sed planè ubi sciui ęgrè ferente, forsan poterunt illos extimulare: quæ si præuenero, scio ęquos me experturum. Ego enim ab omni calumnia & maledicto tum iurgio natura admodum sum alienus, mitis ac placidus & Musarum alumnus. De ingenio autem q rapidissimũ, felicissimum atq; incomparabile mihi esse ait, si serio dicit, & illi debeo, & mutuum maius accepisse credam: sin secus, hæc magis conueniebant plura de se pollicenti. At cur damnat iudicium, ex quo tanta est orta fœlicitas in artis exercitatione, quanta ulli mortalium unquam? Sed postquàm natura comparatum est ut uelut in effigie unusquisque alium melius quàm semetipsum per speculum agnoscat, sentẽtiæ suę de nostro iudicio non repugno: multoq; minus repugnabo, si eam aliquibus argumentis ostenderit.

122 Quinq; mihi obijcit in hac exercitatione, nec ulla grauior aut uerior accusatio: primũ quòd lapidem in bufonis capite inuentum Chelonitem appellauerim, cum χελώνη dubio procul testudinem significet, id etiam maximi mei stuporis esset argumentum. Existimabam apud Camillum Leonardum legisse, & demirabar satis, nõ tamen inueni: in tertia editione emẽdaueram. sciebam immeritò sic appellari: potius Myoxoniten uel Bathraconiten uel Batraconitem à rana dixerim. nam bufo certè ranæ genus est apud omnes autores. cur ergo nomen addamus speciale, cum apud antiquos plus usui essent nostræ ranæ bufonibus, erant enim pariter omnes inuisæ. Itaq; excidisse quędam talia in nominibus, dum rebus ipsis acrius sum intentus, fallente memoria nõ nominũ imperitia (nam dixissem seu) gratulor mihi: ut melius imperitiam & temeritatem meam accusem, tantũ enim habeo, quantum in singula momenta accipio. Excusaueram hoc in fine libri, & putabã debere satisfacere. Sed ille nimis acer censuræ exactor est. Si tamen tertiam hanc editionem expectasset, pauca ut existimo, in hoc genere ei superfuissent, nam & longè plura in libris de Rerũ uarietate atq; alijs quos castigare nõ potui. Prima mihi fuit cura rerum, inde causarum, post nominum, inde ordinis, ultima ornatus. De echeneide dictum est in libro de Libris proprijs, dum Rondelletius nos accusat: is cum tuis libris editus est, sed Lugduni. De Techolito nónne præter Plinium uis uerbi arridet. nam τήκω significat consumere, liquefacere, mollire, at non propriè συντρίβω uel ἀγνύω, quod est frango. Vicit. In uerbis, ubi Plinium non sequi religio est, relinquit: in rebus ipsis & causis grammaticum, quod prophanum est amplectitur. non enim tam amens sum ut in nominibus accusem Plinium, qui tantò propior fuit florentis latinę lingu ę sæculo, & tunc adhuc scriberet cum pronunciatio tum ipse modus loquendi uigerent, & apud Romanos multa quasi nutu significarent, quę nunc apud nos nullis uerborum circuitibus etiam possunt explicari. Quartum de Epistola puerili mea manuscripta: magnum sibi negocium, qui etiam alijs scriptas epistolas examinet. Doleo quòd non omni modo, ut uelim, sim puer ætate,

ut tanto diutius superessem morum simplicitate, ut Deo placerem animę puritate ac lenitate, plura enim ac meliora possent inscribi. at tu uis ut ob hoc doleam? Demũ obijcis imperitiã Græcę linguæ, scriptaq; in libro de Animi immortalitate cõtemnis & culpas? iam ego neq; Græcas apud te, nec latinas noui literas: nec quicq; in philosophia rectè tradidi? ordinem nullum seruaui? sit ita: quid iam restat, ego Aesopus ero, nihil prorsus sciens atq; hoc proprius certè uero quã uelim, tu illius socius qui omnia sciebat. Hęc pro argumentis illius.

Existimat lapides in renibus esse duros ut extra: fallitur. durescunt, dum prodeunt ut oua, at si qui duri sint (qui pauci sunt) iam facti penè afferunt mortem, nec soluuntur. Et si soluuntur, potius motu quàm medicamento afferuntur. 125

Nugatur suo more, mollicies causa est ut esse possit, quoniam remittat, facultas quod sit. 126

Tergum non est corium. Tergus corium est. In codice meo deest re: in suo adest argumentũ ignorantiæ cum temeritate in ea disciplina, in qua se coripheum facit. 127

Negat nigrum colligere colorẽ. adducit exempla omnia cõtra se, nã & gẽmarij hoc agunt ut pulchriores uideantur gẽmæ. Non ĩn illa à metallo maculã, ut Lydia cos ualent contrahere, atq; ut ita dicam eradere. 128

Eandem in silice rationẽ significari secutus sum, & eadẽ causa, quã in arbusto inferius, dum paucis interiectis de illo loquar diffusè. 129

Nõ nomina, sed genera diuido, & propono. an cæcus an immemor, qui me scribat diuidentem in genera, nominum rationẽ quærat? Alabandicus lapis niger est, qui etiã in uitrum transit picturæ aptus, nã recipit lituras albas. Pręterea reposui in agro Veronẽsi insignes inueniri & Friburgi cum figuris inscriptis? at non est: uincat, satis sit nigrũ esse atq; alabãdico, quem Plinius describit similẽ. at non est. cedo. nomine ergo carebit? Quid autem uetat homines corpora appellare. sic saxa lapides. 130

Herculeus lapis si non depascitur ferrum, seruatur affinitate illius, neque enĩ habet dentes, ita & aer pabulum est homini. transfertur enim etiã ad amorem, studia, animũ, uel Cicerone teste. At ego alimenta dixi. Sunt & alimenta imbrium & uitiorum. 131

Si uerba pręcedẽtia nõ declararẽt, certè ambiguitas esset in sensu. Euocant ambo, attenuat & dissoluit sarcophagus, nã de eo sermo erat. 132

Pro antiqui Romani scribi debuit. Verba Plinij sunt, etiã cæteræ saxo & cote poliuntur. Manifestum est igitur smirim Romanis fuisse ignotum. At ex descriptione uix fieri potest ut fuerit obsidianus lapis. Quamuis ergo smiris Græcis cognitus fuerit, Romanis non fuit. Ergo in ipsis rebus fallitur calumniator, nosq́ue accusat de nomine, quòd manus scribentis uitio excidit, quodq́; apud neminem præter eum animaduersione dignum censetur. 133 *Lib. 17. Cap. 8.*

In secũda editione nutrit adamas, quoniam partes habet dissimiles, 136

è quibus quæ minus ſunt perfectè perficiuntur. Reſoluuntur etiam partes, non ut in nobis ſtatim ob uitæ breuitatem, corporis magnitudinẽ & mollitiẽ, ſed in lapidibus ſenſim præparantur, modò ad perfectionẽ, eſtq́; adoleſcentia lapidum: inde manent dum conſiſtunt, inde fulgor & nitor minuitur eis ſeneſcentibus. longa temporum ſpacia id occulunt in uno eodemq́; lapide, at in pluribus hęc deprehenduntur. Quod ſi id in mollioribus ſubſtantiæ lapidibus & margaritis, quamuis hæc non uiuant, deprehenditur, cur eſt ut in aliis hæſitemus?

137 Me docet, gratias ago. nihil tamen ſimile apud Ariſtotelem. ſed & ille ut nos ſpicilegium exercet, optima uel difficillima proſequens, non omnia. Eſſet enim immenſę eruditionis, qualem Ariſtoteles non habuit: nec ego multo minus. At hunc qui exiſtimat ſe omnia ſcire, cum nil ſciat, quis eximet è ſtultorum genere.

139 Culpat diuiſionem in arborẽ fruticem, ſuffruticẽ herbam. Hic paululum immorandũ. Tripliciter nos arguit: primum de nomine. nã ſuffruticẽ latinũ eſſe negat. Ergo cum fruticẽ ſciã eſſe latinum, ſub prępoſitione addita ut ſuffuror, ſubniger, ſuffodio, ſuffero, non uideo cur latina nõ ſit: nam ſi ſeparata proferantur, nullum uitium erit. non hoc eſt innouare, nõ etymõ. Credo omni carere culpa coniunctionẽ latinarũ uocum, quarum ſenſus etiam aptè iunguntur. Deinde reprehendit ſuffruticis interpretationẽ, quod ſpartum ſuffrutex ſit, & tñ herbarũ excedit magnitudinem. At ego fruticẽ appello qua ratione nunc dicã. Obiicit ẽm tertio non ſic accipi hęc ſignificata ab aliis autorib. Quid ageret ſi ſuffruticis nomen iam in uſu fuiſſet apud latinos? cũ in nouo nomine uult nos teneri nec autoritate nec ratione ulla. at idem eſt ſuffrutex & φρύγανον. Quis docet uox illa apud Græcos potius ſtipulam, ſurculum ſarmentumq́;, ſi de proprietate uerbi agendum eſt, quã uirgultum aut ſuffruticem ſignificat. At Gaza ſic uertit? placuit, non improbo: uſus eſt liberior, declaratio aũt rerum atq; nexus non niſi unus. Teneor ne interpretatione Gazę, etiã ſi malè ille, qui nullius hac in cauſa uoto aſtrictus ſum? At dicet, Quid? Audiat primum cauſam, inde finẽ, tum neceſſitatem. Cauſam quidẽ, quòd qui nomina inuenerunt, è uulgo erant & quaſi fortuito inuenta ſunt. an ergo putas illos prius diuiſiſſe naturã rerum rectè ac diligẽter, ac illis nomina accomodaſſe, quod neq; norunt facere ſapientes? Si igitur ab illis erratũ eſt, an & nos errare decet cum illis? finem uerò rei atque tractationis ut dilucidioris doctrinæ cauſa id fiat, quis culpabit? Et maximè, cum quid intelligi uolumus, declaramus. At his omnibus neceſſitas ipſius rei maior eſt. nam ſi nõ hoc faciamus? nomina uerò recipiamus ſub eiſdem ſignificãtia, ſub quibus à ueteribus accepta ſunt in diuiſione: quædam ſub pluribus diuiſionis membris continebuntur, quædam ſub nullis, ut confuſio maxima ſucceſſura ſit, totaq́; doctrina euertatur. Sin noua nomina ſupponere uoluerimus? barbara omnino ratio noſtra euadet. Sin (ut ipſe exiſtimo uellet) per circuitus uerborum res ipſę oſtendantur, in repetendo ſæpius & pro-

lixitas

lixitas inutilis & obscuritas atq; perplexitas sententię euadet. An ergo res propter uerba relinquere decuit? Quin potius ut in hoc exemplo nominum recta interpretatio pręponenda fuit. Inde liberè prosequi res ipsas, uelut si dicas, plantę aut retinent stipitem aut non: quæ non, herbæ uocentur, quantumuis magnæ sint ut cucurbita. Quæ retinent, si modum herbarum communem non excedant, uocentur suffrutices, si plurimum crescant arbores: quæ medię frutices aut arbusta. Hic quid uides absurdũ aut confusum uel obscurum? Ita ubi opus fuit huiusmodi diuisionibus nullum alium qui satis faceret modum, præter hunc inuenire potuimus. In quo tamen non obiter nos gessimus, sed quatuor seruatis conditionibus, quas ille contradicendi studio cæcus non animaduertit. Nam non nisi in principalibus generationibus diuidendis, maximisq; & latinis sumptis nominibus, atq; ab eo significato minimè abhorrentibus, & proposita illorum explicatione: quas qui seruauerit, tutò id faciat per me licebit. Inde adducit difficultates ex aizoo, saluia, philitide. Caulem hic accipio pro ea parte plantę, ex qua racematim funduntur folia, ut in fœniculo anethoq;: utq; à cauliculo, pediculoúe distinguuntur, quę nemo nescit omnibus fermè herbis etiam philitidi inesse, nescio quomodo neget. Itaque decuit illum paulo accuratius rem tractare, nam quod dicat fastidium me parere, lectores reprehensionibus his non minus tædio afficiuntur. Nam & inconsideratè legit, & peruersè interpretatur, & futilè arguit.

Sic & ille truncus, est stipes detruncatus. truncus intelligitur, cui rami inerant, non stipes, sed minor est ac gracilior. de re constat, hic nomina habent exquisitiora: laudo, nos consuluimus breuitati. Sic & illud plantę quædam urbanæ, id est, quæ cultu gaudent: nam & frumentum est, attamen in agris nascitur, & sponte etiam, sed rarò. Atque hoc discrimen cur non approbat, quod Theophrasti est, Hipponemq; reprehendit. Triticum uix in Scotia prouenit, nam ibi fui. non nego aliqua in parte ob situm aliquid nasci. Acorum & Iridem nemo numerat inter aromata, si non magis cyperum. Denique illud de Pericarpio non animaduertit, fructum putat esse fœtum (uide stuporem hominis) non plantam quæ gignitur. 140

1. de hist. plan. cap. 6. & 3. cap. 1.

De Iacea quomodo cinamomo assimiletur odore nõ intelligo. nam si per iaceam uulgarem nostram seu purpuream uiolam intelligit, ita lupum cum cuniculo poterat comparare, tum maximè quia de radice loquitur. Iaciæ hoc genus quod Latina uox non sit nec Græca, nisi Iaciam pro Ia intelligamus, nullus classicus author agnoscit. Sed ipse sibi habeat, postquam gloriatur de rebus contentiosis. Esse enim radicem quæ cinamomum oleat illi credo: ueridicum enim existimo, sed Dioscoridi notam nego. Ad rem, semper flos est radice odoratior. hic non dico, sed non semper radix flore. Sic & ille error non tolerandus, cum Charyophillon uult esse florem eum qui ἴνος Græcè uocatur, Theo- 141

Lib. 6. Cap. 6. phrasto & Plinio affirmantibus odore illum carere, cum nôster ob id nomen adeptus sit, quòd oleat suauissimè. Bene sit autem huic uiro, qui dialecticus, sophista, rhetor, philosophus, thelogus, grammaticus, aretalogus, Græcus, pędagogus, mathematicus, deniqꝫ mimus est, quid faciam huic Proteo? qui nouit quid etiam mortui dicturi sint, at tantum abest ut de Leoniceno maledixerim, ut etiam ipsum in Medicinæ encomio laudauerim. De siliquastro sequutus sum Fucsium, non quòd aliud non significet hoc nomen, sed quòd ei cui nomen hoc imponebatur, nullum aliud nomen esset. Splendorem eximium & maximè cum purpureo aut fusco colore, nulli plantę aut fructui inesse, citra ueneni participationem animaduerti, ratioqꝫ id docet, ideo nō temerè dictum, Immaturū acrius, quia minus concoctum. Semper eñ inter eiusdem generis res comparatio fieri debet, aliter efficax argumentum haud præbet, quod ipse minimè obseruat ullibi, unde fallitur. Acria enim humida quædam sunt, & ea maturitate mitescunt ueluti temperatiora.

142 Multa de graui odore nugatur extra propositum. Debuerat uidere quid per grauem odorem intelligam, & nihil ei superfuisset. De colore intelligimus herbarum non lignorum radicū aut fructuum, satisqúe fuit exēmplis ipsis declarasse. nam quæ succum non uiridem progignunt, ut dictæ & chelidonia omnes, uenenosæ qualitatis sunt participes.

143 Inscitiæ nō prima argumenta prodit, dum nec tam claram intelligit declarationem de ligni situ. Cæterùm fallitur in causæ redditione. De uesica neqꝫ scit argumentis respondere, nam terra obruta non ascendit, sed argumento suo se conficit. Ratio autem sua peccat, quia portio aquæ quæ subest pilæ æneæ, non est grauior specie aere, sed leuior, licet pondere possit esse secus. Indicio etiam est quod ubiqꝫ aqua subit leuiora, at aer etiam sub ipsa terra manet, quanto magis sub aqua, quæ leuior est terra, manere deberet.

148 Dicit perire Metamorphosim piperis in hederam, quòd pediculis quibus annectatur piper careat? at oblitus est tantus philosophus sapientiæ naturæ, quæ omnib. serpētibus plantis aliquid addidit, quo possent necti: nam hædera pediculis, uitis & cucurbita capreolis serpunt. Si igitur uerisimilia scribere concessum illi fuisset, capreolorum meminisse debuerat? Sic quòd dicat cubebas esse garyophyllon Plinij, errat. dicit enim ille pipere semen grandius, quod aduehitur odoris gratia. Sed errores suos animaduertere non proposui, sunt enim penè infiniti. Quod de Dioscoride obijcit, iam in tertia editione emendaueram: imperfectus enim sermo non iniquus. Sed hic sui encomiastes ubi didicit sic loqui? Seuera, sapiens, lenis, moderata castigatio. Profectò si aliquis Academicus Italus resciuerit, eum pro pædagogo in comœdia subijciet, etiam suis ipsis uerbis interpositis. neqꝫ enim aliud uel omnium iudicio sapere possunt. Ita fit magno illo fato meo, quod sæpe testatus sum, ut quicunqꝫ nos calumnię cuiuspiam insimulant, in eodem genere ibidē

grauius

grauius longè peccasse deprehendantur.

Purpureum Dioscoridis cęruleum inter colores esse docui, ut à cœli similitudine. Res docet. 150

Fatetur sine cruciatu, Theophrastusquè citatur testis contrariæ sententiæ, ut uideatur non solum me, sed & lectores ipsos despicere & irridere. 152 Lib. 9. Cap. 17.

Sepia nostra confundit. A putrido calore nihil generatur. potest autem pars putrida simul generari, & uelut calida pars in rosa odorem gignit. Et rursus ab eo quod putredine resecatur, ut uermes. In secunda sectione deprehendes uirum peruersè agere, ut etiam in reliquis de eo facias iudicium. Voluit enim uideri ab ipso surrepta, quæ ille à me sustulit. In secunda enim editione quæ ante librum suum triennio fermè excusa est, cum totam historiam ac discrimen inter has plantas planè enarrē, quid potest fieri impudentius? 153

De sparto uideram quantum à genista differret apud Mathiolum, & tamen uera fateor, oblitus eram emendare. In tertia editione, nunc reuocato in memoriam errore, emendaui. ita nullus liber tam malus est quin ex eo aliquid utilitatis ab amatoribus ueritatis subtrahere liceat. Sed ibidem & ipse maiore ignorantiæ & obliuionis lapsu decidit, fato ut dixi calumniatorum meorum non uulgari. Cum enim Pazar lapidem dicat noluisse inter lapides recensere, non meminit tamen illum esse quem in centesima duodecima exercitatione delineauit: seu lapis sit, seu Cerui lachryma.

Nugas agit meras, nisi cum uenarum apertione agit, sunt enim uera & experta & ratione conuenientia. 160

Non est Napellus toxium illud. iam à Taxo distinxeramus in tertia emendatione. 162

Platanos plures uidi Edinburgi, atque duplici miraculo, quòd ubi nullæ fermè sunt arbores, ibi rarissima sit frequens. Et quæ cœlo feruenti & iuxta aquas uiuere solet, quasi transuolauerit, & ad Scythicas regiones peruenerit. Singularis autem forma efficit ne falli potuerim, nam uideas plantam uitiferam aut uitem planè arborem & erectam. Cæterùm quod magis mireris, ne unum quidem arboris genus aliud ibi uidisse me memini: propè autem aliquot prunorum. Nugas Græcorum, quibus credidit Theophrastus, non semel aut raro perperam Theophrasti appellauit. Nam & in CLXX quę accusat, sumpta sunt ex illius autoritate in primo, capite 16. de historia Plantarum, cuius uerba ac sententiam non ego, sed calumniator, dum mea esse putat, irridet. Minutiora de Dracone pretereo. 167

Fruticem non sic intelligo, cum neque cucurbitam: nam à uita, non magnitudine appello. Nec moderari significata absurdum, cum nec ipsi ueteres in eis conueniant. 171

172 Nugas agit. nam neque quod imponit, dixi: neque si dixissem, sufficienter reprobat. Ita me superi ament, ut magis me fatigat perperam accusando, quàm si rectè contradiceret. Illud præterea intolerandum, quod quæ in secunda editione emendata sunt, quæque ut ipse posset arguere, à me didicit: pessimus hic, tanquam extent redarguit, ut qui legant, putent me illius monitu commutasse. ita duplici dolo nos præuertere nititur. nam non uidisse secundam editionem, cum ipse iam consultò, ut intellexit me iterum uelle edere, triennio hunc librum suppresserit, uerisimile omnino non est. Hinc illę impudētis exclamationes, quid acturus esset si errassem? nunc cum adeò exclamet sine errore, indicium est manifestum, me nullibi uel minimo lapsu aberrasse. Sed tamen hic uir profectò est egregiè malus. De Lithospermo accuset prius Plinium quã me, quem tamen adeò collaudat.

173 Licet cauum euadat ex aduerso curuum, at pondus non trahit ad se ut ignis. non contendam rationem meam esse declaratiuam. sed neque ipse sufficienter reprobat. Est autem officium boni accusatoris aut reprobare sufficienter, aut longè uerisimiliorem causam assignare.

176 Plus est humidi in folio persici, quàm in fructu: primum aquei, nam & in fructu dum est aqueus, ut omnes fructus uirescit. Deinde quia hoc concoquitur, in dies illud exhalat, & reponitur aliud eius loco: quòd si non protinus exarescit, & fit folium flauum. uides hominis ruditatem natiuam aut uoluntariam. Nullum est folium plantæ, quod non exceperit quadruplo plus humidi ab initio ad casum quàm ponderet. In secunda sectione euenit id ei quod Auerrois de Mose (sed ei licuit) dicebat.

177 Non minus nugatur in hac: sed de arundine cum careat matrice, non solida est: quanto enim inanior, eo magis caret lachryma, ita comprobat dum reprehendit. De sambuco, quantitate abundat matrice, substantia autem media est. In quinta sectione obijcit nobis lactucam, adiantum, aliasque plantas, & rationem finis, quod non ut in animalibus ad *operationem instituta uideantur, quare nec certo numero? Cur ergo Penthaphyllon & trifolium atque aliæ plures?* Quod ad experimentum, dicimus *rationem numeri in perfectis stare & esse exquisitissimam: in* nonnullis esse circumscriptam, ut in canum gestatione, nec sic solum, sed & præter id quod intra certos numeros in certis etiam numeris sit. qui uariant ob uarietatem specierum in eodem genere. *Sicut uidemus de* caulibus capitatis & brassica & crambe, idem de lactucis atque alijs: terra enim & cœlum non euicta mutant hanc rationem. Rectè plures dixi, non duos: nam in eadem planta plurimum masculorum aut fœminarum aut utrinque sexus uis & substantia inest, quod facilè ex uerbis sequentibus poterat intelligere, at ipse grammaticum purum agit.

Simili ruditate reprehendit ea, de quibus reprehendi meretur, quòd non intellexerit aridum comparatiuè dici, tametsi pingue quæ unicum tantum emittit folium. De stipite litigat pediculus sit magnitudine, essentia stipes est, quod pars principalis sit plantæ. Decet autem in hac tractatione quæ ad essentiam pertinent, præponere casibus. Pingue siccum admiratur: lignum sanctum resinacea omnia siccant, & serò ardent nutriuntq;. Elleboro non sunt plura folia? sit ita. sit unum in plura diuisum, nihil ad declarationem meam. In quinta sectione opponit myrtum & laurum, hæ diuersis locis ac regionibus & quocunq; anni tempore fructum habere possunt, non tamen semper & ubiq; habent. deficiunt ut pleraq; natura cœli & soli. In lauro Alexandrina stat ratio generalis, cui adijcitur ut plerunq; naturæ prouidentia fieri solet alia utilitas ut substernatur & fulciat, sed quod substernitur ei cui substernitur, non est tutelæ, sed alij. folia enim fructibus, non hoc folium huic fructui à natura munimento creatur.

De Tuberibus ea me dicentem inducit, ut ex niuibus scilicet generentur, quæ non dico. Apud nos niues ob collectionem caloris ad eorum faciunt generationem. ubi alibi solum calidius est uel natura uel ob cœlum, non sunt necessariæ. In secunda sectione paululum cogor inuitus immorari. Omitto quod in secunda editione immutata sint uerba illa, quod neque fideliter recitet ipsa primæ editionis: uideamus quid tam absurdum contineant, ut adeò stomachetur? fungi non ardent, quoniam putredo cessat, quæ uia est ad ignem: lauri folia ardent celerrimè, quia præter id quod putridi quippiam continent, sicca etiam sunt: in fungis enim adhuc humidum aqueum continetur, quod eos ardere prohibet. Quæ hic contradictio etiam translatis uerbis fuit? non tamen uelim sic interpretari: secunda enim editio clara est. at hæc interpretatio est uerborum suorum, quæ ille mihi uelim nolimúe tribuit. Hinc tot ineptiæ: nam cum omnia adhuc reprehensione carerent, addidit tamen de suo. Putrida non ardent, quia iam putredo cessat. Vbi hoc in ullo codice meo? at per alia, id est, tubera & fungi putrida exponit. pulchrum expositorem, cum putridorum antea non meminerim. Duos hic lapis molaris, ut honestiore nomine utar, insignes *errores etiam præter absurdam interpretatio*nem admittit: primum quod idem putat esse putrescere & per putredinẽ generari, cum putredo sit solum corruptio, & nulla corruptio est generatio nisi in elementis: sed ex re facta per putredinem tanquam putredine materiam & alimentum subministrante multa generantur, præcipuè uermes. Alterum quod putat putridum esse aliquid quod constet, cum sit solum in motu, sicut & mors. quod enim putrescit, non est putridũ, sicut dicebat Plato rectè de morte, quod neq; ad uiuentes neq; ad mortuos pertineret: ita putridũ nihil est, sed quod putrescit. nunq̃ enim ubi à calore præter naturã euictum est, cessat aut in eodem statu manet: ut neq; quæ ardet. 180

par enim ratio est utrorunque ad unguem. Sic denuò ut canis ad uomitum, ad idem redit. Putrida cum putredo abijt, non ardent. Hoc enim nihil repugnans continet: sicut quæ ardent, cum arserint non amplius urunt, imò est quasi propositio necessaria, quam ipse adeò ut repugnantia continentem admiratur & reprehendit.

Sed tamen neque hoc dixi, neque uerum est, aliam ob rationem scilicet, quod putrida postquam putruerint, pingue humidum flammæ idoneum generant. Quid cur non adhuc in contradictionem me adducit uir rudior boue, qui dum uerba curiosius suoq; peculiari more sectatur, omnem rerum sensum amittit. Ita homo iste dum sibi sapit, nihil sapit. Sed unde illa restis scutica aduersus hominem, à quo nihil mali audiuit, aut accepit? sed sunt ignorantiæ suæ uelamenta contra hominem, qui etsi errasset, non tamen flagris nec suspendio dignus ob id erat. Vitam oportet esse flagitiosam, quæ hæc mereatur? sed sunt animi sui improbissimi & stultissimi indicia: qui cum non intelligat damnat, & tanquam iam damnatis maledicit. Nec hic multum absimilis alteri grammatico uidetur, qui cum Campani expositionem in Euclidis elementa non intelligeret, totas paginas transuersis ductis lineis obliterabat, stultum insuper eum appellans, cum ipse dignus esset uinculis & elleboro.

181 Reprehendit præterea quod Guanabatum aliò transtulerim, nec uidet ipsum, non me ordinem corrumpere. Existimat etiam me reliquisse multa necessaria, cum ostendat ex hoc finem propositum libri nostri omnino ignorare. is erat ut rationes rerum omnium, quantum fieri posset, explicarem, exemplis singulis tantum in unoquoq; genere propositis. Neque enim uel saltem nunc duo maximi libri Italica lingua scripti, Indicarũ rerum desunt: & tunc primum Hispanicæ nauigationes (quam linguam fermè ut Italicam teneo) nec tamen in tertia editione aliquid ex his sum additurus: tum quia oculatam fidem non aliorum qui uiderint testimonia reposco, tum quia sunt propemodum infinita. Quid hoc esset aliud quàm bene scripta ab alijs, malè in meos libros & ineptè transtulisse? Quærimus noua rerum genera, ut ex his subtiliores rationes inueniamus. Similiter & illud in descriptione Mamei non animaduertit, ferrugineum colorem eundem esse, qui & ruber ab eo appellatur: non solum quòd ego aliam testatus sim uelle me claritatis causa sequi rationem nominandorum colorum (quod & pręstiti diffusius à rerum similitudine illos appellans) sed quòd ferrugineus à ferreo longè colos alius sit.

In eadem appellat frigidas subtilitates, sicut antea admiratur quomodo his artibus quasi fallacibus, & per obscuritatem solam quæsitis, nomen inuentoris Subtilitatum nón pudeat sustinere? Ista produnt malignitatem animi sui, atque inuidentiam maximam, in quibus neque probat quod obijcit: quòd & si ab eo probaretur, adhuc nihil eorum quę

obijcit

obijcit obtineret. Primum quas ille frigidas uocat subtilitates, tales sunt ut neque ipse intelligere potuerit, nec ego ausus sim explicare: scilicet rationem generalem optimi panis.

Deinde si obscura sunt, quare reprehendit quæ non intelligit? si intelligit, quomodo obscura? Deinde cur maxima pars eorum quæ maioris sunt momenti ab eo intacta est? An aliorum ingenia suo metitur? an in alijs libris nihil est prorsus subtile, sed omnia crassa ut aiunt Minerua ex æquo conscripta sunt? an aliqua sunt quæ prorsus nõ intelligit? Si omnia adeò obtusa sunt, cur tantum laborauit? cur alij, ut dicit, mihi id nomen deferunt? an ipse solus liuidus & qui non intelligere fatetur, alijs omnibus præsertim doctissimis uiris est præferendus? Sed si quæsiui, cur miratur me posse sustinere sine labore, quod cum tot laboribus quæsierim? Verùm fac ut nolim sustinere? quid iam agere possum ne sustineam. Sed uis ut dicam, contingit illi quod pauoni contigisse fert. Pauo aliquando ut in regem ab auibus eligeretur rogauit, dicens se esse pulcherrimam: cui psittacus, ò stulte respondit non pulchritudini, sed fortitudini regnum debetur. Itaq; hic noster calumniator postquàm neque rerum inuentione neque certa narratione nec iudicio tutò præstat, flagitio famam quæsiuit: cumq́ue rebus suis diffideret, maluit eas pessundare, ut alienas deprimeret. uocauitq; communi nomine labores tam suos quàm nostros quisquilias: non queror quòd mea aliquid esse putem, sed quod cum & ipse tam fœdè lapsus sit, alios culpare uelit. Quid est quod in suo opere probari possit? argumentum alienum? oratio barbara? ordo penitus nullus? nulla utilitas, nulla iucunditas, titulus mutuò sumptus? non efficacia probationem, non delectus rerum, mendax historia & rudis crassaq; disceptatio sub subtilitatis nomine. Inde quod omnino omittere debuerat, exemplo nullo tot sui præconia, tot aliorum irrisiones, tot epitheta sapientiæ suæ addidit, ut dispeream nisi sibi ipsi cum releget fastidio futurus sit. Manardum inquit & Plinium inscitiæ accusasti? nam de alijs falsò obijcit. De Plinio tueatur ipse si potest, nam de syderibus loquens hæc habet in secundo, capite octauo: Illa nimio alimento tracti humoris igneam uim abundantia reddunt.

Et ne quis inficiari possit, infrà subdit de Oceano: Sydera ipsa tot & tantę magnitudinis pascens. Cap. 68 Præterea hominem prædiuitem uni fermè intentum operi plus reliquisse errorum, quã dogmatũ ob immensam ambitionẽ. Eundem de summis philosophiæ arcanis iudicia ferentem absq; philosophia, quis ferat audaciam? quis uecordiam non oderit, quis erratorum multitudinem non horreat? At de Manardo odimus, quoniam ipse humanum genus prodere docuit.

Et quanto melliflua esse illius oratio ab imperitis tamen latinæ linguæ existimatur, tanto deterius malum. Derelinquemus Hippocratem, Galenum, Paulum, & hunc grãmaticum absq; ratione sequamur. Quod

si errauit, an non odisse decet etiam patrem humani generis siccarium? at tu non erras? erro sed nolens, ille habebat quos sequeretur, & non erraret. Similis Lyco & Iuliano, qui tam acriter à Galeno reprehenduntur: quamuis errores sui, quales Manardi sunt, hominibus non essent perniciosi. Si inuidia mouerer, cur non potius Brasauolam quàm Manardum iam mortuum accusassem? at uerebaris uiuentem inquiet? at nunc mortuus est, nec accuso quod de humano genere bene meritus sit. non ab illo beneficium accepi, non salutaui, non salutatus, deniq; solo nomine mihi notus est. Itaq; duos hos tãtum & cum eis calumniatorem hunc, ut ueritatis osorem ex tanta turba scriptorum odi. Si non grauiter in rem literariam, in humanum genus peccassent, essent mihi Mœcenates. Non poterat qui plurimũ se Deo debere persuadet, tales uiros, has sepias non odisse. Vera depromat, nona doceat, bene tradita non euertat, illumqúe colemus.

At tu deturbasti ignem è mundo, è numero elementorum exemisti? feci eiusdem ueritatis amore. qui ferat homines in tanta insania uiuere, adeò obcæcari ut credant sub orbe Lunæ tantum ibi ignis esse, quem nec uideamus, nec qui nos calefaciat. ob solam antiquam opinionem quandam falsam à primis philosophis inductam (& ab Aristotele comprobatam) ob id tantum quòd sydera ipsa ignea esse existimarentur. uelut etiam tradit & credit Plinius in secundo, capite quinto, atque ita ex uno errore absurdissimo alium pepererunt, nec primum tamen deleuerunt. Quod uerò dicit appellasse me Gallicum morbum, non satis illum admonere titulus debet in libro de libris proprijs, ubi de Indico morbo inscribuntur libri, atq; hic editus eodem mense quo sua commentaria.

183 Carpit quòd dixerim uiperam, ego & speciem & genus esse putaram. Si non placet legat serpentem. At Cicero etiam homines improbos uiperas appellat.

184 In sectione tertia nihil aliud agit quã ut ruditatem suam atq; stuporẽ detegat, cum nec uim argumenti intelligat, & perperam dictionem illam quæ in proprijssimo significato posita est acceptam putet. Sed non sunt hæc oscitantium, ut ipse sepissimè est. In quarta sectione dixi obseruatum esse (Plinius author est) fieri potest ut quæ uidit ueneno carerent. Sin uenenata alius quispiam expertus fuerit, uel ipse affirmet, decedam: Plinium suum huius rei authorem accuset, & rutam subijciamus. In sexta quamuis proposuissem ea quæ ad me non attinent prætermittere, nõ potui tamen abstinere in tam euidenti errore uersantibus, quin admonerem in quantas difficultates ac tenebras se conijcerent, qui nostris principijs non inhærent. Palam enim est & aquam & piper & lapides refrigerari, quia calor cum sit aduentitius, spontè resoluitur: & ita omnia ex æquo per se refrigerantur, quia frigiditas non est nisi priuatio quædã, ut etiam tenebrę.

186 Vbi non habet quod obijciat ludit. Serpẽtes uolitare uult, anguibus

illis maximis uenenum largitur. Ratio tamen ipsa declaratiua est. sed ipse cæcus est, aut cæcus esse uult.

Auxilium ueneni nouus Priscianus reprobat. Ego apud Celsum di 187
dici auxilium aduersæ ualitudinis. Cætera produnt mores illius, qui quic quid in buccam uenerit effutiat. Quid enim in comparatione specierum, ubi necessitas finis & singularium inter se simile.

Obijcit duo, ouem quę humidior est ariete, cũ ipsa cornibus plerũq; 189
careat, & cerastes aspidesq; multis anguibus non cornutis nec ungulatis perniciosiores. Imò hęc parua extremę siccitatis sunt indicia. In ouib. alia est ratio: quoniam non prodeunt cornua ob humidum abundans, quod non necessaria impedit: necessaria impedire non potest. De anguium ster core nota est omnibus pigmentarijs, quibus quandoq; pro moscho uendere, sed frustra rustici tentant. ego sæpius apud me habui. Et uir hic egregius qui fabulas multas emit & uendit res notissimas, quoniam suo cum cerebro quę non conueniunt irridet.

Intolerabile malum addictum esse hæresi, ut Galenus ait: hic negat 190
fabas cum animalia gignunt nõ putrescere. Putat putredinem unius mo di esse, an ergo ex propagatione genitos uermes illos putat? In quo differt hæc generatio à uermium auellaneorum? nisi quòd humidior est auellanæ quàm fabarum substantia. Quod in secunda sectione ait ex singulis animalibus certa generari, non ita accipiendum est, ut rursus ex sic genitis alia generentur: sed de primis ac propagatione genitis intelligendum est.

Experimenta quæ adducit contra apum generationem, non uidet 191
miser esse contra se. apud Aristotelem enim uermes insectorum ouis sunt imperfectiores. in altero obiere parentes necessario breui, quamuis de patre referat. Ita uir hic specie ad doctrinã, re ad eã destruendã natus est solũ.

Intelligitur de origine multitudineq;: omen de locis insuetis. Addit præterea quid nomine meo. 192

Sepia rursus conturbat non ex putredine, quę cõnumerat generan- 163
tur, sed propagatione quadam, quæ simplicer omnes dolores leuant, quoniam acopa sunt non contraria causæ: sed si id contingat, duplici emo lumento erunt.

In sexta diuisione docui nos debere imitari naturam, quæ minimis 194
maximorum miracula ostendit. Sed hic nodos in scirpo quærit, omnia confundens.

Conatur infringere causam magnitudinis caudæ ueruecum, quòd 199
sues sint humidiores: fateor, sed humido magis concocto, quia in his calor est maior: ideo ueruece humidiores non simpliciter, sed comparatione ad proprium calorem.

Nugatur more solito, in feruidissima æstate iussi in Scotia ut con- 200
quirerent quosdam serpentes, ad medicinam attulerunt, ita obrigebant ut apud nos media hyeme: non solum ob cœli qualitatẽ, quæ quasi tẽperata

erat,

erat, sed ob naturam cœlo ingenitam, non solum ipsis, sed ab initio primis serpentibus. Quæ à Succijs accepit, à ratione sunt aliena: quomodo enim exanguia in frigidis locis efferari poterunt? at forma simile nihil prohibet.

201 Lupum piscem marinum scio. Lupum fluuiatilẽ à moribus luciũ quis poterit appellare? Cæterùm dico nihil quod moueatur in aquis, putrescere quod exedat aqua. ita miser hic ubiq; fallitur suis captiũculis. Possem adducere multa, sed quorsum?

202 Culpat nomen alopecæ. Vide hominis inscitiam intolerabilem, alopeca non in accusatiuo, sed nominatiuo posita est, ab ἀλωπεκίς, quod est catulus uulpis, deriuatur. nam ι in α sæpe ad latinos transit. Quasi catulum uulpis hunc canem non cõposito nomine appellarem. licuisset uulpinum dicere, sed Græci quod sciam non habẽt. at calumniator omnia sibi licere putat, fingit, inuenit quæ non sunt: quæ sunt, prẹterit. Nonne Virgilius illo sapientior lyciscam uocauit, à λύκος nomine diminutiuo, nõ à composito ex cane & lupo, quamuis à cane lycisca oriatur? ita uides uiri temeritatem & stultam de se persuasionem. Sic & in quinta sectione reprehendit quod maximè probari debuerat. Neq; enim dæmonum auxilio id factũ arbitror, sed quiduis potius quã diuino miraculo, qui tam crudeli scænæ fauerit. Ita non uidet uir aduersus omnia bona natus, me eos deterrere, quibus non solum sufficit immania perpetrare, sed etiam immanibus facinoribus dei uoluntatem prætexere. cui pio uoto si quicq; cordis fuisset, totis uiribus etiamsi falsum fuisset suffragari debuerat, nunc etiam ueræ sententiæ aduersatur.

203 Irridet solita sua urbanitate, quod dixerim mores hominum animalium patriorum naturis persæpe declarari. ibi Ligurum totam nationem uah quàm acriter proscindit? Hoc non intellexit id contingere solum, cum uitia in immensum efferuntur. Sic etiam & prodigia & diuinæ ultiones.

204 Ille qui expansis pro erectis manib. ut in secunda editione manifestũ est, animaduertit, cum etiam posset in eadem secunda editione legere dentes illos prẹlongos è superiore mandibula oriri: & cur etiam id necessariũ fuerit, maluit tamen uir hic ut stultitiam suam planè proderet, & fidem omnem à suis libris eximeret, hæc in prima sectione scribere. Illorum maximus error, qui dentes illos è superiore nasci mandibula, atq; deorsum spectare prodiderunt. Nam præter sensus fidem, quæ id falsum esse docet, est subtilitas in duabus rationibus, priorem sumimus ab usu. Tum reliqua plenæ stultitiæ suæ argumenta ac leuitatis: si enim uidit, cur ita scripsit: si non uidit, cur de sensu mentionem fecit? satis est quod acutè in margine adiecit. Vides ergo cuinam ex rebus suis, etiam si uidisse se affirmet, tutò possis adhibere fidem? Hæc est peripateticorum inconsulta temeritas & audacia incredibilis non Aristotelis aut Theophrasti, sed eorum qui aliorum nominibus egregijs in iustissimè sibi sapientiæ famã uindicant. Defende

fende modò hominem à stultitia, à leuitate, à temeritate, à mendacio manifesto, si potes quisquis es, & crimine ab uno disce omnes. Inde me arguit, quòd Plinij stultitiam non reprehenderim, similis Bergomensi cuidam, qui Andreę Griti Venetiarum ducis, ut uocant, insigni maiestate uiri improbabat effigiem, quod hernia gulæ illi deesset, quæ suis inquilinis esset familiaris. non ego horas in refellendo alienas stultitias consumere uolo, nec in concordandis imperitorum uerbis temerè effutitis: sed si quid ad rem spectat pertinetúe, hoc mei muneris esse puto. In secunda sectione non solum inutiliter, sed ineptè nugatur. humana temperatura optima est, sed & compositio necessaria est, quæ in elephanto, quod ad uitam attinet, melior est.

Inde in hac & sequentibus pluribus, ut etiam antea de plantis uagatur, certa incerta nullo ordine, nulla ratione, nullo nexu miscens, estq́ facile uidere ipsum hac in parte sibi uideri regnare, ac ut Itali uocant, Gongolare. Est autem ita gaudio ac lætitia oppleri, ut gurgulio non uideatur posse continere, & maius aliquid quàm gestire. ideo maximè torquetur, quod Plinium damnem, cum eiusdem argumenti libros conscripserit: scilicet multæ tractationis, paucę scientiæ: in multa diuisos, nullibi distinctos: plurima docentes, nihil declarantes: de omnium nominibus, de nullius scientia rei, historiam generalem, à qua tamen fides omnis & certus autor absit. Hæc illum delectant, hoc genus scribendi applaudit. Sed nescio quomodo tot tantaq́ huc trastulerit, quæ si sustulit à libris historiarum rerum naturalium, certè magnum ibi uacuum relicturus est? si repetit, quid absurdius? Sed hæc ad ipsum spectant, cuius iudicio (adeò sibi placet) nihil non rectè se scribere posse putat, quod animo decreuerit. Cæterùm cum sibi tantum placeat, id Ptolomei scire debuit: Qui sibi placet, Dei ira dignus est. Hæc ille tantus uir, cuius ingenio adeò illustri uix aliũ quẽquam comparare audeam, nõ hæc dixisset, si sibi ipse placuisset. Nos, tantum abest ut nobis placeamus, pro his quæ scripsimus, ut etiam irascamur, nostraq́ plus damnemus quàm laudemus: non equidem ob ea quæ ille inaniter obijcit, sed quoniam quodcunq́ scimus, non nostrum est opus, sed Dei. Nostra sunt furta, cędes, doli, ueneficia, rapinæ, & si quis error irrepserit. Quin etiam Virgilius nónne moriens iussit opus illud eximium, quod uniuersa posteritas adeò admiratur, flammis tradi? adeò displicuit illi quod alijs tam gratum fuit. Ita Deus illi ut mihi uelim mentem det, quamuis abundare illa se existimet opto. 207

Sufficit uidisse leones circumagentes collũ, ut intelligamus non esse unum os: sed tamen laudo eam diligentiam, modò quisquam quicquã illi in posterum credere uelit. 208

Irridet rursus, quia non intelligit humidum stercus in animalibus, ac copiosum impedire ne animal bene oleat. Nam si stercus est humidum & multum, totum animal tale esse necesse est, quomodo ergo bene olebit? Propterea in Zibetho solum pars bene olet, imò illius excrementum in 211

Moscho, qm̃ totũ necesse est stercus habere paucũ & siccũ, ideo multũ inter se differunt modi hi odoratorũ animaliũ. Sed hic uir nihil nouit aliud facere quàm cõfundere. In 2 sectione uult esse sudoris strigmentũ, cum è folliculo detrahatur. Diximus aliàs totã historiam. Sed quẽ lapidem non mouet? & tamen quàm absurdè uir hic ostendit cicures fieri etiam mures pro mõstro, sed difficillimè, ut uix unquã tutò tractare possis. omnia carniuora cicurare licet ob causas generaliter dictas. Ad nos ex Hispania aduectos cõstat. non negaui aliunde non aduehi, uelut & nunc oua bombycum, quę tamen originem primam à calidiore cœlo quã sit Hispanicũ sumpserũt, ita de hoc uerisimile est ob rei excellentiam. Inde morum suorum in tertia sectione non oblitus uirus suum euomit.

216 Hic malignitatem suam ita prodit, ut hæsitans relegerim primam editionem, ne fortè in illa deceptus essem. Sed neque ibi erratum. Propositionem uniuersalem doceo, demonstro, indicoq́ qualiter intelligi debeat: hic peruertit sensum, omittit drãtionem & declarationem, inde accusat tam fœdè ac turpiter ut eius uice confundar & erubescam. Quid iam amplius apud hunc sycophantam tutum esse potest? Quid deterius? addit etiam causam quæ me ad errorem adegerit asino dignam. Certè impudentiorem hominem illo nunquam uidisse testor.

218 Tota illa historia de sturione in tertio exemplari emendata erat, quod ea ad libros de Rerũ uarietate translata esset, quos constat ut dixi, ante suas exercitationes esse impressos, ne quid me ab illo surripuisse possit gloriari.

219 Debuerat consulere sequentem editionem liuidus hic, inuenisset (tametsi etiam sine illis uerbis apertè intelligeretur me de motu progressus loqui) hæc uerba: De motu progrediendi loquor, unde illæ tot declamationes hoc uno uerbo sublatæ sunt.

220 Dicit nullas esse causas numeri uel formæ striarũ. Primum ut dixi superius, aut quædã certum habẽt numerum absq́ operatione. Deinde hic è tribus unum recipiat oportet, aut ut naturam inartificiosam faciat aduersus Galenum, Aristotelẽ, omnes sapientes & experimentũ, aut ut meliores reddat rationes, & nos illi libẽter subscribimus: aut quas nos adducimus, optimas esse patiatur? quod cũ liuore ductus nolit facere, eò refugit, manifestè dicens naturã fortuito cõstituisse quęcunq́ nõ sunt operationis gratia. At hunc uirum oportet in libris de Fato exerceri à nobis editis, ne more suo omnia transferam ubiq́, & ex materia unius libri decem faciã garriens inutiliter. Ibi inueniet etiã undas maris apud Deũ numeratas ac mẽsuratas. Sed nõ eo modo uulgari, quem ille solum forsan ut plerique nouit.

221 Reprehendit quòd dixerim monstra plura esse in mari. dicuntur & monstra ob raritatem, quia aliquid monstrent, licet naturæ non noua: & etiam uera monstra ibi sunt ob generationis & uitæ tuendæ facilitatem, uelut in aluo materno.

223 Admonet catulos mãmis raro exẽplo. nam mãmas habet, q̃d plurib. piscib. cõmune est, adeò ut nesciã quid magis in hoc homine demirer. Ob

ĳcit in tertia sectione, quòd uituli marini tanquam rei nouæ atque Indici maris mentionem fecerim. fateor, nõ ego obiter incõperta pro cõpertis, ut ipse facit, in medium attuli. Satis enim cõstat uel ipso amico suo Rondelletio teste, longè aliũ esse oceanicũ uitulũ à mediterraneo, cur ergo suo more debui cõfundere? satis est quod in tertia editiõe tria illius genera inter se distinxi. De uolantib. tutius est testimoniũ meũ, ubi ratione standum sit, quàm suũ. Ita ausim dicere, quod uideã illum in his quæ experimẽto cõprobari possũt, semper decipi in eis. In quinta sectione malui, postquàm delphinũ Aristotelis uidere nõ licet nostris tẽporib. cũ alĳs consentire, atque ita iã locum emendaueramus: nõ ut certi de errore Aristotelis & Plinĳ, quos uix uerisimile est nõ uidisse unquam tam celebre animal, præsertim Aristotelẽ, quẽ DCCC aurea talenta impẽdisse in historię cõdendę de animalib. ministros atque obseruatores accepimus: sed ne quod in alĳs damnamus, pertinaciã scilicet aduersus rationẽ experimẽta, sensuum fidẽ ipsi nos sequeremur. Sed tñ hic uir suum damnat Aristotelem ac Pliniũ, credo nõ nisi fretus alterius grãmatici autoritate, quem non improbo, si modò uera inuenit, quanquam antea à Bellonio de hoc essem admonitus. Sed ille clamat furtum fuisse, litigent modò inter se, satis est ob tam leuem autoritatem illum reliquisse suum Aristotelem, quem adeò mordicus tuebatur aduersus etiam ueritatẽ ipsam, atque simul suum Plinium grammaticus grammaticum in tanta ueneratione. Dixi leuem autoritatem Rondelletĳ non in illius iniuriam: quasi ille homo leuis sit, sed quod in hoc non demonstret, cum non constet quis sit iste delphin. forsan alium piscem pro delphine antiqui habuerũt, qui nunc cum sit rarissimus, est ignotus? Quæ me moueat cõiectura, tam ualida dixi. Cęterùm quòd dicat me confundere pleraque, fatear: nam omnia, ut ipse dicit, nimis est uel ipso teste, qui negat propositiones uniuersales esse fermè unquam ueras: sed & ipse fateatur, quod uerius est, se pleraque euertere.

Ibi etiam ruditatem suam declarat, transiens à generaliore affectu in auibus, quoniam omnes fermè mansuescunt, ad id quod est magis mãsuescere. An putabat me nescire, quod omnib. notũ est, nihil mansuetius esse cane, equo, elephante, quę sunt quadrupedia. Lepus nõ mansuescit, uidi tamen aliquos raròꝫ parum, an non nouit negationem omnem in mortalibus sic debere accipi. 224

Non dixi solum ob cibum litora, ob securitatem gurgites à piscibus coli: sed ob id. Nihilominus nõ adeò nostra tuemur, quin potior sit amor ueritatis. Si omnia sic tractasset, poterat laude dignus uideri, qui non nisi uituperationem adeptus est. Sunt etenim aliæ etiam causę horum, sed quę dixi manifestiores, quas nec ipse reprobat. 225

Nimirum si non & quæ pueri sui faciunt, & ancillæ, in hos retulerit libros. 228

Ad tertiam editionem totum emendaueram, nec ut ipse monet, qui res auditas pro uisis scribit, nobis contingit: sed ob celeritatem scribendi, & occupationes. E passeris pro auium dixi, quòd passeris nuper mentionẽ 230

 fecissem.

fecissem. Quid.n. passeri cum struthio camelo commune nisi in nomine?

231 Cygni parum uolant, maxima ex parte quiescunt in lacubus. omnes aliæ aues naturaliter ut potentiorem & rapacem timent: non tñ omnibus infesta est, neq; semper omnes potest superare: ardea rostro quandoq;, cygnus robore illi facessunt negocium, auiculas spernit. cornices nescio qua ui naturæ, ut aliàs testatus sum, ex uisu in consortiū admittit. Sed quid lubet cum nugatoribus nugari? Eiusmodi enim apud illum sunt infinita.

232 Errorem impressoris auib. pro talib. ascribit mihi. De cygno suauiorē proculdubio & magis sonorā ansere edit uocē. neq; negatio tā facile ꝓferri debet, prǽsertim tot testib. cū testis unus affirmationis centū negātib. etiā apud Iuriscōsultos ni negatio ipsa loco & tēpore coarctet̃ ꝓferri debeat

233 Temeritatis suæ ubiq; notas ꝓdit. Vide q̃ argumēto diuinauit me mergū nō agnoscere. Hoc sanè nihil refert, sed ut cognoscas hominis mores.

235 Neq; hic sensum capit: Diuersæ regiones diuersas alunt minimas aues ut maximas. nec oīs regio oēm admittit magnitudinē aut paruitatem.

236 Existimat institutum meum fuisse in his libris singula admirāda recensere, sed fallitur. Hoc tñ quod de Psittaco refert, id unum tantum est in opere tam magno, quod dignum iudicarim ut posset libro nostro adijci in hac ultima emendatione: tametsi & in hoc fallatur, dicens hoc illi esse cōmune cum crocodilo, quasi solū superius rostrū ut ille moueat: sed decipitur. frequentius enim ac magis inferius.

241 In secunda sectione reddit aliam causam ingluuiei in auibus, sed nō adeò euidentem: quæ tamen potest tolerari. multis cōmodis (hoc enim sapientię fuit artificis) uno auxilio natura sæpe satis facit. Nos non omnes causas, sed principaliores adduximus.

243 Discrimen est, quęnā aues natura mitiores sint, & quæ usu, quod etiā in quadrupedib. uerū est. Carniuoræ natura sunt magis ferę, usu tñ magis mansuescunt, quia neq; natura neq; exēplo terrentur. contrà est de alijs, nā natura mansuetæ sunt, nō adeò tñ mansuescunt, quia timidiores tum natura tum exemplo, cum affines suas occidi uideant.

244 Queritur quòd non in talpæ quęstione uersatus sim. Hoc enim uolebat, ut in eiusmodi tricis inuolueret, utq; haberet quomodocunq; res cederet, in quo suo more nugaret̃ argueretq;: tū maximè, q̃ lucē quęrere cogeremur in tenebris, id est, suis quibusdā peripateticis suppositis: quibus admissis ꝑpetua cōtentio manet, cū nō ueris fundamētis innitant̃. Indicio est tot apud illos nūc magis q̃ antea indefinitæ quæstiones. Inde etiā magis fallit̃, cū existimat nos uoluisse omniū specierū, & quę eis cōtingūt, causas reddere. hoc.n. primū est difficilius q̃ in generib. sicut etiā in singulis rebus, q̃ speciebus. Deinde qm̃ infinitæ sunt propemodū species, oportet etiā scire operationes proprias uniuscuiusq; earum, ut difficultatē in una hominis cōpositione uidere liceat apud Galenū decē & septē libris in eius declaratione cōpositis. Propter hæc historiam elephāti pro exēplo omniū satis diffusè explicauimus, ut si operatio animalis cuiusq; tibi nota fuerit,

possit

possit eadem ratione illa diligentius considerata causa inueniri: sed nõ sit operatio nota, necesse est in causa membrorum animalis constituenda frustra niti. Ridicula uerò est affectatio nominis subtilitatis, atq; inepta omnino enarratio, quam orditur dum sine profunda disquisitione, sine operationum propriarũ cognitione conatur quædã, quibus ipsemet subtilitatis nomen tribuit, docere: quæ adeò inepta sunt, ut facilè quisq; intelligat, ne corticem quidem orationis nostræ penetrasse. Atq; huiusmodi paucula exempla superius tradidimus. Porrò & in illo grauiter fallitur, quod putat totum libri contextum uniformem esse debere, & in quo reluceat subtilitas. In quo primũ decipitur turpiter, cum uerè subtile dicit esse posse, quod non difficilimum: at ille admiratur quæ intelligit. Præterea quod non animaduertit, uelut in corporibus carnem & pinguedinem inter ossa à natura collocari, ita in his nostris libris quædam uelut solida membra subtilitate uiuida constant: quædam quasi pabulum aliorum & imperfecta demulcere possunt lectores, cum tñ profundius quæsita priorib. etiã sint subtiliora & difficiliora: quædam quasi media inter utraq;. At ipse neque in nostris operibus nec Ptolomei nec Aristotelis, quem maximè profitetur exercitatus est. Itaq; nihil mirum, si adeò desipit, ut etiam membra in animalibus obiter facta affirmet, & iam nihil desit ad Epicurum, qui uniuersam sustulit in rebus Dei & naturę prouidentiam. Ex his homo bellus ad inquisitionem usus caudæ uulpis deuenit, ut suis frigidis iocis non iam ne accuset, sed naturam ipsam irrideat. Dixi uerò oportere eum scire operationes animali proprias, qui usum mẽbrorum scire uelit. Quæ ratio etiã militat in lacerta. Hoc ergo solũ nunc dicimus, quoniã talpæ nulla erat ex cauda futura utilitas, & impedimentum attulisset, ideo longam caudã natura non dedit. Sed nec hoc intelligit. impedimentũ est notum, at non præbere utilitatẽ ideo scimus, quia caret, at ipse putat ita nos ratiocinari debere, quia nulli est usui, ideo caret. Qui ego hoc uel ipse scire poteramus, nisi omnino totam uitam talpę exploratam haberemus?

Accusat nos de Gammari & Cancri significato: nónne uidet in secũ 245
da editione emendatum primæ impressionis errorẽ? at non uidi: quid ad me? sui erat muneris: cur tam diu expectauit post secundam editionẽ nostrã suã emittere calumniã, si secunda editio nulli usui fuit, aut futura erat? Deinde negat experimentum q; in gãmaris, ubi ueterẽ testã exuerunt, fermè omnib. lapides illi inueniãtur & maximi. Vnde patet, cum disputet cõtra experimẽtũ, omnino sophisticas esse suas rationes: ut uerisimile sit omnes etiã alias tales esse. Inde progreditur, disputans de nomine ursæ Aristotelis, in quo certamine, scilicet de nominib. & ipsum Rondelletium aliosq; multos uideo periclitari, ductos exemplo eorũ qui Dioscoridẽ interpretãtur, sed perperã: nam non licet, ubi certamẽ hoc uel notitia nulli usui futura est. Quod si aliquas proprietates Aristoteles adijciat, illas quærat in eis, & ex his de nomine dijudicet, nec pariatis disceptationes infinitas nullũ ob commodum: at in medicina necessaria sunt, quoniã usus requirit. Et

aliter hoc scire non possumus, quid sit quod quæritur? Similes hi sunt qui quærunt in Mathematicis quid uoluerit Euclides? nã nõ ut philosophia res autoritate indiget: sed seu dixerit, seu nõ dixerit Euclides, tantũ habemus quantũ ex declaratione concludere licet. Hinc factũ est, ut hic uir ob rem nullius, ut dixi momenti, prodens mores suos, suum quẽ appellarat amicissimum Rondelletium accuset, non hęc ab illo meritũ. Vt ut sit, qualis esset docuit, nam uel in pluribus errauit Rondelletius uel paucis? Si pluribus, damnatur iudicio illius, & qui nihil aliud egit tota uita quàm nomina piscium congerere, qui nihil aliud quàm pisces olet ab amicissimo tanquam imperitus damnat, ut iam ei nihil reliquum sit. Si tantum in his paucis, in quibus hic illum accusat, at nõ præstabat si uel solum illi etiam nomine notus esset, eum admonere priuatim, ut se corrigeret?

246 Quis uidet me hic exultantem? sed non poteram dissimulare, cum Galenus sine cerebro, Aristoteles sine corde neget motum partib. inesse. Cæterùm quod dicat perire diuisionem datam, non animaduertit in entomis sensum etiam non solum motum seruari. In tertia sectione reprehendit, quod portentosa animalia dixerim? nonne portentosum est in lapidibus & sub terra nasci? forma etiam gãmarorum & incessus cancrorũ peculiaris. Sed quid ipse muscerdæ meminit tanquam stercoris muscę, cum sit muris stercus? uellicat quod muscas dixerim alicubi non ingredi: certũ est ita esse. Causæ quas adduximus satis probabiles: commendaretur si ueras attulisset, non negare quod constat, uel sui Plinij testimonio. Quod si quis omnes causas à me enarratas hic ei quam de turri adiecimus sociauerit, intelliget quod fertur de domo illa Venetijs non fuisse fabulam.

248 Est homini simul humidissimum & frigidissimum cerebrum tum multitudine, tum quo magis fieri potuit: non in comparatione, ut credit ad reliqua animalia. ita dupliciter fallitur. nam comparatiuè & de qualitate intelligit. De mollicie etiam aberrat, quia loquimur de ea quæ est cum soliditate, & ita est mollior homo limacibus & marinis pulmonibus. illa cũ sunt potius laxa quàm mollia. De calidissimo quoq; & humidissimo & tenuissima substantia sciat id uerum esse, quoniam cum maximè cõmixta sint elementa, attenuata substantia est, usq; quo fieri possit, atq; ideo ex ea spiritus confertim generantur. Ita cor hominis est calidissimum & siccissimum, quia plus habet elementi terrei exactè concocti, hoc idem tamen propter commixtionem & qualitates obtusas proximum est temperamẽto. Quid plura? est ac si uellem fractam nolam totam denuò conficere, imbutum falsis principijs persuasione de semetipso ampla in atrium ueritatis deducere.

250 Postquam rationibus nec experimentis uincere non potest ad pietatis patrociniũ se refert, quod plures opifices quasi plures Deos posuerim. At non uidet principem aliquem multa habentem sigilla? Et qualis inspiratur animus singulis? Et num differũt seu corpora seu animas dixeris, sed hæc ad ęternitatis arcana remisimus. In quinta sectione musca est propter

ornatum

ornatum, eadem est ad perfectionem: perfectio em̃ ornatus, ut in ędibus. Dixi superius, non omnes causas propositum mihi esse ut explicarem, sed præcipuas, aut si ex his tanq̃ annexæ alię pendeant. Inde nugatur clamosus hic grammaticus.

De cognitione singulorum aberrat, ut dici solet, toto cœlo. optimè enim & longè exquisitius à superis cognoscuntur quã ab hominib. sed nõ eodem modo, neq; sub eisdem rationibus omnibus, sed plerunq; aut semper alijs ijsq; melioribus, ideo nugatur ut solet. 251

Simia & elephas non sunt sagaciora cane uel uulpe, sunt tamen prudentiora, nam & inter homines prudentiores sunt multi rudi minerua. de nomine sagacis si non placet, accipiamus astutum uafrum. Quanq; & Cicero & Festus & alij in eodem quo nos sensu accipiant. Ita hic nouus Priscianus docet nos desipere. impudens uenia. 252

Hominis corpus densissimum esse nõ putat, quia pilosum & sudet: num aues & quadrupedia plumis & pilis frequentioribus obsita sunt? densitas est in substantia, non inter substantiæ partes. Stultum est puerilibus illius obiectionibus respondere, sed tamen ob ineptos uolumus. Puram terram, quæ igne repurgatur, uocamus. nam dum putrescit, dum ossa manent, uidetur plus continere illius elementi. Quis non uidet indignas has obiectiones uel idiotas uiro, nedum philosopho? Solũ id iure dubitatũ, quod tñ experimento uerum esse cõstat, quonã pacto tanto cum pondere homo consistat, tam parũ terræ contineat? Videret enim ut ipse rectè dubitat, totus aqueus esse? ob id ergo dicimus hominem multò plus terrę elaboratę cõtinere, quæ dum putrescit aut uritur, corpus exhalat, ideo hęc pura terra nõ est, sed media inter ignẽ & terrã. ergo non grauis? falleris. in pyrio em̃ puluere est grauitas, & tñ uis ignea superior est. Si hoc modo dubitasset, certè laude dignus esset. At nõ pudet quæcunq; in buccã ueniunt mandare scriptis, & tot ineptijs chartas implere? 253

Hic tanta molit̃ super uerbo Cognoscerentur, cũ non solũ secunda, sed prima editio Nurinbergẽsis habeat cognosceret, quod ipsemet ꝓbat, ut stuporẽ hominis admirari cogar. Inter cognosceret & cognoscerent̃ prę ter notã, necessaria etiã erat interpositio. literæ. n. ut uix credere possim, in Lugdunensi aut Lutetiana erratum. Sed sit ita modo? cui imputandus est error? & cur non sensus ipse rei eum admonuit. Adducit animalia quę fallant: solus homo fallit, illa decipiunt, & naturę impulsu, nõ meditatione? Dicit deinde fallere nõ esse finẽ hominis? est, sed non perfecti. quædã. n. sunt propter finẽ, quædã sunt necessaria, & quædã cõsequentia. hoc est cõsequens & necessarium, non tñ in finis ratione continet̃, sicut finis ciuitatis est unio. Ex hoc tamen necessariò consequuntur lites & discordię. 254

Vera fatetur ipse. nihil. n. inuenire nouit, sed aliena congerere, nos plura inuenimus quã acceperimus. Qđ si omnes aliena corraderent, unde iã incremẽtũ artib. ita hic, ut Cicero ait, ualuit sibi detrahere titulũ immeritũ, ne meritũ alijs reddere cogeret̃. Inde subijcit tot gręca uerba, ut passim: quę 256

quorsum, cum cōuersa habeant. si em̄ nō errarunt interpretes, ad quid pu erilis hæc ostentatio? si errarunt, ubi admones? Licet tribus in casib. greca miscere libris, uel cū latina nō habent, id tā rarò facit, ut uix duobus aut tribus locis è plusq̃ bis millib. grecis autoritatib. citatis, ut existimare quisq̃ possit eum nec illius linguæ peritiam ullā habere. nā quis nesciat uel simplici opera anagnostæ, quę latinæ legunt transcribere, ex codice greco ei respondēte? Vel ubi lis est in lectione uel dictione uel sensu, quomodo nos in cōtradicentib. id facere sępius coacti sumus q̃ uoluimus. hic nulla apparet lis. Vel cū res adeò grauis est, ut uereamur ne qs interpretatione maiorē emphasim addiderit, qua ratione in libello de Animi immortalitate etiā id facere necessariū fuit. Cęterū in alijs si qs faciat, inepta ac puerili ambitione id fecisse haud dubiū est. Attamē dices, Fucsius fecit in suis Paradoxis, & tu in libris de sapiētia? Sed utriusq̃ inuētū est, & tn̄ uterq̃ reprehēsione dignus est. Ego etiā reprehēsus, & meritò. si cōtingat denuò edere, intelligēt homines q̄ in plerisq̃ alijs in qbus occasio talis contigit, malle me iustè cedere, q̃ iniustè reniti. Vterq̃ etiā nostrū ab hac inepta ostētatiōe abstinuit. at nostra sepia dū alij in senio sapere incipiūt, ipsa desipere occipit.

259 Hic suo more nugat̄ nihil ad ꝓpositū, sed quęcūq̃ legit uel audiuit, etiā ab aniculis omnia cōtulit in has exercitationes. Si Hebrea cōposita & pfecta est, qd plus habet? nū negat p̄ter diuersa nominū significata diuersos ꝓnunciādi modos esse, atq̃ tales ut unius uerba ab alio ꝓnūciari nequeāt. q̄ de cōnexiōe adducit, nō sunt uera, aut nō primę causę: sed usus primū in de linguę lenitas. Latina. n. ut plurimū in fine accētū graue hēt, rotūdatq̃ extremū dictionis. Quę aūt de maternę Italicę cōpositione dicit, nescio an

260 somniauerit. Ridicula est exꝓbatio ambitionis, q ipse nō aliud agat q̄ gloriari hic de antiqtate, saltē testes ut crederemus apposuisset. Ridiculosius q̄ historiā de Cairo (etiā eruditis adijcit) subtilē esse dicat. Quasi ego historiā urbiū, nō causam magnitudinis earū inter exēpla subtilitatis adduxerim.

261 Prohibentur hi à legibus Christiana & Maumethi ut olim à ciuilibus Romani & Carthaginienses. ita uix unq̃ aliquid ad propositum. Constat Gallos tuendæ libertatis causa id quandoq; egisse. Sequutus sum

262 authores, secutus sum morē tabelliorum, q nomē etiā usitatū apponunt.

263 Declamat q̄ dixerim hominē ab hoīe plus differre, q̄ à lupo caprā? Quid hoc est? uel de specie uel de morib. uel de corpore intelligi potest? nō de specie, cū iam sciamus lupū & caprā specie differre, nō hominē ab homine: intelligēdū est ergo uel de corpore uel de morib. atq̃ in utroq̃ uerissimū est. Sed pulchrū erat causam huius inuenire, q̃ alias tradidisse memorię habemus. Inde inter philosophos theologus fit repēte: & ex academia in sacrariū se cōfert, in q̄ ne uel momēto ꝑsistere potest. Rarā hunc uirū Mercurij cōstitutionē habere necesse est. Inde sublata tādē, q̄d sępe in animo habuit, omni rerū naturali ratione, ut q flagitiose uiuūt, cū mors aduētat, omni spe salutis ad id deuenit, quo nō inclyti theologi, sed insana uerba, ut oīa dicat sola Dei uolūtate fieri. Quid ergo ędificat, ut domū habeat, studet ut

sciat,

sciat, serit ut plãtæ oriant͂, uxorẽ duxit ut filios haberet? at omnib. his nõne sufficiebat Dei uoluntas? o merę insaniæ caput, & nugarũ autor, quis tandẽ uel mediocriter eruditus illum ferat? Sed uideat quò contradicendi studium trãstulerit? Quod ad Darienis narrationẽ attinet nouimus, alibiq́ in libris de Rerum uarietate docuimus, uocanturq́ Patagones. at Cęsarianus ille gigas ex his esse nõ poterat, quem Italia anno MDXXXI uidit, cum nondum regio illa innotuisset Cæsari.

Nonne uidet iã de causa ipsa cõstare? & eam conat͂ infringere. Quæ .n. causa facit ut pars una squaleat, altera uiuat & luxuriet, eadẽ tum soli discrimẽ fœcundũ aut sterile faciũt, ut habitus incolarũ etiã ipsi diuersi sint. 264

Species nõ miscentur, uel est principium, cuius oppositum tñ est euidentius in cane, alopeca, mula: uel debet demonstrari. Ita sunt axiomata contentiosorum. Quia tamen nihil ad nos quid refert? 268

Quærit meritò de auiculis, quæ cum breuis uitæ sint, maximè passerib. non tñ corpora earũ inueniunt͂? Respondeo, moriunt͂ omnes hyeme: & inueniunt͂ aliquæ. præueniunt tñ animalia famelica nostrã incuriã. par est etiã in nidis perire. at passerum nidi in foraminib. murorũ inaccessis. 269

Non exteriorum, sed membrorum principalium ratio habenda est. 270

Mirus cõsensus ueritatis. ratio qua ostendit nõ dari aurũ potabile, eadẽ est ad unguẽ cũ ea qua & ego in libro de Aqua & Aethere usus sum, ad declarandũ aurum potabile fieri nõ posse. Porrò liber hic iam diu trãsmissus ad typographũ, nõdum tñ editus est. Similiter despiratione pisciũ licet nõ exquisitè eisdẽ uerbis fermè, tñ ijsdẽ argumentis contra eundẽ Rõdelletium scripsi in libris de Rerum uarietate, editis ante suas exercitationes. Itaq́ si omnia tã fœliciter, nulli posthabẽdus esset suus liber. Sed casu bene inter tot temere scripta, ut cõtra inter multa bene, si quid temerè uidẽtur, sicut illud de q̃ tãta hic de Crabronibus: ubi scarabeis legi debuerat. 272 273

Quid Periãder, Lysander, Alcibides, Demosthenes, Aeschines, Phalaris, Cato maior, Cicero, Hortensius, Salustius, Lucianus? 274

Motus est causa breuitatis uitæ, quies cum sit priuatio, nõ est causa longitudinis eius, sed non impedit eam. Vnus est calor æthereus non elementum sub Luna, sed uis cœlestis motu impressa motu conseruata. Cætera nugæ meræ, ut solet. 275

Pisces maximè mobiles sunt, quia nullo labore prorsus, quia sponte pendent mouentur, & quoniam non tã facilè stant quàm mouentur. indicio sunt qui natant. 278

Reprehendit de Latinitate, quæ nòn sunt in codice ullo, nescio an esset ebrius. 279

Galeni sententia defendi licet ęgrè possit, probari non potest. 280

Saltem Galeni autoritas de liene illum mouisset, postquàm ratio nõ persuasit. Lien rarior est & crassior, caro tenuior & densior. At pulmonis παρέγχυμα concoctu difficilius alia ratione: plus enim distat à natura chymi: lien ergo dupliciter. 281

Hic

283 Hic nugatur, nam declaratio oſtendit eadem eſſe in ſiccis: nam humida cohęrẽt, etiam ſi craſſa ſint. Sed fallitur, quoniam quæ ſpiraculis abundant, rara eſſe credit. De ſuo Thur ſibi reſpondet. De pumice craſſior eſt quàm lapis ex quo factus eſt, etiam plerunq; craſſus, nonne dixi ignem, quod relinquitur, craſſius redditur.

284 Vides adeò illum inſanire, ut etiam res rebus contradicere putet. Strigoſi poſſunt abundare intus humido pingui. Anglorum regio temperatior noſtra, quia minus diſcriminis inter tẽpora, minus frigida hyems, minus calida æſtas. In iuuenta etiam ſolida reſtaurantur, ſed nõ magnis ex defectibus ut uulneribus, à quibus etiam pueri.

285 Calidum pro ſyncero & mundo accipere licuit, ſed huic ranæ ramicum curatrici ne faſtidium pareremus, utq; tandem aliquid in tot conatib. impetraſſe uideatur, ſuſtulimus. *Imitati Columnã cardinalẽ, qui cum fratrẽ nimij ſumptus argueret, tandem ex centum uiginti familiaribus ſociũ precum ſacerdotem tanq; ſuperfluum ė familiæ numero ſuſtulit.*

288 Hic ſuum tandem *(adeò cupidus eſt nos inſectandi)* lancinat Ariſtotelẽ, uir omniũ quos uiderim, cognouerim, audiuerim, maximè incõſtãs. Et quid nugat̃ neſcit. Illud etiã ridiculũ, ꝙ putat nigrum in oui cacumine oſtẽdere roſtri generationẽ, nec animaduertit dum pullus generat̃, roſtrũ ſub ala ſiniſtra latere. Ita uir hic cũ de reb. ipſis agit, illico cadit in foueam.

290 Durum uidet̃ quod fœtus ſubeat formas innumerabiles, tum quia ubi principium & finis id numero terminari poteſt: falſum ut in uiſibilibus ſpeciebus: ſolum uerò ubi tale principium & finis non loco, ſed numero terminatur, tum quia generatio non eſt motus, ſed uarietas illa, eſt mutatio in qualitate: cũ ergo ex ouo iam gemita ſunt cor & iecur tantũ, utrũ erit ouũ & caro ſimul, ergo pars pullus, & pars ouum, & ita duo. Deinde ſi manet forma oui donec fit pullus, erit pullus mortuus calidior uiuente. Fi
e c at ex a termino oui perfecto permanemus uſq; quò perueniat
k b ad b pullus, qui abſoluatur in c idem cum moritur, quia per te non niſi in extremo moritur, perueniat ex e in f. igitur ſit a h æ
f h qualis f g. & e k ęqualis b c. erit tota b h mortuum, ſeu ouum, calidius q; in toto k f pullo uiuẽte. Et propter hoc longè melius
g a Melanthon, q; qui ſic Ariſtotelẽ interpretantur. Nã & accidẽtia declarat, quod generatur non eſſe ꝙ generabit̃, nec id ex quo generat̃.

292 Nunquã exiſtimaſſẽ eum adeò inſanũ eſſe, ut uideo. Hic tanta de Siligine & Baorea præter ꝓpoſitũ, nobis. n. notiſsima eſt, q; ſiliginẽ eſſe putant, qua cõficiunt Germani panẽ, ob tritici ſcilicet defectũ. Vult aũt ſiliginẽ eſſe zeã, hic nõ eſt locus huic diſputationi, ſed in cõmentarijs medicis, dum ꝓfiterer, memini abundè tractaſſe. Vnũ eſt te cõfici tuo argumento: Siligo nõ habet nomẽ græcũ, zea gręcũ eſt, ergo ſiligo nõ eſt zea. Spelta eſt zea, ergo ſpelta nõ eſt ſiligo. Simili ineptia cũ ego omnino nõ affirmem nec negẽ, maizum eſſe ſorgũ diſputat, ac dixiſſem, argumẽtisq; futilibus.

193 Nihil inanius, dũmodò loquat̃, ſat habet. Loca hñt uim, ut linguas &

affectus exposcant. Germanus uix aut unquã maximo cum labore latina latinè proferet? Italus germanica: attamen mentis species eędem. Senties, quisquis es, in itineribus sensim non mixtione, sed deprauatione linguã in linguã degenerare. non tñ unã linguã locus sibi depoposcit. Sed aspera semp erit Germanica, mollis Græca, dura Italica. mores. n. consequuntur.

Simili impudentia contra ueritatem luctatur, uolẽs docere linguarũ sensa posse plenè transponi ex una in aliam. Ipse lucretur omnem meam substantiam, & solum primum carmen Virgilij in maternam linguã carmine reddat. Si non fateatur se esse blateronem, adeò impudentem ut eius causa & communis professionis erubescam. 294

De mutilis similis stupor: natura omnes mali sunt. nihil ꝓhibet philosophia superare naturam. Hoc nanq; Socrates dixit, Galenusq; testatur, tum Theologi, & omnes sapiunt. Sunt autem mali, quia luminariũ alterũ in horum genituris à maleficis superatur.

Vide quomodo cõtractio sit remissio à grauitate, cum in febrib. persæpe extensione sit celeriter. Sed hoc uolui scripsisse ad eos qui peripatetica ista fundamenta adeò mordicus retinent: nam hoc illi hic suo more imponere nolo, tractauimus autem aliàs diligenter. 296

Non aliud facit quã quod declarat, quanto principia nostra peripateticorum quorundam interpretationib. sint meliora, postq̃ nos quatuor uerbis sufficienter ac declaratiuè expressimus, quę ille tot chartis nec potest persuadere. Sed adeò liuore amens est, ut causam non solũ suã prodat, sed quantũ in se est etiã omniũ peripateticorum ne nostræ inuentioni subscribat. Reprehẽdit hęc rana ramicũ curatrix directè, uolens substituere ex aduerso, cũ è regione & nõ sinuose ad oculũ species ferant, quorũ neutrũ generale est auditui uel olfactui. Ecce uides stultitiam cum imperitia. 297

Non minus turpi lapsu hic cadit, quod ei adeò familiare est, ut audeam dicere in toto hoc libro, ubi res aliqua naturalis tractatur, & non nugę ac gerræ uix unq; attigisse scopum, sed ubiq; falsum deprehẽdi. Ecce nõ uidet discrimẽ inter illuminare, q; certè sensim fit atq; progredit, ut nos antea docueramus, ubi de luce & lumine egimus, & unius radij transitũ, qui necessario fit repentè, ut facilè ex eclipsi solis & mathematicè & naturaliter declarari potest. In quarta sectione conat ueras causas tollere, nec habet q; substituat: nã de mortuis, qui eos esse nõ existimãt, tñ & ipsi timent. Deinde si causam haberet manifestã, nõ esset contẽtio inter medicos & philosophos. Ita hic uir ad destruendũ bonas artes solũ natus uidet. Sic in sequẽti sectione tactus etsi destruat, reparat, uisus nõ ita. In septima nõ intelligit tã instrumentũ q̃ facultatẽ cõprehẽdi eo figurę gñre. De simijs neutrũ est, cũ utrũq; adesse uelit. diu. n. odoratu explorãt, quia parũ eo sensu ualẽt: nec argumẽtũ à simia ad hominẽ probat, nisi eandẽ demõstraueris esse cõpositionẽ in utroq;. Canes olfactu quantũ p̃stãt, tñ uisu deficiunt: nã nec ꝓpè agnoscunt dominũ, nisi olfactu experiant. In decima rursus dãnat Aristotelem, ut me accuset. Segmenta illa cum scribebam, nondum omnia mihi 298

compara-

comparaueram, prodibunt Deo uolente emendatiora: sed non ob hoc friuola, sed ob res maioris momenti. Verùm & in commentarijs aliam rationem ex Ptolomeo secuti sumus, siquidem & aliter colorum essentiam, nomina & ordinem constituebamus, cum de eclipsi loqueremur. Cæterùm quæ in undecima sectione adijcit, perfectè uanitatem suam declarant, ut uix credam esse sua. Se grauiorem iudicio, animo uiuidiore? sit ita. ex ore suo tamen quàm deceant intelligis? at corpore robustiore, familia nobiliore quid ad propositum? Simile illud in ccxlvi exercitatione: Canes tui fortuna sua defuncti sunt. hunc dictatorem alterius uitæ (caput sanè noui) oportet esse. Sic simile illud de iudicio est sophismati Entisberi. Ego dico falsum: si enim hæc profert, iudicio non ualet? Sed ignoscendum illi: audio enim Vascones illos, apud quos degit, malos uicinos esse, qui cum illum laudare unquam noluerint, sæpius cogitur præco esse laudum suarũ. Multi enim cum hæc deliramenta legerent, non è dignitate mea putabant esse, ut quicquam illi responderem: at ego maiores buccellas soleo deuorare ueritatis amore.

299 Sæpe dixi maiori stultitia me notari debere, qui tam stultis respondeam obiectionibus: sed tamen uolo, ut intelligant homines quàm leuib. ansis innitatur. Est ubiq; dolor & uoluptas, nõ qualis in Venere, sed qualis scalpendo in scabie, calefaciendo in frigore, titillando, atq; dum sanantur uulnera. Est aliud proprium in genitalibus membris, quod dolorem pro contrario non habet, quia naturæ necesse fuit. nam & in eisdem membris adest tertium genus, scilicet dolor & uoluptas, communia toti corpori: sed quia uoluptas ad irritanda animalia ad Venerem nõ sufficiebat, alia addita est alterius generis dolor, non cum generalis sufficeret. Hæc & alia si sic exposuisset, nec uoluisset sponte desipere, maiorem legentib. uoluptatem, cunctis utilitatem, sibi gloriam comparasset. Ergo simili uanitate dolorẽ dicit non sentiri. nos aliàs docuimus, ex ipsa experientia & conciliatoris autoritate ita sentiri, ut nihil aliud sentiretur. sed nebulo hic quicunq; sit, ubi se in illa quam uocat prima philosophia inuoluit, ut in cœno sus uolutatur, hoc solum nixus ut omnia confunderet, omnia bene inuenta tolleret, suam uanitatem ostenderet. Voluptas & dolor inquit sensio est, sensio nõ sentitur, ubi primum sensionem inuenit latinè latinissimus uir? sed omittamus, uoluptas & dolor sensus sunt: hoc enĩ latinum est, & nulla affectatum cura: quid si quis neget tibi, quod iure negandum? ubi probas quod probare debes? sed ut dicitur, principium petis: quod maximè declarari postulabat, tanquam clarum præsupponis. O amentiam singularem? audaciam intolerandam? pertinaciam fastidiosam? mores'q; qui etiam Iobi patientiam frangerent? nam ego de hac uirtute solebam gloriari, nõ de sapientia uel eruditione alijsq; similibus ut tu. Verũ & hanc mihi deesse Deus me docuit, ut qui paupertatẽ, morbos, calũnias, cõiurationes facilè pertulerim, huius nugę amẽtiaq; ad hęc quæ scio me digna nõ esse, coactum irritarint, male genio natę? At dicet quispiam, cur adeò irasceris?

non

non ob eius calumnias, non ob maledicta, non ob falsas interpretationes, quamuis in omnib. modum excesserint, quamuis nullo exemplo talia in me, in bonas disciplinas molitus sit: quãuis singularis imperitię, amentię, malignitatis argumẽta dederit, sed quòd alieno nomine pueriliter conatus sit pessimo exemplo nobis illudere. Nam si per hos sycophantas licet oppedere probis uiris qui opes, operam, uitam deniq; ipsam pro studijs impenderunt, quonam peiore exemplo immanissimi tyranni uti poterunt, quàm ut per scurras & mimos ludibrio exhibeantur artes & disciplinæ, simul cum ipsis qui eas profitentur uiris? Sed Dij dabunt ut faba hæc in caput suum recudatur. Hocq; ipso libro intelligent homines nihil sanum, nihil dignũ, nihil utile à tam fœda sentina proficisci posse. An existimabat, si his artibus honesta gloria parari posset, Mediolani deesse decem nebulones, quanq; non ex sacra medicina, qui similibus nugis illum possent infamare? Exemplum teterrimum nõ secutus est, sed inuenit impius: ut qd' nunquam alias generosi uiri in manus nephandorum imperitorũ traderentur. Quid hoc est aliud quã quod in Romanis execrant̃ omnes boni uiri, cum homines feris dilaniãdos exponerent? Inde cõquerit̃ sua nõ placere, quæ de causis linguæ latinæ subtilissimè inquit, scripsi, ne quid amentię suæ deesset. Magno certè malo negliguntur à grãmaticis hi libri, cũ nihil professus sit, nihil norit q; grãmaticã. At ipsi contradicunt, dicẽtes odisse grãmaticæ professorem, qui cũ scribat omnes alios scriptores barbarie superauerit. simul illud ut est genus eorum clamosum obstrepentes,

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων

Subdunt se tot illius stultitiæ & temeritatis exempla, ut apud eos qui 300
nondum librum eius uiderint, uerear ne nomen calumniatoris subeã: sed audi uerba illius, Qua inscitia aut negligẽtia M. Tullius ad tot alia significanda usus sit. Irascine ego debeo, si illi in philosophia nõ placeo, cui M. Tullius displicet in latinitate? Multos stultos scripsisse satis noui, quorum etiam uolumina iam per se exoleuerunt, attamen hoc ipso stultiorem neminem uidi. Inde subijcit in decimo Elementorum tractari de numeris, credo neq; Euclidis uelamen, nedum libros uiderit. Hic etiam iudex in dicta causa damnat loquentes de primo cognito: nomen sesquitertiæ proportionis. Culpat quod dixerim quanta possit oculus in duobus illis experimentis, & non docuerim, cur non idem aliqua arte auribus uel naribus aut alijs instrumentis effici potest? Dicam ut illi morem geram: id fit quod oculus syncerè & rectè & ex rectis lineis deprehendit obiectum.

Simili peruersitate iudicij existimat uocem audiri non ex lancea, sed 302
aere dilabente secus lignum, cũ si auri admoueatur, minus sentiatur, tũ etiã stridor ostendit eum decipi. Similiter & in Diesi dimidium hemitonij, q ex his quæ sentiuntur primum harmoniæ coaptari potest. In septima diuisione reprehẽdit, quod Syringam à fistula, chelin & testudinẽ à φόρμιγγα distinxerim. Respondebo q Alexãder Parmenioni. Hic cũ dixisset, si ego

Alexander essem, Darij conditiones acciperem: inquit Alexander, Et ego si Parmeno essem. Similiter ęgrè fert quòd omnia non confuderim, repetens suo more: bellus sanè homo.

303 Corporei sensus tactus & gustus: diuini & incorperei sensus & auditus: medius olfactus. Reuocat autem dubitationē non leuem: nam Plotinus animam sentire, & hominem secundū illā existimat. In tertia diuisio

Bellonij. ne aliorum historias tanq̄ suas quibusdam inuersis recitat. In sexta sectione uide improbā illius insectationē, professus sum non nisi uera scripsisse: ibi aio si uerum est, conqueritur uera non scripsisse me & alieno nomine, & de quo dubitare non licet, cùm ego dubitem & quod falsum nondum esse constat. In septima sectione conatur euertere pulcherrimum inuentū, affirmatq; dum hæc molitur, ut falsis falsa muniat, cerebrum nō indigere peregrina refrigeratione contra Galenū expresè in libro de Vsu respirationis atq; experimentum. Ridiculum deinde cum tribus uerbis sententiā nostram scripturum pollicetur, & tamen totidem fermè subijcit quot ego, sed neq; dimidium sententiæ, quam non intelligebat refert. Tandem adducit buglossum, quod potius pilosum est quàm spinosum, & tamen humidum: aromata sicca, non tamen spinosa. At nō uidet aromata esse sicca, sed non terrea: buglossum uerò in humido crassiore iuxta pilorum substātiā aliquid continere terrei, quod cordi confert. quod si odoratum esset, tāto utilius. Sed uerisimile est esse: tñ sub copia humidi crassioris tegi. nā & hoc in boragine agnoscimus. Ita uir hic ad euertendum omnia bene inuēta solo ductus liuore natus uidetur.

307 Testimonia animi sui depromit, neq; enim malignius quicq̄ excogitari potest. Nugatur uerò in immensum in ea materia, in qua qui eruditi sunt, maximè fuerunt, ut ita dicam, sobrij ac breues. Quin & adulator factus est. atq; immoderatè omnia ne à morib. suis uel ungue lato recederet. Verùm tot inutilibus ac uanis illius disputationibus (etiam si ueræ essent, cum tamen absurdæ sint, rudes & in conditæ) relictis uideamus an in ipsius immortalitatis proposito, quod per se tam dignum, tam utile atque iucundum est, ut neque aniles in hoc argumento fabulas soleam aspernari, quicquam nouum aut laude dignum in mediū attulerit? Vno enim hoc cōmodo si quid præstiterit, ueniam tot delictorum in disciplinis admissorum promeretur. Itaq; cum plures de animorū immortalitate scripserint, neminem constat infœlicius hoc calumniatore scripsisse. Primum enim palàm non solum de hominis anima eas rationes ostendere, sed etiam cęterorum omniū animaliū atq; plantarū concludere. Deinde eas rationes Platonis esse saltē primā ac tertiā: atq; in his quod declarare debuerat maximè, tanquā pro axiomate assumi. Sed quia tertia nos utimur in libris de Arcanis æternitatis, uideamus an forsan recta uia uel saltem in hac incesserit? Ergo inquit, si anima manet, immortalis est: si interit, igitur in nihilum transit, eademq; ratione creabitur. At hoc etiam infirmius est reliquis argumentis, nam idem concludemus de forma lateris & ossis. at recla

mabis.

mabis, formæ hæ simplices nõ sunt, sed ex materia eductę? Vera dicis, sed tamen per se simplex est, & neq; incrementum aut diminutionem suscipit iuxta Aristotelem? Dices, sed ex materia ut prodit, & ut illi annectitur non simplex est, sed ex quatuor elementorum mixtione constat. At in animalibus hæc sufficere negat Aristoteles, & ueritas docet: necesse est enim esse spiritum, cuius forma respondet elemento stellarum. dices ita sit? tanto magis mixta est. Tum ergo & hominis anima similiter ex his prodit? aut igitũ anima scarabei immortalis est, aut anima hominis interit cum illo? Ita egregium hoc suum argumentum eius quod declarare debuerat, contrarium planè ostendit. Post hæc suo more nugatur illius exemplo, qui pellem ursi nondum capti coriario uendere uolebat. cum enim ex eius rationibus de animę immortalitate non constet, quærit quónam pacto Deus nouè animas creare possit? Sed deterius hoc ipso est quod tot tantasq; materias hic miscet, ut etiam si esset qualis esse deberet, non posset illas maximo libro absoluere. Sed si talis esset non tanta misceret, ut nec decimã partẽ concoquere sufficiat. Verũ cum neq; principijs bonis innitatur, nec ipse his qualiacunq; sint cõmodè uti norit, & neq; classica utatur inquirendæ ueritatis ratione, nec rationis structura cõnexa sit ac efficax & turgens, ipsa uerò farrago dissidẽtibus & incõnexis constet, factum est ut nihil tetrius legi possit. Nam nulla ratione sibi ipsi fidens existimansq; se alterum Apollinẽ, quæcunq; illi in buccam uenit, cõscripsit: ut imitatus illud uideatur, qđ de Pythagora discipuli dicebant αὐτὸς ἔφα, ut amentiæ suæ non alias pulchrius specimen dederit q̃ hic cum sibi placet. Verũ neq; illud credatis calorẽ in æstate fieri fato, natura enim constat. Et quanq̃ hic locus non sit huius tractationis, nec æquum suo more omnia omnibus in locis repetere atq; confundere, charitatis tñ causa unũ uerbum dicã, idẽ diuersis modis factũ dicitur? ueluti cerasus oriens è pomi planta per insitionẽ uillici, fato, natura, cõsilio & fortuna oriri dicitũ. fato, ut ad cõplexum omniũ causarũ res comparatur: natura, ut ad surculum qui insertus est ramo pomi: consilio, ut cõparatur ad uillicum qui insitionis autor fuit: fortuna comparatione domini, qui nesciebat uillicum inseruisse. Vnde fortuna nõ est causa, sed modus sciendi aut cognoscendi. Quantũ uerò delinquat ipse ac peripatetici sui, & q̃ uarij sint errandi modi uno exẽplo alio accomodatè satis ut reor declarabo. Aduenit unus ex agro uir simplex ac uerax, sed minimè stultus amicus meus, qui refert se audisse bouem loquentem dicentẽq;, Heu patrię huic. Statim Epicurus dicet hunc uirum esse stultum aut ebrium aut mendacem? iam hic habes genus hominum quoddam sibi sapiens. at alius Platonicus dæmonas confinget. Rursus Theologus ad Deum & culpã nostrã referet. At uerus peripateticus ac prudens conabitũ id ex naturę principijs, minus q̃ poterit, absurdè deducere. Astrologus in astrorũ uim trãsferet ab surdo cõmento, ut astra bouem loquentẽ efficere possint. At si quis ad me hoc deferat, postq̃ cognouero hominis integritatẽ, dicã bos quidẽ naturaliter loqui nõ potuit, quoniã auditionis illius primum capax nõ est, nec

memoriæ orationis, nec instrumēta ad locutionem apta habet, nec sensim eruditus est. Ergo non loquutus omnino est naturaliter, sed fortè nec Dei uolūtate: quid.n. indiget Deus hoc sermone, nōne homines potest admonere absq; peruersione naturaliū legū? Deus etiā æquè afficitur nostris negotiјs atq; rex puerilib. ludis: quis ergo rex est q uelit leges suas mutare ob nostros ludos? Sed neq; dęmonū auxilio, nam iuxta philosophos nō satis primò liquet an dæmones sint: deinde si admittantur, quomodo possunt cū sint incorporei corpus mouere? Et si etiā moueant, nō est instrumentū sermoni aptum. Quod si iuxta Theologos neq; id, nam nō constat unq; in scripturis quantacunq; narrent miracula, unq; iumentū locutū esse, nisi de asina Balaam. Sed hoc ab angelo factū est. Quid tandē non locutus est bos? ille tñ audiuit, ergo sensus est affectus, ut in somno, in ecstasi, in timore ingenti. Illud ergo uel humorū uitio uel causa aliqua naturali inferiore uel cœlesti propria uel generali. Humorū uitio nō, cum constet sibi, cum res sit ordinata scilicet sensus ac uerba: casus aūt nō potest longum ordinē seruare, causam similiter inferiorem excogitare, quę tanto miraculo respondeat difficile est. relinquitᷣ tandē ut sit causa propria uel generalis ex cœlo: si ꝓpria, illi minatᷣ periculū, sed rarò id contingit: si generalis, generale etiā periculum? idq; frequenter euenit. Vides q̃ absoluta sit doctrina quæ ex principiјs nostris ꝓficiscitᷣ. Peripateticorū aūt principia adeò remota sunt à sensilib. ut nisi per prudētissimos uiros tractentᷣ, aut silere cogāt hominē uerecundū, aut impudentē irrisioni etiā plebis exponāt. At cōtrà si in prudentissimū uirum incidāt, magnis cū laborib. quęsitis satis faciunt. Memini.n. cum Puteoli cōflagratio accidisset anno MDXL, quidā discipulus Augustini Niphi Suessani philosophus, cuius nomen nunc è memoria excidit, adeò egregiè de illius causis disseruit, sed non absq; difficillimis disputationib. & interpretationib. quāuis proposito accōmodatis literā tñ extorquentib. ut diceres fuisse necessariā illā conflagrationē, potuisseq; ex Aristotelis libris tanq; propheticis, anteq; facta esset, prædici: adeò scitè ingenioseq; acutè omnia uerba omnesq; philosophi sententias ad propositū deduxit. Et id tñ ut dixi, quanq; à prudentissimo, scientissimo exercitatissimoq; uiro factū esset, maxima tñ cū difficultate factum est. At nostris ex principiјs facilius omnia ac planè declarari possunt. Porrò quæ in uigesimanona sectione denuò repetit, intoleranda sunt, Deum esse naturā. natura est in rebus, ut philosophus ait, & Deus erit in ipsis. Quin q̄ euidentius ibidē naturam uult esse in animatis atq; animā fieri à Deo: anima igitᷣ Deus est. quęcūq;.n. eidē sunt unū, unū & inter se sunt. Anima igitᷣ Deus, quę cū fiat à Deo, Deus à Deo fiet. Porrò quis mēte sanus ferat tot impietates huius hominis? Hoc.n. aliud est q̃ dicere quòd animus meus est substantia equi, dū equū intelligit, aut q̄ mens quępiā animalia illustret. Quę tñ ille ut impia accusat. Sed si ulla esset ei mens, rogo quomodo impia esse possunt? an apud Theologos? an philosophos? nō philosophos, cū nihil sit impium apud philosophos, nisi cum de Dei honore ac anima agitur.

at anima

at anima nostra nihil est nobis maius, nedum ut sit Deus. Sed neq; apud Theologos. quomodo. n. impius erit apud Theologos, qui dicat naturalis ratio ac lumẽ ita de anima sentiret, quia nõ lõgius ꝓspicere potest, theologus tñ diuino lumine ad intus, si non aliter, certè semper meliora ac magis pia sentit. Ita uides calumniatoris impietatẽ inexcusabilẽ. Nec prudentior in aliꝭs inquit in trigesima secunda sectione: medici dicunt priores hecticę species fieri posse corde illæso, ultima oppressum aggressiõe fatiscere. Miser ubi inuenit hecticã uniuersalẽ fieri alibi q̃ in corde cuiuscunq; speciei sit? Si de propria unicuiq; mẽbro loquit̃, etiã tertia potest fieri & in uẽtriculo, & in aliꝭs mẽbris absq; cordis affectu, ni forsan cor ob coctionẽ uitiatã non consensum siccetur. Ita cũ in aliqua scientia propria loquit̃, ostẽdit se nec prima elemẽta illius attigisse. Sed nõ desinit nugari in cõmunib. his locis: ut nõ solũ lectores, sed semetipsum cõfundat. Inde ad maledicta nulla irritatus causa transit. Sed si disceptando se uicisse cõfidit, quid attinet malè dicere, si obtinere desperat, an putat uictoriam rei literariæ maledictis constare? In trigesima tertia sectione, quamuis possem abundè tueri etiam belluas & animã sensus effectricem mortẽ agnoscere, ex exemplo Plinij de Elephantis exhibitis in ludis Gn. Pompeij, tamen ut uerius & dilucidius quod sentio exprimã, homo intellectu mortem cognoscit: sed ui sensus pauet ac timet. Belluæ mortua animalia, præsertim sui generis agnoscunt: ut de delphinis, qui filios suos mortuos deferunt, neà piscibus deuorentur: quid aũt sit mors ignorant. quod abundè superius explicatũ est. In trigesima quarta sectione ait: Intellectus incipit à corpore separari, ergo priuatio est motus? Ergo ad priuationem est motus, sic paulatim morimur, obcęcamur, obsurdescimus, nonnè istæ sunt priuationes? Quis ferat intemperies huius uiri? hac causa sequenti sectioni respondere indignum puto quæ aliquam merebantur responsionem, si obiectiones ab alio quàm hoc calumniatore factæ essent. Atq; id præsertim omittere cõuenit, quod etiam nimis patefecimus quæ obstrusa esse oportuit: irritati ineptiꝭs huius uiri, qui malè interpretatur, peius argumentatur, pessimè concludit. cur tamẽ omnes præuideant discessum suum, id contingit, quoniã cogitationibus uehementioribus a iqui distrahuntur, ut non sentiant minores motus, ut contingit in moletrinis.

Non patiar hunc uirum debacchari aduersus studia bonarũ artium, 309
aduersus cultum Dei. Reprehendit nos, qui dixerimus contemplationem producere iuuentutem. Id primum probo experimento, quo nil securius: philosophi pleriq; octogesimum annum excesserunt. Democritus etiam centesimum, Socrates peremptus est anno septuagesimo, cum nihil adhuc senile ei ess t præter prudentiam: Cato & Varro octuagesimum etiam excesserunt. Aristoteles multis miseriꝭs ac animi molestiꝭs, tamen sexagesimũ excesit: Hippocrates octogesimum: Cicero cum sexagesimum annum excessisset, uiq; peremptus sit, tamen cum moreretur adhuc iuuenilia omnia retinebat, formam, habitum, robur animi, promptitudinẽ, patientiam

ad labores. Idē de his qui in eremo uitā beatam ducebāt, quāuis mille cor-
poris ac uitæ incommodis premerentur: plurimi tamen centesimum an-
num excesserūt, octuagesimum superasse uulgare erat. Erasmus nostra æ-
tate quamuis præter modum laborib. incubuerit, uarijsq́ꝫ uitæ incommo
dis ac animi molestijs pressus, septuagesimum attigit: Marsilius Ficinus
octogesimum. Id uerò etiam ratione constat. nam si animi tristitia uitam
decurtat, & ut ille dicebat, spiritus tristis desiccat ossa: par est postq̄ꝫ contra
riorum contrariæ sunt facultates, securam lætitiam producere uitam & ua
letudinem bonam adiuuare. at contemplatio exhilarat animum, ideo etiā
uitæ auxiliatur. Aristoteles quoqꝫ affirmat in contemplatione uitam esse
simililem dijs, talem igitur par est esse etiam utilem ualetudini. Verùm mul
tum interest inter contemplationem quæ est meditatio eorum quæ sciun-
tur, tum inuentionem rerum nouarum, quæ admodum delectant, & uitā
producunt: & molestiam animi, quæ acquiritur discendo, interpretan-
do, cum difficultate, ut mihi nunc calumniatoris intemperies & absurdas
gerras, quas cum intellexeris nihilo euadas sapientior, & disceptationes
contentiosas, tum scribendi laborem: hæc nanqꝫ fateor de uita & bona ua
letudine subducere. Ob id studiosissimi uel prima iuuenta interiere, ut Io-
annes Mirandula & Longolius: aut cum eò peruenerint, ut quasi absqꝫ la
bore contemplatione frui possint, ualde parum senescunt. Id etiam in no-
bis quilibet uidere potest. Dum in utero essem, matri medicamentum ab-
ortiuum propinatum est. Inde fuga, dum iam paritura esset se subtraxit:
tribus diebus in partus laboribus fuit: ultimò cum caput solum septem,
ut referebat, horis promineret consilio obstretricis, quæ matrem seruan-
dam ducebat, ui extractus sum, atqꝫ mortuo similis. uerū contra morem
uini balneo recreatus sum, suxi lac nutricis prægnantis: primoq́ꝫ mense
peste correptus: inde aqua intercute tandem euasi. Vsqꝫ ad septimum an-
num uarijs ac periculosis morbis conflictatus, octaua demum pro mor-
tuo habitus ac defletus à patre superstes fui. Inde in perenni ac molesta ser
uitute ad annum usqꝫ uigesimum uitam duxi: quo tempore, ut referebāt,
senilem quendam habitum ac faciem pręme ferebam. Dum uerò in liber
tate constitutus etiam contemplationi operam dedi, tantum abfuit ut con
senescere præter ætatem uisus sim, ut nunc multis annis iunior ab omnib.
quibus notus non sum, iudicer. Ita ętate regressus potius q̄ꝫ progressus,
quamuis etiam in perpetuis laboribus ac curarum iustis causis non curis
multis annis uerser. Tantum potest delectatio contemplationis. Et quan-
quā nonnunq̄ꝫ, ut nunc leui pollicis dextri pedis dolore tenear, id contigit
nimia ob studia, dum Papiæ profiterer, & cessationum ab exercitio: quo
etiam malo nunc premor, credo magna ex parte, quod deuorare has nu-
gas, & relinquere dulces atqꝫ utiles medicinę meditationes coactus sum.
Quamuis enim hæc illius deliramenta risum nō raro mihi mouerint, ubi
tamen cogor totum perlegere, incredibile tædium assueto classicorū, aut
saltem iucundorum lectioni pariunt. At hic eius liber duorum quæ Hora

tius

tius iubet poetas præstare, neutrũ præstat: quo fit ut iam intolerabili molestia hos libros examinem. Dij in posterum hanc pestem auertãt. Ceterũ quod ad illum attinet, dicit multum esse imminutum ex natiuo ipsius uigore, perpetuo morbo torqueri, atq; id ego ex tam absurdo instituto coniectabar, nec tamen ob id desinit probos uiros lacessere, impedire, censorẽ aliorum agere, tenebras offundere? q̃ malũ superi? at dices, Tu tamen nõ distinxeras inter contemplationem & labores studiosorũ, ut sic homines tuis consilijs perderentur? minimè. nã prẽstat mori eruditũ, & diuini muneris consciũ, q̃ inertem & erga Deum ingratum, uel mille annis uiuere. Ergo si cui satis integra ualetudine ad contemplationis ianuam peruenire contigerit, & uoluptatem maximam animo, & gratitudinem erga Deum & uitæ incrementa nancíscetur.

Sed & hic culpat quod dicam contracto calore somnum prohiberi, q̃ etiã in secũda sectione cccxiiij exercitationis dixerim somnũ fiere ex quete spirituũ, cum id abundè declarauerim in libro de Animi immortalitate, nec ipse declarationi respõdeat nec ostẽdat oppositũ, sed solũ falsè peripateticorũ sententiæ innitatur, quid est quod nos uexet? 311

Verùm locum, occasionẽ inuenit, quibus suas ineptias diffunderet. Vtinam uera essent quæ diffinit: sępe. n. talia quærere soleo, quæ nõ inuenio apud aliquem. Sed absit ut ab illo accipiã, qui nec ab aliquo ueterum significata hęc accipit, nec ostendit quod ita sit: sed uult suæ simplici narrationi ut dictatori atq; oraculo cuipiã. sic ẽm de semetipso prędicat, nos acquiescere, cum constet passim decipi, & obiter non consulto ueterũ interpretationibus & usui antiquo contradicere. Itaq; libenter in talibus se diffundit, multaq; perperam nugatur. 312

Non sunt offę ori illius accomodatę, omnis qui odit, sperat uel temporis successu uel ab alio, uel à Deo uindictam de inimico uidere. Interim tristitia discruciatur. Et ideo lex nostra rectè consulit ut odia deponamus. Propterea etiam principes nõ facilè odimus, quia spem uindictæ raro aucupari de illis licet. 316

Amorem diuinũ inter animi hos miseros affectus nõ colloco, sed de eo in libris de Aeternitatis arcanis agitur. Tractationes hæ quasi genere distinctæ sunt. In sectione quarta illa non est audacia, cum de speratione salutis aguntur. Ibidem irridet uir ineptus parabolas, priuilegia, ut rem notam abacis triuialibus. Iuro per genium meum postquam tam stupida mendacia effutit, & in CCCXIX exercitatione dicit me conatum reducere Euclidis Theoremata ad pauciora, cum id ab omni ueritate alienum esse omnes intelligant, me existimare etiam si doceretur de his, non percepturum: illud sanè constat eum neq; à limine Geometriam salutasse, sed turpissima temeritate non intellectis non etiam uisis, quæ de circini unica latitudine supposita scripseramus, cæco iudicio ac mente pariter scripsit hæc tanquam asinis scriberet. Demiror sanè uiri impudentiam: sed non demiror. quid enim tam turpe est, tam absonũ, quod in hoc admiratione 317

dignum sit? Vnde etiam mendacij manifesti ibi conuincitur. Nam quomodo potuit ipse ad pauciora theoremata reducere, primùm quod supponat aliqua esse ad exercendam iuuentutem, cum ne unum quidẽ iuxta ordinem ipsius Euclidis superfluat: deinde cũ nõ intelligere artẽ omnino ex uerbis suis deprehendatᷓ: demum qđ totum librũ mutare esset necessarium, qui pauculas ꝑpositiones subtrahere uellet, cui negocio ne centum quidẽ sui similes cũ turba tota suorum palpatorum sufficerent.

321 Simile illud quodcunq; accipit uel probat Geometra, per numeros dirigi potest. Quid absurdius? quid à ueritate magis alienum dici potest, inscriptiones figurarum & circumscriptiones tum corporum, anguli, cõtactuũ rectorũ cum circulis, obliquorum cum rectis excessus quanã arte ad arithmeticã redigi possint non uideo. Sed neq; gemina reflexa proportio: reducat hanc ad numeros, & cedimus illi. Quæ inuerecundia est hæc, uelle adeò turpiter mentiri in his quæ non nouit? ac adeò pueriliter nugari.

323 De pluuia ranarum consulat tertiam editionem, uidebit nos declaratione attulisse nõ nugas, ut ipse solet. nam animaduertimus à sapientibus uiris rationes atq; experimenta, quibus deducti sumus in ueritatis plenam cognitionem.

324 Reprehendit ordinem ingeniorum in Subtilitate: sed cum in sanientibus cogor insanire. audeo dicere, sed omnes libri amissi essent, non totius Aristotelis uolumen aut Scoti, sed tamen singulas quas quisq; optaret partes me restituere posse uel totum Euclidẽ. At Archimedis aut Apollonij uel Ptolomei librorum seu prædictionis seu magnæ cõpositionis, primo duntaxat excepto, ne uel tota uita quatuor lineas instaurare posse sperarem. Sed quid asino ad lyram aut suibus pędico amaracum? Subtilissimos & supra humanum fastigium ipse existimat Occam, Entisberum fuisse, qui certè ingeniose & dilucidè omnia scripserunt: cæterùm inuentione nulla, ut si propositionem unã neges, quindecim paginę corruant. Sed quia ad disputationes scholarũ sunt accomodati, hoc arridet, hoc laudat. quos etiam nõ intelligere planum est. laudat enim, ut intelligere uideatur. Inde leuissimis ex causis censor nouus literaturæ damnat, quod nos non facimus: sed laudamus egregiè, honestoq; loco fuisset reposuimus. Quid de Galeno, quem duodecimo collocauimus? Hippocratem nullo, quanquã princeps medicinæ & de toto humano genere bene meritos? cum tamen aliud sit Subtilitatis pręstantia, aliud iudicij grauitas, aliud eruditio, aliud eloquentia, demum aliud utilitas libri.

325 Rursus ad sua uireta redit, ubi omnia pro arbitrio scribit: neminẽ habet quem obseruet. sic tribuit candidum terrę colorem, flauum igni, uiridẽ aquæ, cæruleum aeri, quod in humido tenui constet, cum sit terminus uisus. atq; ideo tenebrę illuminatę. ergo cæruleus non ob aerẽ. Hæc in octaua sectione, sed in nona suum melli fluum genium, suum pręceptorem, diuinum uirum reprehendit Aristotelem. & malè, quod dixerit nigrum

esse

esse albi priuationem, & quod ex utrisq; alij colores constent. Ita rectè ille mihi dixisse uidetur, Stultorum infinitus est numerus, nam huius amentiæ generis qui nihil cum sciat, in omnes eruditos censuram agat: laudet, uituperet, quouis placet loco unumquenq; reponat: semetipsum tot preconijs extollat: de rebus quas penitus nõ nouit tam audacter loquatur, quasi Syrus inter Germanos exultet, glorietur, nullum adhuc aliud exemplũ inueni. Sed ut uideo, parum abest ne illum uincire sui cogatur. Inde quasi uictor prę lętitia natat tota hac exercitatione, ut lupus piscis in sterquilinijs iudicio ac pudore nullo tot paginis, ubi etiam docendi discrimen nescire uidetur (res enim cõtrouersę nõ sunt) sufficit ob id si quis simpliciter doceat ubi de nominibus de interpretatione sententiæ agitur, quæ persæpe sunt controuersæ, candidè, purè, simpliciter, adiectis testimonijs sunt edocendę. saltem Lexica quæ ille adeò contemnit censor, ignorantiæ suę eum admonuissent? Quis est qui de illis iustè queri possit? aut illorum desiderare diligentiam? At ille confusè mendosa è suo cerebro inuenta, quasi mathematica doceret, sine testimonijs tradidit, natus non solum ad rerum scientiam peruertendam, sed & ad linguas & grammaticã corrumpendã: ut si uel ipsemet propria uelit relegere, ni prorsus insaniat, suũ hunc desultorium laborem non leuiter sit damnaturus.

Docet uolatilem columbam facere? uel non docet? utinam docuisset uel sciret. Hoccine est suum sic docere? rem quam tota posteritas admi- 326
rata est, nemo adhuc imitari potuit, ille tanq; facillimã proponit, docetq; quod nescit. hoc est imposturæ suæ egregię & amentiæ certissimum argumentum, cũ suum mendaciũ experimento deprehendi facile possit. Exhibere debuerat tam optatum spectaculũ: nam dignus uenia erat pro tot flagitijs in rem literariã hoc in opere admissis. Præclaris enim ingenijs etiam hostes parcere solent, ut Archimedi Marcellus quantum in illo fuit. at hic malum malo addidit, dum se impostorem maximum profitetur, profligato omni pudore uerba pro rebus uenditat. Desine tandẽ cum ista tua impudenti, & adeò mendaci procacitate offundere tenebras mortalibus, & pręstigias facere conari eruditis, qui iam te norunt, tuosq; fucos.

Hic uir sanè malus est, qui non solum quæ difficillima sunt tanquam 329
facillima despicit, quę nullam continent difficultatem ut difficillima admiratur: sed omnia agit ut famam eorum deprimat, qui iustè laboribus suis atq; uigilijs nomen aut compararunt aut quæsiuerunt. Hic de fibulis multa nugatur: & quasi non omnes norint, fibulæ genus in cingulis depingit. nec tamen præter id quod discludi nequeant, suæ depictę similes sunt his quæ à Io. Iucundo, quem adeò laudat exhibentur. Ita uir hic nemini constat, non Cæsari, non Iucundo, non sibi ipsi, tanta est hominis inconstantia, iudiciumq; rerum omniũ peruersum. Ob id quis ferat hunc calumniatorem? id uerò non animaduertit quod maximũ est, & nos suppleuimus Cęsarem non nisi partem pontis descripsisse. Ergo ut ad fibulas redeã illas non depinximus, quoniã multis modis fieri possunt ut idẽ effi-

ciant: at ex his modis nõ conſtant quali uſus ſit ipſe Cæſar. Ceterũ & munimenta pontis deſcripſimus, attamen audet impudens in tanta caligine huius Cęſarianæ inuentionis negare me quicq̃ ad lucẽ illius attuliſſe.

330 Simili malitia ac ſtultitia arguit, quod non intelligit: nam ſingulę rotę ſuam partem ponderis recipiunt: quare cum põdus ſit idem, minus aũt terræ infigatur leuius, non parũ trahuntur, adeò ut ob durum ſolũ & leue ac leuitatẽ axis homo unus ſufficiat trahere pondo decẽ milla, quę nec decem homines aliter traherent. ubi aũt extrema, ibi etiam medium. detrahere aũt oportet pondus rotarum, quod minimum eſt ab hoc compendio leuitatis: nec minori amentia exiſtimans ſapientiã diuinã laudare, imminuit, dum de camelo loquit̃. cuius ſtructurã more muliercularũ in ſolã Dei potentiã refert, atq; uoluntatẽ, tanq̃ laudabilius ſit in connexa q̃ coniuncta fabricaſſe. Ita ut dixi, miſer hic ubi ad res quę ſenſib. percipi poſſunt deuenit, falſus perpetuò atq; abſurdus deprehendit̃. Turpiore inſania illa in fine addit, quæ ſenſum nullũ continent, quaſi aſinis ſcribat atq; imponat: tanquam aliquis hic uir ſit, qui nihil à puerulis differat.

331 Pari ruditate & imperitia fucis quibuſdam rhetoricis & frigidis ſophiſmatib. ut imperitam plebem decipiat, in ſeriis rebus ludit. Si iocari in omnibus ſufficit, quid opus eſt ſtudiis amplius diſciplinarũ? imò ne artibus quidem? omnes ſtudete rhetoricæ, ſed non Ariſtotelis aut Ciceronis: ſed nebulonis.

332 In tractu ſcobs educitur, atq; ita ſcinditur melius. Hic homo aut omnino rudior aſino eſt, aut diſſimulat ſe intelligere, quorum uitiorũ neſcio quod ſit deteſtabilius. Sed pulchrum eſt, cum ſuas ineptias pro cauſis rerũ affert. nam tractus cum impetu tanto non eſt. Oſtende ergo plures ictus ſine impetu magno plus poſſe uno cum magno impetu. at de hoc non minor eſt dubitatio quàm de primo quæſito.

333 De planis cum locus & uerba mutata ſint, ſuperfluũ eſſet reſpõdere, ne tamen ſua calumnia occulta ſit, quid mirum eſt contangi uideri quo ad ſenſum, ratione cognoſcere aerẽ interceptũ? at hoc familiare eſt huic uiro ex muſcis elephantes facere: ipſos elephantes non uidere.

335 Hic contra Hippocratem, contra Galenũ, qui in libris de elementis experimento id probant, conatur ſuo more utiliſſimum medicinæ præceptum, ad perniciem humanorum corporum nõ minus q̃ animorũ natus, ſuis ſolitis meris nugis euertere. Sed pulchrũ eſt cũ in paucis adeò uerbis affirmat, negat, fruſtraq; damnat. nam de Antilogiis palàm eſt me neminẽ irridere, cum etiam multo caſtigatiores non ob has nugas quas obiicit, ſed alia maioris ponderis, nuper in publicum prodituri ſint.

337 Hic iam non mecum, ſed cum ueritate ipſa diſceptat. recta ferunt̃ quę cunque impelluntur, ut lapides quandiu ab impetu ſuſtinentur. Oculus docet, nulla ratio aduerſatur. nam quam adducit, calumniam meram & ruditatem eius declarat.

339 Stolidus nõ intelligit difficultatẽ, ideo negat q̃ adeò Galenus admiratur.

ratur. inde falsa adducit in medium. Et præterid putat membra per se ab anima moueri, cum à spiritibus moueantur. nam spiritus facultatẽ & impulsum ab anima recipiunt, ipsi autem mouent.

Impudenter suo more culpat ordinem, quasi uiri illi in eodem genere 340
disciplinarum, de quo ratio sua concludit, scripsissent. Ibi dum gloriatur se dupliciter uituperat: & quòd genus doctrinæ suæ quale sit docet, sophisticũ scilicet & inane, & quòd falsi crimine ex cõiecturis accusari potest. nã ego qui Mercurij quatuor æquationis orbium motus φαντασία concipere possum, quędam illius argumenta uix assequor.

Pessimus hic nebulo, nec unquam sine præfatione nominãdus, à suis mo
ribus me uult plagiarij crimine accusare. Inquit me aliena scribere Geome 341
trica, Arithmetica, Musica. primũ quæro metoposcopia à quib. ante nos tradita sunt? Similiter in Geometria, Arithmetica & Musica quid acceptum sit ab alijs, cum edita erunt, si potest obijciat? De tribus elementis, de eorum frigiditate, de duabus tantum qualitatibus, de aethere, de urinis innumeraque alia in medicina & naturali philosophia inuenta, cui authori audebit ascribere? Sed si pro quolibet mendacio illi pilus non amplius rediturus excideret, profectò iam totus glaber esset. nónne iam illum pudet tam enormium ac manifestorum mendaciorum? Inde conuersus ad poetas, quas ineptias profert, quam temerario ausu iudex inter Homerum ac Virgilium à seipso constitutus. furorem poëticum referre conatur, sed furorẽ uideo, poëtam non uideo.

Ἐκεῖνον ἄργειν τεῦχος ἐξεφίεται
Σκηνῆς ὕπαντον, καὶ δ᾽ ἀφίεναι μόνον.

Cum de fine cognoscendi agamus, ille de fine entium non nouo exemplo 342
interpretatur.

Non recitat fideliter uerba nostra: forsan error fuit anagnostæ uel ty- 343
pographi. Mediocris ad maximum cõparatus, paruus dicit: humidũ multum mediocreque idẽ. quoniã tria sunt, maximum, mediocre & nullum, exiguum aũt pro nullo habet. Attractio quæ est facultas nutricis animæ, nõ trahit ut sol uel ignis, reliquaque quæ siccitate magis trahunt.

Hic rectè monet: gratias illi habeo, utinam hoc sæpe fecisset. Sed dũ 344
scribebam, malui inutilia addere quam utilia prætermittere: nam quæ omisi restituere non possum amplius, exciderunt enim multa: quæ perperam addidi præcidere possum. De lupo demiror cur obijcias illa, cum ego experimentum uidisse me referam & rationẽ reddam cur nõ semper id eueniat. Quæ ex Aristotele transfert, non sunt causæ sympathię aut antipathiæ, sed inimicitiarum aut amoris. Sunt aũt quinque, si diligentius distinguãtur natura iracunda, ut quorundam canũ qui omnibus infesti sunt: sunt enĩ similes ęgris. Cibus cõmunis, aut cum unũ alteri cibus est. Venus loca & parata noxa sibi uel proli. at de antipathia & sympathia & fascinationib. satis alibi dictum est. De hircino sanguine & adamante nõdum constat illi an sit uerum, & tamen de hoc disputat.

Turpissimè

347 Turpissimè uides debacchari propter errorem, quē quis mihi sani ca
pitis imputauerit? Indicio est non habere meliora quę obijciat.
348 Non distinguit curationem doloris à curatione causæ. Curatur do-
lor sic etiā teste Hippocrate. Causa etiā nō p̄ se, sed quādoq; quasi fortuito
calore naturali confirmato. De Græculo nō noui, sed inuentum putabam
meum. Ideo tanto ueriorē causam reddidisse opinor, postq̄ duo casu quo
dam ex præscripto in eandem deuenimus opinionē.
349 Responsum est in ipso opere in tertia editione, quod eam quæstionē
duxerim esse necessariam scitu.
350 Non ita, sed per calumniā & insaniā iurare debuerat. Vide quā bene
cohęreant uerba illa somnio meo & his quę superius dixerat? tantū abest
ut ante sua obrutum iri sperē, ni forsan per obruere illustrare intelligat? qđ
genus expositionis apud ipsum exemplo frequenti non caret.
Natat in sua peripatetica Theologia dicens, si intelligens & quod in
355 telligitur esset unum, primæ mentes quantitatem cœlum intelligendo adi
piscerentur? Respondeo habere quantitatem illam intellectū: nam non a-
liter intelligendo mouerent, nisi quod & quo & per quid mouerent intelli
gerent. at ibi nulla est compositio neq; diuersitas: est igitur intelligentia rei,
& quod intelligitur, & q̄ intelligit idem. ideo intelligentiæ meritò appella
ri possent, si Romani sub hoc significato recepissent. At nō erat illis cogni
tum, quædam esse quę cum sua operatione & obiecto eadē esse possent. In
de homo cattus irridet nostram dialecticam, nō absimilis puero octo an-
norum cuiusdā affinis mei, qui patrem suū ad disputationē de suis quisq;
lijs, tum fratrem natu maiorem ualde eruditum inuitabat, eos nescire quę
non profiterentur existimans. deinde uictus dicebat, nō putabā uos scire
tantum de constructione & ratione sermonis latini. Ita hic uir quòd non
profiteamur dialecticam, putat nos nescire. Vtinam uelit adeò insanire, ut
aliquod magnū pignus deponat in ea arte, dico etiam in sophismatibus,
uidebit an lōgè peritiores simus in eo genere q̄ in mathematicis? uixq; ipsi
cessuros Chrysippo si reuiuiscat. Verùm quod ille magnificat ob inopiā
bonorum studiorum, nos ob eorundem copiā & nobilitatē negligimus.
Admiratur uerba illa: Intellectus quo tenuior, eo diuturnior, primū
357 tenue & crassum ad corpora, non ad mentes pertinent: deinde æterna in-
crementi uitę erunt capacia, aliquidq; æterno maius erit: aliquid etiā æter-
no breuioris uitę ęternū? Si in talibus dubitasset, excusatione dignus erat.
Itaq; subtilitatem illam puritatē esse intelligat, & simplicitati propinquita-
tem: quam maiorem & minorem esse si negat? negat & illarū ordinē ad
Dei comparationem. Ego certè genus illud simplicitatis, puritatis & sub-
tilitatis homini cognitū esse nego, quadam tn̄ similitudine declaraui. Esse
tamen constat, & declarari potest: quòd omnia quanto perfectiora, tanto
magis à corporea natura, à compositione, à materia & crassitie quadā, quę
secundum paronymiā dicitur, non homonymiā recedunt. Ea synceritas
p̄pinquitas primo enti diuturnitatē maiorē, id est, in æternitate cōsistētiā
firmiorem

firmiorem generat: uelut si pes in arena uestigium æternum imprimeret, manifestum est etiam uestigij superficiẽ adesse, esset tñ pes uestigio æternitatis magis particeps, & uestigiũ superficie, qđ unũ ex alio penderet. Itaq; & æterna uarietatẽ in infinitate suscipiunt, uelut & mortalia in tempore.

Simili stupore admirat uerba illa intelligens, quia substantia est, ideo quiescit. dicit, cœlum nõne est substantia? pulchrè cœlum non uerè substãtia est, quia si ab intellectu separatur, non est: si cum illo eatenus est, quatenus illi coniunctum est, atq; ideo potẽtia quasi est, & ob id in cõtinuo motu ob æternitatem. Substantia ergo iuxta paronymiã dicetur de intellectu principali & cœlo, & de cœlo & istis inferioribus adhuc magis. Sed de primo principio & mentibus diuinis plusquã secundum paronymiam, imò nullo horum modorum. 358

Sectione xiiij simili afficitur errore, quanq; ibi indignus uenia: nam admonitus, uolens tamen peccat. Primum non sequitur, hæc sunt eiusdẽ generis, ergo minus perfectione differunt, q̃ quę genere differunt. Plus enim differt homo à brucho q̃ bruchus ab albedine perfectione, sicut linea magna plus longitudine à parua differt q̃ parua à puncto. Deinde si animus noster & ipse intellectus rerum, nõ magis sequitur ipsum esse accidẽs, quod sit rerum intellectus, quã rerum intellectum esse substantiam, quòd sit idem quod animus. 359

Hic est error communis multis, qui Archimedis inuẽta nõ uiderint. putat enim maximas res uno argumento posse declarari: at nõ ita est, sed serie tota unius maximi libri quãdoq; indigemus. Plures sunt mẽtes nõ una tantũ, ut quidam magis quã Epicurus athei: non tñ potest ostẽdi uno nec quatuor argumentis, sed construere oportet integrã declarationẽ ex multis uniuersi ordinem ostendendo, uelut Archimedes ex conorũ multiplici ratione, & cõpositione sphærę ex infinitis conis, proportionẽ sphęrę ad maximũ conum, inde totius extimæ superficiei ad maximum circulũ. Hæc uerò potissima causa est ignorantię rerum & frustratorum studiorũ, adeò ut maxima pars hominum quę metam se superasse putat, ut nostra sępia in dialectica ne prima quidem rudimenta attigisse uidetur. 362

Scimus scabiem non esse titillationem, nec multo minus est dolor, ut ipse ait: unde patet non breuitatis causa figura uti ut nos, sed errare. dolor enim in scabie est symptoma: sed titillatio uenerea est, qualis pruritus qui est in scabie. atq; utrobiq; quęritur expulsio infesti humoris absq; dolore, quòd in scabie nõ sit dolor ut plurimũ, etiãsi superfluum illud retineatur: at in fecibus & urina, cum uiolẽter retinent, dolor accidit. tripliciter igitur in tam paucis uerbis peccat, dum alios perperam reprehendit. 364

PERORATIO.

Hausimus tãdem hunc insuauem laborẽ, ut pleraq; alia difficilia publicæ utilitatis causa. Postq; res ipsa exẽplo nõ caruit, nec solum hominum, sed etiam naturæ. Quicquid enim insigne tulit, ac planè admirabile, tanq; suũmet opus irrideret, peste aliqua fœdauit. Elephãtem crabrones,

delphinem

delphinem asili uexant. Nō defuit Homero Sagaris, Hesiodo Cercopes, Socrati Antiochus Lenius mastiges, quãuis hi diuini ꝓpè uiri essent. At noster hic calũniator cũ adeò lutulentus ac sordidus fluat, ut nesciã quando tam incultũ ac barbarum librũ legerim, existimo nec mihi gloriã quæsisse nec sibi peperisse. Etenim inter reliqua mixta colluuies uidet̃ puerorũ, iuuenũ, anuum, plebeiorũ, nobilium, scholariũ, studiosorũ, pędagogorũ, militum, ut nihil magis incõditum possit reperiri. Nos em̃ à medicina nũ quã discedimus, nisi ad mathematicas, quas à pueritia didici, diuertero uoluptatis causa. Cæterũ in naturalib. ea lege semper sum diuagatus, ut à medicorum placitis ne uel lato ungue discedã. nec quicquã tracto, pro quo quis iure obijcere possit: Qui scis? Itaq; miseret me illius, non ei irascor quòd tot uigilias, tantum tẽporis, cum maximè illius penuria laborabat, & qua ætate preciosissimum esse solet, frustra profuderit. Sed illud tñ in eo probare non possum, q̃ his tẽporibus difficillimis, quibus Respubl. literaria tot modis premit̃, insontes uiros studiosos principũ & potentium ludibrio exposuerit. Et tã præclara opera non solum opinionem omnẽ bonã ex animis, tum horũ tum magistratuum de eruditis eximeret, sed ut maiores sui opimæ Italiæ parti faces intenderãt, sic Anteus hic noster uniuersis bonarum artium studiosis ac disciplinis exitium moliretur, non equidẽ bene inuenta euertendo, hoc enim industrię & laboris opus fuisset, sed obscurãdo, ut quantum in illo fuerit, tot ad pietatẽ augendã humanamq; fœlicitatẽ præcepta tot laborib. studijsq; parta impij uiri manu perirent. nam cũ peripatetica philosophia iam duobus abhinc annorũ millib. euulgata sit, & tot cõmentarijs illustrata: ad pietatẽ quidẽ non nisi detrimẽtum, ad naturę aũt & artium experimenta tã paruum fructũ attulit nostrorum inuẽtorum cõparatione, ut illã aut falsam aut nõdum bene intellectã esse cõstet. Fructus. n. omnis ueræ sapiẽtię pietas est, & opera ipsa quæ uel naturę, uel artis principio fiunt, industria aũt sapientis. Cæterũ ex priore illa disciplina quid aliud pro operib. quã perpetuæ contentiones, quę adhuc durant & indies augẽtur, acquisiuimus? has tñ ambitiosus hic Christianus philosophusq; superbus ac medicus ἀνιατρολόγητος & tuetur, quod nõ nouum est: & pessimè defendit, q̃ nouum prorsus est. Quòd si de hoc (quod fuit peripateticis magis etiã conspicuum est quã mihi) dubitat, aut si quicquã à me ex suis calumnijs grauius consulto prætermissum existimat, tria ex secunda editione, quã triẽnio scit uulgatã ante has suas exercitationes sibi eligat quę cunq; uoluerit: quæ si nõ singula efficaci iuxta rei genus declaratione ostẽdero, cuiuis hanc condono libertatẽ, ut me illius loco pro maximo nebulone subijciat. Neq; est ut uerbis se excuset, qui factis ac re nõ solum qualis esset se ostẽderit, sed suppositicijs personis subiectis planè doloso ingenio esse declarauerit.

HIERONYMI CARDANI ACTIONIS
I. de Subtilitate Finis.

B A S I L E Æ,

EX OFFICINA HIERONYMI CVRIO-
NIS, IMPENSIS HENRICI PE-
TRI. ANNO M. D. LIX. MEN-
SE MARTIO.

